



3 Nov
150
11/14



Bequeathed to
The Library
of the
University of Toronto
by
Professor W. S. Milner

JOHN BRITNELL
SECOND HAND
& ANTIQUARIAN
BOOKS
238 YONGE ST.
TORONTO, CANADA



LL
V165K2

Valerius Maximus

**VALERII MAXIMI
FACTORUM DICTORUMQUE**

MEMORABILIUM

LIBRI NOVEM

EX EDITIONE JOANNIS KAPPII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1823.

258435
—
24.8.31

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

| | Pag. |
|--|------|
| PETRI JOS. CANTEL Epistola Serenissimo Delphino | 1 |
| M. Joannis Kappii Præfatio | 4 |
| Incerti Auctoris Vita Valerii Maximi | 14 |
| De Ætate et Scriptis Valerii Maximi, ex G. J. Vossii Libro de Historicis Latinis | 15 |
| De Valerio Maximo Testimonia et Judicia | 18 |
| De Romanorum Nominibus | 24 |
| De Gentibus et Familiis Romanorum | 29 |
| De Populi Romani Divisionibus | 76 |
| De Magistratibus Romanorum | 79 |
| De Romanorum Sacerdotiis | 86 |
| De Militia Romanorum | 91 |
| Elenchus Alphabeticus nonnullorum Scripturæ Com- pendiorum quæ in VV. LL. occurrunt | 104 |
| Valerii Maximi Præfatio | 107 |
| Lib. I. cap. I. De Religione | 110 |
| —— cap. II. De Religione simulata | 141 |
| —— cap. III. De peregrina Religione rejecta | 144 |
| —— cap. IV. De Auspiciis | 147 |
| —— cap. V. De Ominibus | 152 |
| —— cap. VI. De Prodigiiis | 163 |
| —— cap. VII. De Somniis | 184 |

| | Pag. |
|--|------|
| Lib. I. cap. VIII. De Miraculis | 203 |
| Lib. II. cap. I. De Matrimoniorum Ritu, et Neces- situdinum Officiis | 230 |
| —— cap. II. De Magistratum atque Ordinum Officiis et Institutis | 239 |
| —— cap. III. De Militaribus Institutis | 251 |
| —— cap. IV. De Spectaculis | 254 |
| —— cap. V. De Frugalitate et Innocentia | 265 |
| —— cap. VI. De Externis Institutis | 270 |
| —— cap. VII. De Disciplina Militari | 282 |
| —— cap. VIII. De Jure Triumphandi | 300 |
| —— cap. IX. De Censoria Severitate | 309 |
| —— cap. X. De Majestate | 318 |
| Lib. III. cap. I. De Indole | 328 |
| —— cap. II. De Fortitudine | 333 |
| —— cap. III. De Patientia | 365 |
| —— cap. IV. De humili loco natis qui clari eva- serunt | 373 |
| —— cap. V. Qui a Parentibus claris degenerarunt | 379 |
| —— cap. VI. De Illustribus qui in Veste aut ce- tero Cultu licentius sibi indulserunt | 382 |
| —— cap. VII. De Fiducia sui | 386 |
| —— cap. VIII. De Constantia | 401 |
| Lib. IV. cap. I. De Moderatione | 415 |
| —— cap. II. De Reconciliatione | 435 |
| —— cap. III. De Abstinencia et Continentia | 440 |
| —— cap. IV. De Paupertate | 455 |
| —— cap. V. De Verecundia | 465 |
| —— cap. VI. De Amore Conjugali | 469 |
| —— cap. VII. De Amicitiae Vinculo | 476 |
| —— cap. VIII. De Liberalitate | 490 |
| Lib. V. cap. I. De Humanitate et Clementia | 498 |
| —— cap. II. De Gratis | 517 |
| —— cap. III. De Ingratis | 528 |
| —— cap. IV. De Pietate in Parentes | 544 |
| —— cap. V. De Benevolentia Fraternali | 555 |

| | Pag. |
|--|------------|
| Lib. v. cap. VI. De Pietate erga Patriam . . . | 560 |
| — cap. VII. De Patrum Amore et Indulgentia in Liberos | 570 |
| — cap. VIII. Qui severi adversus Liberos . . . | 575 |
| — cap. IX. Qui moderati erga suspectos Li- beros | 579 |
| — cap. X. Qui filiorum Obitum forti animo tulerunt | 582 |
| Lib. VI. cap. I. De Pudicitia | 587 |
| — cap. II. Quæ libere dicta aut facta . . . | 597 |
| — cap. III. De Severitate | 609 |
| — cap. IV. De graviter dictis aut factis . . . | 619 |
| — cap. V. De Justitia | 627 |
| — cap. VI. De Fide Publica | 637 |
| — cap. VII. De Fide Uxorum erga Maritos . . . | 642 |
| — cap. VIII. De Fide Servorum erga Dominos . . . | 644 |
| — cap. IX. De Mutatione Morum aut For- tunæ | 650 |
| Lib. VII. cap. I. De Felicitate | 665 |
| — cap. II. De sapienter dictis aut factis . . . | 669 |
| — cap. III. De vafre dictis aut factis . . . | 683 |
| — cap. IV. De Strategematis | 699 |
| — cap. V. De Repulsis | 707 |
| — cap. VI. De Necessitate | 712 |
| — cap. VII. De Testamentis rescissis | 721 |
| — cap. VIII. De ratis Testamentis et in- speratis | 726 |
| Lib. VIII. cap. I. De Judiciis publicis insignibus . . . | 732 |
| — cap. II. De privatis Judiciis insignibus . . . | 746 |
| — cap. III. De Mulieribus quæ Causas apud Magistratus egerunt | 750 |
| — cap. IV. De Quæstionibus | 752 |
| — cap. V. De Testimoniis irritis vel ratis . . . | 753 |
| — cap. VI. Qui quæ in aliis vindicarant ipsi commiserunt | 757 |
| — cap. VII. De Studio et Industria | 760 |

| | Pag. |
|--|------|
| Lib. I. cap. VIII. De Miraculis | 203 |
| Lib. II. cap. I. De Matrimoniorum Ritu, et Neces- situdinum Officiis | 230 |
| —— cap. II. De Magistratuum atque Ordinum Officiis et Institutis | 239 |
| —— cap. III. De Militaribus Institutis | 251 |
| —— cap. IV. De Spectaculis | 254 |
| —— cap. V. De Frugalitate et Innocentia | 265 |
| —— cap. VI. De Externis Institutis | 270 |
| —— cap. VII. De Disciplina Militari | 282 |
| —— cap. VIII. De Jure Triumphandi | 300 |
| —— cap. IX. De Censoria Severitate | 309 |
| —— cap. X. De Majestate | 318 |
| Lib. III. cap. I. De Indole | 328 |
| —— cap. II. De Fortitudine | 333 |
| —— cap. III. De Patientia | 365 |
| —— cap. IV. De humili loco natis qui clari eva- serunt | 373 |
| —— cap. V. Qui a Parentibus claris degenerarunt | 379 |
| —— cap. VI. De Illustribus qui in Veste aut ce- tero Cultu licentius sibi indulserunt | 382 |
| —— cap. VII. De Fiducia sui | 386 |
| —— cap. VIII. De Constantia | 401 |
| Lib. IV. cap. I. De Moderatione | 415 |
| —— cap. II. De Reconciliatione | 435 |
| —— cap. III. De Abstinentia et Continentia | 440 |
| —— cap. IV. De Paupertate | 455 |
| —— cap. V. De Verecundia | 465 |
| —— cap. VI. De Amore Conjugali | 469 |
| —— cap. VII. De Amicitiae Vinculo | 476 |
| —— cap. VIII. De Liberalitate | 490 |
| Lib. V. cap. I. De Humanitate et Clementia | 498 |
| —— cap. II. De Gratis | 517 |
| —— cap. III. De Ingratis | 528 |
| —— cap. IV. De Pietate in Parentes | 544 |
| —— cap. V. De Benevolentia Fraternali | 555 |

| | Pag. |
|---|------------|
| Lib. v. cap. VI. De Pietate erga Patriam | 560 |
| —— cap. VII. De Patrum Amore et Indulgentia in Liberos | 570 |
| —— cap. VIII. Qui severi adversus Liberos | 575 |
| —— cap. IX. Qui moderati erga suspectos Li- beros | 579 |
| —— cap. X. Qui filiorum Obitum forti animo tulerunt | 582 |
| Lib. VI. cap. I. De Pudicitia | 587 |
| —— cap. II. Quæ libere dicta aut facta | 597 |
| —— cap. III. De Severitate | 609 |
| —— cap. IV. De graviter dictis aut factis | 619 |
| —— cap. V. De Justitia | 627 |
| —— cap. VI. De Fide Publica | 637 |
| —— cap. VII. De Fide Uxorū erga Maritos | 642 |
| —— cap. VIII. De Fide Servorum erga Dominos | 644 |
| —— cap. IX. De Mutatione Morum aut For- tunæ | 650 |
| Lib. VII. cap. I. De Felicitate | 665 |
| —— cap. II. De sapienter dictis aut factis | 669 |
| —— cap. III. De vafre dictis aut factis | 683 |
| —— cap. IV. De Strategematis | 699 |
| —— cap. V. De Repulsis | 707 |
| —— cap. VI. De Necessitate | 712 |
| —— cap. VII. De Testamentis rescissis | 721 |
| —— cap. VIII. De ratis Testamentis et in- speratis | 726 |
| Lib. VIII. cap. I. De Judiciis publicis insignibus | 732 |
| —— cap. II. De privatis Judiciis insignibus | 746 |
| —— cap. III. De Mulieribus quæ Causas apud Magistratus egerunt | 750 |
| —— cap. IV. De Quæstionibus | 752 |
| —— cap. V. De Testimoniis irritis vel ratis | 753 |
| —— cap. VI. Qui quæ in aliis vindicarant ipsi commiserunt | 757 |
| —— cap. VII. De Studio et Industria | 760 |

| | Pag. |
|--|------|
| Lib. VIII. cap. VIII. De Otio laudato . . . | 776 |
| —— cap. IX. De Vi Eloquentiæ . . . | 779 |
| —— cap. X. De Pronuntiatione et apto Motu Corporis | 783 |
| —— cap. XI. De Effectibus Artium raris . . . | 787 |
| —— cap. XII. Optimis Artium Magistris con- cedendum esse | 792 |
| —— cap. XIII. De Senectute memorabili . . . | 794 |
| —— cap. XIV. De Cupiditate Gloriæ . . . | 802 |
| —— cap. XV. Quæ cuique magna contigerunt | 809 |
| Lib. IX. cap. I. De Luxuria et Libidine . . . | 820 |
| —— cap. II. De Crudelitate | 831 |
| —— cap. III. De Ira et Odio | 843 |
| —— cap. IV. De Avaritia | 850 |
| —— cap. V. De Superbia et Impotentia . . . | 853 |
| —— cap. VI. De Perfidia | 857 |
| —— cap. VII. De Seditiõibus | 860 |
| —— cap. VIII. De Temeritate | 863 |
| —— cap. IX. De Errore | 866 |
| —— cap. X. De Ultione | 868 |
| —— cap. XI. De improbe dictis et scelerate factis | 871 |
| —— cap. XII. De Mortibus non vulgaribus . . . | 879 |
| —— cap. XIII. De Cupiditate Vitæ | 888 |
| —— cap. XIV. De Similitudine Formæ . . . | 893 |
| —— cap. XV. De his qui per Mendacium se in alienas Familias inseruerunt | 897 |
| Fragmentum Libri de Nominibus qui in quibusdam Codd. titulum Libri Decimi præfert | 901 |
| NOTÆ VARIORUM in Lib. I. | 911 |
| —— Lib. II. | 998 |
| —— Lib. III. | 1064 |
| —— Lib. IV. | 1119 |
| —— Lib. V. | 1162 |
| —— Lib. VI. | 1210 |
| —— Lib. VII. | 1250 |

| | Pag. |
|--|------|
| Notæ Variorum in Lib. VIII. | 1278 |
| ————— Lib. IX. | 1325 |
| ————— Fragmentum Libri De Nominibus | 1376 |
| NOTITIA LITERARIA de Valerio Maximo | 1383 |
| Recensus Editionum Valerii Maximi | 1388 |
| Recensus Codicum Mss. Valerii Maximi qui in | |
| Bibliothecis Britannicis asservantur | 1408 |
| INDEX | i |



SERENISSIMO
DELPHINO

PETRUS JOSEPHUS CANTEL,

SOC. JESU.

TENUE quidem, et mole sua exiguum, SERENISSIME DELPHINE, sed Principi tamen erudito non aspernandum munus, tibi offero Valerii Maximi Exempla Memorabilia: quorum apud te gratia, nisi eam culpa nostra deterat, eo major esse debet; quod ad eas potissimum artes, quæ Reges maxime decent, pertineant, scientiam militarem et historiam. Habent affatim, unde rerum utilitate, copia, varietate, magnitudine animum in legendo tuum non immerito retineant. Juvabit interdum, si quid otii ad hæc studia recolenda nactus fueris, in iis expressam cernere summorum Imperatorum naturam et indolem, variam singulorum fortunam, ancipitesque casus, imperia, honores, prælia, victorias, triumphos; et quod cujusque fuerit in providendo consilium, quæ industria in agendo, quæ in conficiendo celeritas. Dumque in eorum aut virtutes, aut vitia intueberis; erit unde, et vinci a te illos gaudeas, si deteriores videris; vel æmulari cupias, si qua in laude singulares. Sunt sane quidem, quos abs te amari, si te amas, necesse est: qui enim non amares adolescentes tui quondam simillimos? Alexandrum Magnum, Africanum Mino-

rem, **Julium Cæsarem**: in quibus, dum erant ea, qua nunc es, ætate, eadem, quæ nunc in te, enitebant ornamenta; idem, cum literarum, tum scientiæ militaris amor; idem animi ad gloriam impetus; iisdemque, quibus tu fuisti, artibus eruditi; et ut tua, ita eorum adolescentia tam eleganter descripta, ut semper aut corpus militiae laboribus, aut animum literarum studio excolerent. Cumque in iis exemplis occurrent multa, quæ otium oblectent tuum; tum nihil erit eo jucundius, quam quod virtutes **LUDOVICI MAGNI** in illis quoquomodo adumbratas recognoscas: habebis certe, quod Galliæ universæ, quod tu tibi, quod Parenti tuo invictissimo gratuleris; cum iis omnibus, qui imperatoriis olim laudibus floruerunt, illum longe præstare intelliges. Permulta quidem ad veram gloriam insignia habuerunt heroës antiqui: fuerunt tamen ut plurimum huiusmodi, ut non omnia decora in omnibus, sed in singulis singula præcipue elucerent; in **Alexandro** fortitudo, in **Pyrro** audacia, prudentia in **Scipionibus**, in **Sylla** felicitas, magnanimitas in **Cæsare**. Sed illud erit præ ceteris **LUDOVICO MAGNO** gloriosum, quod singulis defuit, in se uno ita expressisse; ut alii in alia virtute, ipse in omnibus excellat. Si quando mihi, **Valerii Maximi** exemplo, **Rerum Memorabilium** libros scribere liceat; neque ego equidem ex veteri annalium memoria, neque ex gentium exterarum monumentis heroas arcessam; sed in uno **LUDOVICO MAGNO** tota, quantulacumque est, mea versabitur industria: ille mihi **Alexandri**, ille **Scipionum**, ille **Cæsarum** omnium instar erit. Quam multa inde in omni genere laudis petere fas erit exempla, quæ tu imiteris, quæ mirentur alii, quæ vix credant posteris! Quot et quanta suppedabit singularis illa in rebus ordinandis prudentia; quot summa in jure dicendo æquitas; quot regia in publicis operibus, in palatio, in omni apparatu magnificentia; quot denique invicta in bellis gerendis fortitudo! Hic narrare me juvabit; qua celeritate urbes ab eo captæ ex hostibus prope infinitæ; quo consilio delusi fugatique hostium exercitus multitudine innumerabiles; qua virtute, sive terrestribus sive navalibus

præliis, victi ab eo sæpe Batavi, Belgæ, Hispani, Siculi, Germani; qua auctoritate fœderis ineundi leges cuique pro arbitrio præscriptæ, paxque omnibus imperata nomini Gallico vel ipsa victoria ad gloriam illustrior. Nec interim, SERENISSIME DELPHINE, sua laus deerit iis virtutibus, quas in te vel natura, vel studium effinxit: non silebitur enim, (patere, PRINCEPS, nostra de te gaudia tantisper recordari,) non silebitur, inquam, flos ille integritatis et nitor nullis vitiorum maculis oblitus; excellens ad scientias capessendas ingenium; nata ad maxima quæque indoles. Si vero laudes tuas cum Parentis laudibus intexere libeat, prædicabitur in utroque oris decus et majestas, formaque corporis imperio digna; adversus omnes summa lenitas et affabilitas sermonis; Christianæ pietatis diligens amor; sinceraque et fuci expers religio: ex quarum virtutum consensu existit nescio quid singulare, quod vos secernit a vulgo, et ad hominum imperia natos esse demonstrat. Est enim inter utrumque vestrum, ut naturæ, ita virtutum quædam cognatio: eas habet LUDOVICUS MAGNUS, quæ Regem; tu, quæ tanti Regis Filium decent; heroicas uterque, aut prope pares, aut easdem potius: sed habet aliter alius; ille jam perfectas; tu vero inchoatas: at dum tua crescet ætas, crescent pariter et illæ, et ad regium omne decus sensim adolescent: tumque similis parenti, aliisque principibus major enitere, rerum gestarum splendore, et avitam gloriam superare, et paternam assequi: ut Gallia duobus regibus parente et filio LUDOVICIS et cognomine et reipsa MAGNIS aliquando gloriatur.

P R Æ F A T I O.

ANTE multos annos cum Valerium Maximum, cujus non paucas particulas a prima statim adolescentia edidiceram, Historiæ causa iterum in manus sumsissem, et ejus novam Editionem, cum studiosæ juventutis tum aliorum usibus accommodatam, parare apud animum constituissem; nihil mihi potius fuit, quam ut cum ejus stylo familiaritatem aliquam contraherem, quo in locis dubiis sanandis et explicandis minus a veritate aberrarem. Totum igitur Valerii textum, posthabitis omnibus virorum doctorum animadversionibus, uno tenore sæpius perlegi, et quæ mihi inter legendum vel explicatione vel emendatione videbantur indigere, studiose annotavi, in schedasque conjeci. Natæ sunt exinde plusculæ cujusvis generis observationes, quas uti temporis ratio ferebat, paulatim auxi, emendavi, melius digessi, aut, rectiora edoctus, prorsus delevi. Post, ubi pleraque satis excussa mihi videbantur, ipsos Commentarios cœpi consulere, in primis Pighii, Coleri, Vorstii, Perizonii, Torreniique, (hi enim in Valerii Interpretibus facile principatum tenent,) Glareano, Corrado, Lipsio, Barthio, Ruperto, Guyeto, Gudio, Schultingio, aliisque multis, qui ὡς ἐν παρόδῳ Valerii unum alterumve locum explicaverant, non neglectis. Ex his, quæ ad Valerium illustrandum facere videbantur, diligenter excerpsi; et, omissis iis, quæ ad ostentandam tantummodo eruditionem dicta essent, aut auctoris lectionem nihil juvarent, modicum quoddam corpusculum feci, ut lectores in brevi quasi tabella haberent, quæ unquam a viris doctis ad Valerium explanandum es-

sent allata. Quæ dum molirer, ecce præter omnem opinionem liberalitate prænobilissimi atque consultissimi Heerwagenii, Seren. Princip. a Consiliis Justitiæ et Syndici Civitatis Baruthinæ, in manus meas venit Editio pervetusta, sine indicio loci, anni, et typographi, forma majori impressa, 159 folia continens, Fabricio non cognita, et a nemine interpretum consulta, excepto Lipsio, qui vero in paucis tantummodo locis inspexit, eamque ‘Veterem Librum’ appellavit. Consentit illa plurimum cum Ms. Ultrajectino primo, habet tamen quoque Lectiones peculiare. Formata est sine omni dubio ex cod. Ms., et quidem pervetusto, (vide ad VIII. 13. Ext. 7.) omnique jure ad antiquissimas Valerii Editiones referri debet; certe Mediolanensi, si non Moguntina, est antiquior. Codex, ex quo illa fluxit, aut ipse mutilus fuit, aut ex alio, eoque vetustiori descriptus, ex quo unum alterumve folium, quod viginti quatuor exempla Lib. I. cap. 1. Ext. 5. usque ad Lib. I. cap. 4. Ext. 1. continebat, exsectum esse videtur. Nam folio primo, ubi capita libri primi recensentur, ‘tertium de Omnibus’ inscriptum est. Hoc autem in textu ipso præmittitur, et capiti secundo ‘de Neglecta Religione’ statim subjungitur caput quartum ‘de Prodigis.’ Scriba cod. Ms. ex ore dictantis pendebat; insunt enim multæ Lectiones, quæ non nisi ex pronuntiatione proficisci potuerunt, uti passim annotavi, e. g. ad II. 1. 4.; ex quibus patriam hominis non obscure colligas. Quæ in Ms. abbreviate scripta erant, sæpe retinuit, e. g. *Ti* pro *Tineii*; *par* pro *parva*; *un* pro *unde*, &c. Ceterum multa habet vitia typographica, sicut omnes Editiones, quæ circa 1470. prodierunt, et in orthographia cum aliis ejusdem ætatis conspirat. Hanc igitur Editionem, quæ Ms. codicis vicem supplere possit, cum textu Torreniano operæ pretium duxi religiose conferre, et potiores Lectiones Editioni meæ inserere. Habui hujus molesti sane laboris socium Joannem Christianum Kappium, fratris mei filium, Gymnasii nostri civem impigrum, qui tanto in auctores classicos cum Græcos tum Latinos fertur studio, ut omnium Editionum catalogum contexere in

manibus habeat, qualem quondam Hambergerus V. C. moliebatur, uti ex ejus Præfatione ad Tom. I. *Der zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern* videre est. Sed tempus est, quid consilii in edendo Valerio secutus sim, copiosius exponere, quo facilius lector eruditus de pretio Editionis meæ possit judicare.

Animus ergo erat, talem parare Editionem, quæ et omnibus subsidiis ad intelligendum Valerium instructa esset, et omnia ab Interpretibus dicta contineret, quo lector inoffenso pede pergere posset, neque opus haberet, evolvendis multis libris tempus perdere, sive criticam, sive Historiam, sive Chronologiam, sive Geographiam, sive Antiquitatem, sive denique Latinitatem spectaret. Diversus enim est lectorum scopus, diversa cognitio, diversum studium. Alii brevitatem amant, alii copiam; alii in facilioribus hærent, aliis fere nihil negotii occurrit; aliis nil nisi critice placet, alii crisin ne tantillum quidem æstumant. Hos omnes ante oculos habui, his studui satisfacere, ita tamen, ut quoad fieri potuit, prima lex esset brevitatis.

In textu igitur formando secutus sum jure meritoque Torrenium, nisi ubi codd. Mss. aut critices regulæ aliam Lectionem suaderent, tunc enim non dubitavi a Torrenio recedere, quod vero raro factum est, uti ex annotationibus meis et comparatione cum textu Torreniano apparebit. Quoniam vero vidi, Pighii, Coleri, et Vorstii recensiones in plurimorum manibus esse; haud inutile fore arbitrabor, si potiolem varietatem Lectionis harum Editionum adjicerem, et sic quodam modo Historiam textus editi conficerem. In quo si multis justo liberalior et verbosior fuisse videar, cogitent velim, me partim abreptum esse sæculi nostri consuetudine, partim studio criseos, quod nos sæpe invitos longius trahit. Etsi autem opportuna se mihi obtulisset occasio, et larga materia disputandi de genesi Variantium Lectionum, et sic famæ meæ meoque marsupio consulendi, nolui tamen lectores fatigare aut iis nauseam creare, cum mihi, in colligendis Variis Lectionibus occupato, sæpius Plinius in aures insusurraret, quod Lib. II. 14. scribit:

‘Eæ me exercent magis, quam delectant. Sunt enim pleræque parvæ et exiles, raro incidit—insignis.’ Quare, licet vix quarta pars Variantium Lectionum ex Torrenii spisso volumine relicta sit, contentus tamen ero, si lectores ex mea farragine vel dimidiam partem notatu dignam iudicent. Interim hoc loco silentio præterire non possum, mihi multa adhuc Valerii loca medicam manum efflagitare videri, multaque desiderari subsidia ad veram illius lectionem constituendam. Primum quidem nobis deest exacta et critica descriptio Mss. et Editionum Veterum; nam quam nobis dedere Interpretes Valerii, admodum est manca et insufficiens. Deinde nondum habemus accuratam codd. Mss. cum textu vulgato collationem, siquidem plurimi, præsertim Gudiani, aut in paucis tantummodo locis inspecti sunt, aut vage admodum citantur. Quis vero de bonitate lectionis certum iudicium ferre ausit, si nesciat quo teste, habili an inhabili, ea nitatur? Denique sane quam optandum esset, ut ante librum quemlibet Elenchus codd. Mss. et Editt. principum præfigeretur, sicuti Critici in Novo Testamento fecere, e. g. Bengelius in ‘Apparatu Critico.’ Nam non omnes Mss. integri sunt, e. g. Perizonianus, qui tantum sex libros priores continet. Sic etiam facilius cognosceretur, qua fide Critici ad Mss. provocant. Nam haud raro in suspicionem veniunt, se finxisse Lectiones, quarum nec vola nec vestigium in Mss. extat, v. c. Pighius in nonnullis locis, cum Valerium suum, quem non passus est errare, a crimine ἀπιστορησίας defendere vellet, fortasse excogitavit ipse Lectiones, præsertim ubi vel codices non nominavit, vel in singularibus codd. Campensis et Cauchi-ani. Sed satis de Notis criticis. Nam de ceteris Editionibus, quas consului, nihil attinet dicere.

Alterum genus observationum est in Interpretatione et sensu Valerii assequendo. In quo multum difficultatis sæpe animadverti, cum ob textum corruptum, tum ob argutam Valerii dictionem. Nam cuilibet fere Historiæ assuuntur acutæ et frigidæ sæpe sententiæ, (ubi eæ omittuntur, lector monetur, II. 9. 9.) quarum singulæ plus negotii

facessunt Interpreti, quam vel decem aut viginti narrationes. Spero tamen, neminem facile, qui vel leviter tinctus Latinis literis sit, aliquid desideratum esse, quod ad intelligendum Valerium pertinet; et vereor potius, ne nimis copiosus quibusdam in interpretando videar. Certe, nisi vel priores commentarios habuissem duces, vel vulgarium Interpretum erroribus obviam ponere voluissem, multas notas libenter omissem. Ne tamen in quenquam injuriosus essem, eorum nomina, quos refutavi, sæpe multumque suppressi. Nihil enim facilius est, quam a vero aberrare, præsertim cum animus rerum multitudine offenditur. Grata autem mente agnosco, virorum doctorum curas, imprimis Pighii, Coleri, Vorstii, Perizonii, et Torrenii, plurimum mihi profuisse. De quibus, quoniam ad hunc locum ventum est, pauca dicere libet. Pighio sine dubio Valerius plurimum debet, isque merito sospitator Valerii appellari potest, sicut Lipsius Taciti, aut Heinsius Poëtarum. Plurimis subsidiis instructus ad illustrandum Valerium accesserat; et, nisi nimis audax fuisset in mutando textu, omne fere punctum tulisset. At nunc secat, urit, mutat, adjicit pro libitu, ut totidem fere loca sana corruperit, quot fortasse corrupta sanaverat. Colerus in optimis Interpretibus numerandus, verum sæpe a scopo digreditur, et præcipue moralia immiscet, nimiusque est amator phrasium obsoletarum. Vorstius priorum Interpretum observationibus bene utitur, in Varietate Lectionum codd. Brand. admodum diligens, et nisi Latinitas, cujus erat studiosissimus, eum abripit, nunquam fere a via deflectit. Tractat tamen nonnunquam vulgaria. Perizonii Notæ ostendunt virum multæ lectionis; Historiæ ac Familiarum Romanarum peritissimum; et ad Valerium edendum omnium maxime idoneum, ut omnino dolendum sit, eum vel morte præventum vel aliis laboribus distentum, Valerium non edidisse. Torrenius est in colligendis Variantibus Lectionibus diligentissimus, et in seligendis aliorum Notis magnum prodit iudicium, ita ut ejus Editio omnibus aliis palmam præripiat. Major tamen ejus laus videtur in critica esse, quam in interpretatione.—Horum

igitur doctissimorum virorum interpretationes sæpius totidem verbis repetii, vel suppresso vel laudato eorum nomine. In quo non vereor, ut æqui et justii censores me vituperent, cum non a quo, sed quid dictum sit, præcipue sit spectandum. Idque fuit in causa, cur neque hic neque alibi ad alios scriptores, qui idem observassent in veteribus auctoribus, provocarem. Infiniti siquidem esset laboris, at fortasse modicæ utilitatis, omnes istos scriptores excitare, qui idem argumentum inde ab instauratione literarum tractarunt. Quotus enim quisque est, cui egregia Criticorum præstantissimorum opera evolvere datum sit? Quod vero ad veteres scriptores in margine allegatos pertinet, eos non modo accuratius citavi, sed etiam multis in locis eorum catalogum insigniter auxi; ut qui scire cupiat, quinam alii scriptores veteres eandem rem persecuti sint, sitim suam possit explere. Ad quem finem consequendum cum Longolii, quondam mei, nunc *μαχαρίτου*, bibliotheca uti non amplius possem, curtæ suppellectili meæ succurrerunt et multos libros mecum communicaverunt, viri Perillustris atque Excellentissimus Jo. Gottlob Mayer, Sereniss. Principis Nostri a Consiliis Regiminis provincialis intimis, et Consistorii Præses splendidissimus, Mæcenas æternum colendus; Illustris atque Amplissimus M. Laurentius Joannes Jacobus Langius, Seren. Principis a Consiliis Consistorii, et Professor Gymnasii Baruthini meritissimus, Collega mihi conjunctissimus; et Magnificus atque Illustris Christophorus Theophilus Harles, Seren. Principis a Consiliis Aulicis, Professor Eloq. et Poëseos in Academia Friderico-Alexandrina Celeberrimus, cum maxime Academiæ Prorektor, fautor et amicus longe æstimatissimus; quibus pro tanta liberalitate maximas ago habeoque gratias.

Chronologiam, a Pighio additam, multis in locis non tantum comparando Editiones, verum quoque consulendo Fastos emendavi.

Historicas vero, Geographicas, et alias cujuscumque generis observationes, in Indices conjeci, a me ipso con-

fectos, ut si non Notis meis, tamen Indicibus gratiam lectorum inirem. An consecutus sim, quæ volui, iudicium sit penes eruditum lectorem, cuius æquitati et humanitati me meumque de Valerio bene merendi studium commendo, libere professus mihi nihil gratius fore, quam si, ubi erravero, quod fortasse sæpiuscule factum est, meliora edocentur.

Kummerus vero meus, vir honestissimus, et de literis bene merendi studiosissimus, certe emtoris applausum feret, cum et mundæ chartæ et nitidorum typorum et textus emendati rationem habuit, atque modicum libri pretium statuit; secus ac multi faciunt bibliopolæ, quorum libri vel immani pretio venales prostant, vel charta adeo putida descripti sunt, ut a tractatione illorum puerum pelvim et aquam manuum lotioni poscas, vel typis excusi sunt adeo obtusis ac detritis, ac si per sæculum in trivio jacuissent, aut Hunnorum vel Mogolorum exercitus superequitasset.

Finem hujus Præfationis nunc facere possem, nisi adhuc monendum esset, multos viros doctos, eosque non infimi subsellii, in ea esse opinione, ac si Valerius, qualem nunc habemus, Epitome tantummodo esset operis majoris, temporis injuria deperditi. Quod mihi nunquam persuadebunt. Namque Epitomatores veterum scriptorum ad unum omnes, humili, simplici et aperto usi sunt stylo, non acuto, fucato, et declamatorio, sicuti v. c. ex Trogi, aut Livii, aliorumque Epitomis constat, ut omittam Breviariorum scriptores, Sextum Rufum, Eutropium, Ampelium, Aurelium Victorem, Obsequentem, alios. Deinde auctor multis in locis adeo Tiberio adulatur, ut plane nulla ratio idonea excogitari possit, cur ita impudenter Tiberium laudaret, aut auctor Epitomes omnia illa loca intacta relinqueret, nisi superstite adhuc Tiberio, II. 9. 6. post Sejani detectam conjurationem, IX. 11. Ext. 4. vixerit. Moris enim erat Tiberii temporibus, adulari principi; quod vel ex Velleii Paterculi lectione apparet, quem tamen nemo Criticorum abbreviatum dicere ausit. Et si vel Julius Paris vel Januarius Nepotianus auctor est operis Valeriani hodierni, cur

non expunxit ea loca, ubi Valerius se excusat de longioribus Exemplis, operi suo contra scopum suum insertis? I. 7. Ext. 10. II. 7. 5. IV. 1. 12. &c. cur auctor Epitomes non omisit istas sententias, istum fucum, istos excessus, qui in legendo moram injiciunt, et lectoribus fastidio sunt? (Vide Fabricii Bibl. Lat. Tom. II. pag. 51. ed. Ernesti.) Nonne exinde clarum fit, totum et integrum Valerium adhuc superesse, quia sententiæ istæ, ista acumina, ista redundantia, supersunt, de quibus ipse Januarius loc. cit. queritur? Mirum certe, si Januarius, qui Valerium clariorem reddere volebat, nobis eum obscurasset, obfuscasset, et Cimмериis tenebris involvisset! Mirum, si, qui ne in illa quidem parvula Epistola se a sordibus inquinatioris Latinitatis tueri potuit, in tota Epitome Valeriana cavisset, ne ejus sequior ætas proderetur! Nam quod in Valerio *parvitas* extat, æque minus arguit ætatem Tiberio posteriorem, quam Velleianum *mediocritas*. *Extunc* vero, I. 5. in fine, a librariis profectum est, non a Valerio, qui diserte *et tunc* atque *et deinceps* inter se opponit. Quod denique de mortuo cane, I. 5. 3. dixit, *decesserat catellus*, id in homine, qui affectate omnia enuntiat, et argutias captat, non est mirandum. Nam cum insanum amorem puellæ erga bestiam describere vellet, consulto adhibuit phrasin insolitam, ut lectorem moneret partim de consuetudine parvulorum, qui aves, feles, et canes in sinu gestant, mortuos deflent, ac sepeliunt, &c. partim de stultitia multorum hominum adultiorum, qui sæpe tanto amore prosequuntur bruta, ut ea oppido cariora habeant hominibus. Si ejusmodi ineptæ locutiones argumento essent, libros esse foetus sequioris ætatis, certe Florus multique alii veteres scriptores illo tempore non vixissent, quo vixisse creduntur. In dijudicanda scriptorum ætate ratio habenda est universi dicendi generis, quo quisque usus est, nec solummodo ad singula verba vel insolitas phrases respiciendum est, quæ sæpius certa de causa ab iis adhibentur. Age, si in Plauto nonnulla inepte dicuntur a servis, quis quæso Plautum propter ea ad sequiora detrudit tempora? Si Satirici, si

Poëtæ, alii novas cudunt dicendi formulas, ut risum excitent, ut inimicum pungant, &c. quis eorum scripta a monachis medio ævo confecta dicere sustineat? Quod si in scriptore quodam vocabula occurrunt, diu post illa tempora, quibus vixisse dicitur, demum excogitata aut inventa; vel textus corrûptus est, vel glossa fœdatus, vel totus liber ab impostore suppositus. Quis autem quæso statim vociferari ausit, ultimam rationem valere, et librum esse supposititium?—Viris ergo ceteroquin doctissimis, qui tantum Epitomen Valerii adhuc superesse et circumferri statuunt, neutiquam queo subscribere. Multo minus se mihi probat opinio S. R. Bockii in ‘Grundriss einer Vertheidigung der Christlichen Religion wider die Feinde und Spötter,’ cui verosimile videtur, in Opere Valeriano mentionem injectam fuisse Jesu Christi ejusque rerum gestarum, sed totam illam particulam interiisse. Vereor enim, ut multos inveniat sectatores. At, inquis, Januarius Nepotianus Valerium in compendium redegit, uti ex ejus Epistola constat, (vide Fabricium loc. cit.) Libenter concedo. Composuit etiam Epitomen Valerii Jo. Honorius, Bohemus, circa finem sæculi xv. An ideo Valerius noster Honorio ascribendus est?—Habemus ergo etiam nunc Valerii libros novem integros, sicuti olim habuit Plinius major, habuerunt Gellius et Plutarchus, sicuti ab ipso Valerio in vulgus editi sunt. Cæterum ipse auctor opus suum in libros et in capita divisit, quod ex multis locis apparet e. g. VIII. 13. ab init. Tituli vero exemplorum, qui in Editionibus Pighio prioribus adduntur et Glareano sæpe multum negotii facesserunt, non sunt a Valerio, sed a Grammaticis, ideoque eos merito rejecit Pighius, nec in Editione vetusta sine anno et loco comparent.

Sed hæc hactenus. Nam plura persequi, et criticam descriptionem codicum Mss. atque Editionum principum Valerii adjungere tum atrocissimus et mortiferus morbus, a quo post multos menses singulari Dei ope et mirifico auxilio demum liberatus sum, tum festinatio bibliopolæ, qui jam per integrum semestre de mora questus est, pro-

hibet. Quare nihil restat, nisi ut lectorem doctum et æquum rogatum cupiam, ut hanc Valerii Editionem æquibonique consulat, et magnam ex ejus lectione capiat voluptatem. Scripsi Baruthi die XXVI. Martii MDCCCCLXXXII.

M. JOANNES KAPPIUS,
Concionator Aulicus, et Professor Theologiæ
atque Historiarum Publicus in illustri Collegio
Christiano-Ernestino, quod Baruthi est.

INCERTI AUCTORIS

V I T A

VALERII MAXIMI.

VALERIUS MAXIMUS civis Romanus, patricio genere natus, omnem pueritiam et magnam adolescentiæ partem literis percipiendis, et honestis artibus dedit. Inde, sumta virili toga, se contulit ad rei militaris disciplinam: ubi aliquandiu stipendia fecisse, et in Asiam cum Sexto Pompeio navigasse dicitur. Unde reversus, cum videret se patriæ suæ tam bene dicendo, quam bene faciendo posse prodesse, a quo incepto studio militiæ gloria detinuerat, eodem regressus, statuit urbis Romæ Exterarumque Gentium Facta simul ac Dicta memoratu digna, ut ipse fatetur, literarum monumentis commendare: quod feliciter et gloriose consecutus est. Floruit autem Tiberii Cæsaris temporibus, et sub ejus imperio hanc scripsit Historiam, cujus etiam nomen invocat. Imperatores enim Romani, cum virtute sua juste sancteque gessissent imperium, divino celebrabantur honore, et in Deorum numerum transferebantur: unde etiam Divos Imperatores appellamus. Genus vero suum paternum a gente Valeria, maternum a Fabia duxisse fertur: unde Valerius Maximus ex utraque familia ei nomen est. De cujus morte certe nihil potest afferri.

GERH. JOH. VOSSIUS

IN LIBRO DE HISTORICIS LATINIS.

Valerium Maximum, qui dictorum factorumque memorabilium libros IX. reliquit, post Velleium scripsisse, inde cognoscimus, quod Velleius tantopere aduletur Sejano. Scripsit igitur is superstite adhuc Sejano. At Valerius lib. IX. cap. 2. Sejanum, sed exquisito magis adulandi genere nomen suppressens, ob perfidiam et ambitionem horribiliter exagitat, ac tandem addit, eum ‘omni cum stirpe sua populi Romani pedibus obtritum, etiam apud Inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur, supplicia pendere.’ Scripsit igitur post Sejani cædem: nempe extremis Tiberii temporibus. Stylus tamen vix sapit tam bonum ævum. Ut cum in proœmio ait: ‘Mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit.’ Sententias quoque nimium affectat. Propterea existimare aliquis possit, hunc esse potius illum M. Valerium Maximum, qui anno Christi CCLIV. cum Volusiano Imp. consul Romæ fuit, iterumque consulatum gessit anno CCLVII. ut ex Onuphrio et aliis constat. Ita quod Valerius in Præfatione ait, divinitatem ejus Imperatoris, cui opus suum dicat, paterno avitque sideri parem videri, id non de Julio, Augusto, Tiberioque accipi debet; sed de Imperatoribus tribus Gordianis; quorum duos in Africa creatos Imperatores Maximianus occidit; tertius vero prioris nepos, alterius filius fuit; qui imperare cœpit anno CCLXXXVIII. Quo de Gordiano, ita Capitolinus in Maximo et Pupieno: ‘Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est, merito avi, et avunculi seu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximum in Africa vitam finierant.’ Sed cave hæc decipiant. Nihil enim verius, quam hunc Memorabilium scriptorem multo esse antiquiorem; quando et Gellius, qui sub Hadriano vixit, ejus Memorabilium libros advocat lib. XII. cap. 7. Immo certum est, sub Tiberio vixisse: quandoquidem ipse lib. II. cap. 8. se Asiam cum Sex. Pompeio

petiisse dicit. Est autem is Sextus Pompeius, qui cum Sex. Appuleio consulatum gessit, eo anno, quo Augustus Cæsar vita excessit, eoque Tiberius successit. At consules isti fuere, qui primi in Tiberii verba jurarunt, eoque nomine Tiberio fuere semper acceptissimi, ut ex Dione, Tacito, aliis, constat. Etiam ætatem ostendit locus ipse lib. v. cap. 8. ‘ Marcus Antonius avorum nostrorum temporibus clarissimus orator.’ Item, qua Julio et Augusto assentatum, oratio, lib. vii. cap. 6. et alibi. Item quod in gratiam Tiberii Brutum vocat parricidam lib. vi. c. 4. quemadmodum et lib. i. cap. 8. ait, C. Cassium nunquam sine præfatione publici parricidii nominandum; nempe ita sub Tiberio loqui necesse erat, quod illa etiam Cremutii Cordi querela ostendit apud Tacitum Annalium lib. iv. ‘ Titus Livius Cn. Pompeium tantis laudibus extulit, ut Pompeianum eum Augustus appellaret: neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem Africanum, hunc Brutum, nusquam latrones, et parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe ut insignes viros nominat.’ Cremutius ille a Tiberio damnatus fuit, librique ejus per ædiles cremati; quod ‘ editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset:’ ut ibidem Tacitus ait. Quod si quis objectet, mirum igitur esse, si is, qui Augustei ævi consuli familiaris fuit, dictione utatur, qualis sesquisæculi post fuit: primum dicam, nec illo ævo omnes terse satis locutos; nam et jam Cicero in Bruto conqueritur, quod receptis in civitatem tot exteris, corrumpi cœpisset natus ille color sermonis Romani. Quod si illud minus satisfacit, quid si dicam, fortasse, ut non Trogum, sed Epitomen Trogi habemus, ita nec Valerium extare, sed Epitomen ejus, quam Julius Paris concinnaverit? Nam videtur is fecisse Valerii Epitomen. Quod si Valerius librum de Romanorum nominibus fecit; eumque Memorabilium libris subjecit: hujus quoque Epitomen scripsit. Sin nihil ejusmodi (quod multo verius puto) Valerius ediderit: ipse Paris, ut melius intelligeretur Valerius, librum hunc composuit: ejus autem Epitomen fecit C. Titius Probus:

aut si Probus auctor libri illius fuit, Epitome erit a Paride; quod odorari licet ex Præfatione illa, quæ est in libellum de pronomibus: ea hujusmodi est: ‘Decimus atque ultimus hujus operis liber, seu studiosorum inertia, seu scriptorum segnitia, seu alio quovis casu ætati nostræ perditus est. Verum Julius Paris, abbreviator Valerii, post novem libros explicitos, hunc decimum sub infra scripto compendio complexus est: per quod de nominibus fuisse eundem a Valerio compositum, conjectare licet.’ Sed hoc, quod affert, argumentum Valerii est infirmum. Potuit enim Paris librum de nominibus subjungere, non ut Valeriani libri unius compendium, sed ut omnium Valerii librorum facem ac commentarium. Quare sic statuere malim, Valerium ipsum memorabilia scripsisse: horum Epitomen edidisse Paridem: eundem reliquisse librum de nominibus: hujus libri compendium fecisse Probum. Quod etiam arguunt ista, quæ ibidem continuo sequuntur. Verba quidem Julii Paridis hæc sunt: ‘Liber decimus de prænominibus et similibus.’ Sequitur deinde: ‘Decimi hujus operis libri per C. Titium Probum Epitome.’ Porro hunc, non alium libellum intellexit Alciatus lib. iv. disjunctionum cap. l. cum habere se opusculum ait Valerii Maximi de nominibus Romanorum.

DOCTORUM QUORUNDAM VIRORUM,
TUM VETERUM TUM RECENTIORUM,
DE VALERIO MAXIMO
TESTIMONIA AUT JUDICIA.

Plinius Lib. i. Nat. Hist.

LIBRO VII. continentur gentium mirabiles figuræ, &c. Ex auctoribus Verrio Flacco, Cn. Gellio, Licinio Mutiano, Mutio, Massurio, Agrippina Claudii, M. Cicerone, Asinio Pollione, Messala, Rufo, Corn. Nepote, Virgilio, Livio, Cordo, Melisso, Seboso, Corn. Celso, Maximo Valerio, &c.

Plutarchus Marcello.

Annibal cetera nihil curans cum Marcellum cecidisse intelligeret, ipse confestim ad locum cucurrit, et mortuo astans diu robur corporis et speciem consideravit. Neque vocem misit arrogantiorē, neque vultu lætitiā, ut forsā alius acri ac gravi hoste sublato fecisset, præ se tulit, sed ad insperatam mortem obstupescens anulum quidem detraxit. Τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ, καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε. καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήμασι. *Corpus vero decenter ornatum ac honorifice cultum cremavit: reliquias*

in argenteum urnam recondens, injecta aurea corona, misit ad filium. Ita Cornelius Nepos et Valerius Maximus prodidere.

A. Gellius Noct. Att. Lib. I. cap. 8.

Scripta hæc Historia [de foemina quæ virum et filium eodem tempore venenis clam datis interfecerat, nec tamen propterea damnata ac punita est] in libro Valerii Maximi Factorum et Dictorum Memorabilium octavo.

Joh. Saresberiensis, Policratici Lib. VIII. cap. 4.

In Quinto Considio saluberrimi exempli, nec sine parvo ipsius fructu liberalitas referente Valerio annotata est.

Et ibid. cap. 6.

Est enim blandum, ut ait Valerius, luxuria malum, quam accusare aliquanto facilius est quam vitare.

Idem multis quoque aliis locis Nostrum laudat.

Ludovicus Carrio, Emendat. Lib. I. cap. 7.

Valerius Maximus Tiberii Imp. temporibus scriptor non ignobilis, et multis ipsius antiquitatis præjudiciis recentiorum hominum censuræ ereptus.

Jos. Scaliger ad Eusebium n. 1841.

Equidem multa notavi apud Valerium Maximum non bene Latina, multa inepte affectata, optimum alioqui et utilissimum scriptorem, quem extare plurimum Reip. Literariæ refert.

Joh. Ger. Vossius de Analogia Lib. I. cap. 22.

Valerius Maximus non adeo verborum est curiosus, quæ interdum accipit a vulgo.

Aug. Buchnerus ad Got. Olearium, Epist. Parte I. 76.

De Valerio Maximo ita sentio, esse multo utilissimum, et valde necessarium scriptorem, sed eum viris magis et quibus jam confirmata styli integritas est, quam adolescen-

tulis convenire, qui nondum tenent dicendi regulam, et deteriora citius, quam sana et recta imitantur. Est quidem nihil æque salubre ac frugiferum, quam omnis generis exempla, quibus vitam informes, nota habere et observata, et isto nomine egregie de omni ætate meritus Valerius est: refertque plurimum eum extare; sed dictionem quod attinet, fatendum equidem est, neque terse eum ubique satis, sed affectate sæpe et putide loqui, quodque Horatius, ait, ‘nubes et inania captare.’

Dan. Heinsius ad Anonymum, Epist. T. II. p. 453. n. 230.
a Cl. P. Burmanno editarum.

Aliquamdiu autem iis abstinendum, quos declamatoriæ argutiæ commendant, et qui quam longissime ab ea puritate absunt. Inter quos Valerium, scriptorem alias exitium, fuisse et ego judicavi semper, nec tu, puto, negas, quæque alii in eo culpent recte annotasti.

Janus Rutgersius, Var. Lect. Lib. VI. cap. 16.

Legebam his diebus Valerium Maximum. Non est mihi unquam verius dixisse visus Josephus Scaliger, quam cum eum ineptum verborum et sententiarum affectatorem appellavit. Nec ignoro illum a quibusdam tanti fieri, ut ejus dicendi rationem unicam eloquentiæ normam putent; ego tamen aliter sentire non possum, quoties ineptias illas, et vere putidas verborum quisquillas memini, ut cum theatrum ‘urbana castra’ vocat: ‘Proximus militaribus institutis,’ inquit, ‘ad urbana castra, id est theatra, gradus faciendus est:’ et Lib. III. cap. 8. Socratis autem ‘virilitatis robore palliatus animus:’ et de cane L. Pauli non aliter quam si de excessu D. Augusti loqueretur: ‘Decesserat autem castellus, quem puella in deliciis habebat, nomine Persa:’ et Lib. IV. cap. 6. si antiquis libris fides habenda est: Sunt ‘et alienigeni amoris cineres usti obscuritate ignorantiae, non obruti:’ et mille talia, quorum tædio, pæne dixerim, enecatus sum. Sed ducebar rursus tot illustrium exemplo-

rum varietate, in quibus etsi nihil est, quod non apud alios quoque reperiatur, tamen vel sic juvabat velut sub uno fasce comprehensa intueri, quæ hic illic sparsa non nisi laboriose conquirentur.

Dan. Georg. Morhofius, Polyph. Lib. IV. c. 12. Sect. 6.

Sub eodem Imperatore Tiberio vixit Valerius Maximus, paulo tamen, ut observat Vossius, post Velleium, quippe qui Sejano turpiter adhuc adulatur, quem contra Valerius jam interentum vehementer exagitet. Dictio tamen ejus tam aspera horridaque est, ut jam olim Erasmus in Ciceroniano, Afro magis similem esse, quam Italo eum auctorem judicaret, nec magis Ciceroni similem, quam homini mulus. Hinc in varias opiniones itum a viris doctis. Plerique non integrum Valerium, sed ejus Epitomen tantum superesse volunt: quod tamen non usque adeo certum. Reliquit Exemplorum, seu Dictorum Factorumque Memorabilium Lib. IX. In exemplaribus scriptis hujus auctoris tantam esse varietatem notat Barthius Advers. Lib. XIX. cap. 15. ut componere nova veteribus adorsus vix scias quorsum vertere sententiam velis. Idem Barthius Lib. I. cap. 10. Valerium Maximum minime ex genio sæculi locutum, Vitruvio leviolem invidiam facere posse ait. Adeoque quin ipsiusmet Valerii labor is, quem habemus, hodieque supersit, non dubitat. *Conf. Lud. Vives de Discipl.* p. 521.

Fragmenta duo ex Adversariis Casp. Barthii ineditis, quæ a Christ. Daumio quondam cum Cl. Antonio Perizonio fuerunt communicata.

Valerii Maximi Selecta Memorabilium Dictorum Factorumque quanto cum fructu legantur neminem latet. Eadem æstimatio illi in Romana antiquitate fuit, utpote cujus testimonio utantur Philologi, non postremi omnium priscorum, sed cum primis censendi. Agellius Lib. XII. c. 7. Plutarchus in extrema pagina vitæ Bruti, et non nemo si

satis memini aliorum. In medio vero ævo tanta fuit ejus auctoritas, ut integras narrationum tabulas multis dederit transcriptoribus. Quorum auctorum nonnulli adeo de eo securi fuerunt, ut nominis etiam potuerint oblivisci. Fulbertus Carnotensis, qui Epist. 96. Valerium Rufum vocat. Sermonem ejus incessunt aliqui. Nobis sane militarior et castrensius, quam civilior et urbanior videtur, tamen talis ut ad hoc scriptionis genus commodiorem putem soluto aliquo, et lumbos ad alienum arbitrium trahente. Qui Vitruvium Pliniumque seniorem legerit, partem etiam Velleii Paterculi, nullo temporum præjudicio ad Valerii damnationem veniet. Quæsivit in rebus seriis orationem gravem, strictam, ardentem, plenam censuris et laudibus: in contrariis narrationibus properantem et vehementem, quo genere Historiolæ tales apte, fortiter, efficaciter, et profunde animis præsertim magnatum imprimuntur: quod ergo in eo vituperant illi, nos cum primis laudamus, et judicium naturæ junctum agnoscimus.

Idem.

Valerius Maximus utilissimus auctor est, et Romanis rebus florentibus haud ignobilis, utpote quem laudent magni Philologi, etsi prior posteriore longo intervallo posterior, Plutarchus et Agellius. Rectissime de eo censet ad Eusebium Scaliger plurimum interesse Reip. Literariæ eum extare ad nostra tempora. Ut minimum enim Dictorum Factorumque Memorabiles Historiolas centum et triginta in eo superesse aliquando notavi, quorum damnum amisso hoc auctore ex nullo alio reparari possit. Barbaris temporibus tritissimus fuit ob varietatem narrationum: quo genere delectati maxime fuerunt Patres illi Scholastici. Habuit illorum sæculorum uno amatorem insignem Danicæ Historiæ conditorem Saxonem Grammaticum, sic satis Latinitatis scribendæ capacem auctorem, et poëtam omnino supra captum ætatis suæ. Est autem magna accuratio Valerii in multis; ut multa melius narrat ipsis auctoribus, unde sumit, additis plerumque præclaris monitis. Libro-

rum ipsorum notabilis est etiam æqualitas, paucis enim pagellis alius alium excedit. Quatuor primi eadem constant mensura. Quintus paulum prolixior. Sextus consonat quatuor primis. Septimus brevior est his omnibus, nimirum ut ejus defectu prolixitas quinti in ordinem ceterorum veniat. Octavus et nonus tenuissimo modo longiores sunt primis. Quo pacto licet etiam multos alios Romanos Græcosque Scriptores metiri. Pauci enim non observarunt talem aliquam æqualitatem.

In Margine notata erant hæc.

Equidem vix crediderim Valerium in animo habuisse hanc æqualitatem Librorum. Facilius persuadeor, qui nunc est Valerius, Epitomam esse a Julio Paride compilatam, atque adeo ex ejus cerebro provenisse has librorum sectiones.

Janus Broukhusius ad Tibull. Lib. 1. Eleg. 3. vs. 20.

Admodum serio super Tiberio Graccho res novas parante ac pedem graviter offendente nugatur Valerius Maximus Lib. 1. cap. 4.

DE ROMANORUM

NOMINIBUS.

NOVEM Libris Valerii Maximi decimus de Nominibus Romanorum subiungi solet, qui incerti scriptoris est: nam quod illius auctorem Valerium Maximum nonnulli esse volunt, id secus esse postea probabimus. Huic libro, quoniam et utilis admodum est, et mutilus, tum notas addere, tum supplementum, animus erat: cum viri eruditi nobis auctores fuerunt, ut in idem argumentum toti operi præmitteremus nonnulla; idque studiosis et utilius multo fore, et iucundius, quod ea non huic tantum libro commentarii loco essent, sed ipsi etiam Valerio multum afferrent opis. Illis, ut par erat, morem gessimus. De Romanorum nominibus scripserunt; id enim lectorem admonere non abs re fuerit, ut fontes ipsos, si plura hisce de rebus scire cupiat, invisere possit; scripserunt, inquam, de Romanorum nominibus, e veteribus Charisius, et Diomedes Grammatici, Plutarchus

tum in Coriolano, tum in Mario, Apianus in Proœmio Historiæ, Dio lib. XLVII. Pausanias in Achaicis. E recentioribus Franciscus Robortellus, Carolus Sigonius, Onuphrius Panninus; et e Societate nostra duo viri doctissimi Andreas Schottus in tomo tertio Pighii, et Jacobus Sirmundus in Præfatione ad Notas in Sidonium; e quibus omnibus insignia quæque selegimus, quæ brevitatis studio in quatuor veluti classes tribuenda visa sunt: quærimus enim 1. An Romani omnium primi pluribus uti nominibus cœperint: 2. Quæ fuerint illa prænomina, nomina, cognomina; et unde sumta sint: 3. Quæ lex fuerit in fœminis, filiis adoptivis, libertinis, servis: 4. An eadem fuerit nominum ratio stante ever-saque Republica. Quæ quatuor, quam brevissime fieri poterit, perstringemus.

AN ROMANI OMNIUM PRIMI PLURIBUS UTI NOMINIBUS CŒPERINT.

DUPLEX est Auctorum super hac re sententia: altera Varronis, altera illius, quisquis est, qui decimum hunc librum scripsit. Hunc morem Ro-

manorum proprium Varro; ab aliis acceptum docet ignotus ille scriptor. Cum multa Varronem, tum illud præcipue movit; quod Romulus, Remus,

Faustulus unum nomen habuerint: Varronemque secutus Priscianus, cur alterum tertiumque nomen adhibuerint, duas affert rationes: unam, ut homines ejusdem tum gentis tum familiæ inter se distinguerentur: alteram, ut Sabinorum sibi conciliarent benevolentiam, dum et ipsorum sibi assumerent nomina, et sua ipsis communicarent. Quibus et Eutropius in Romulo, et Appianus in eo, quem diximus, loco assentiri videntur.

Eorum tamen, qui aliter senserunt, opinionem multo probabiliorem non temere dixerim: cum bene multi, tum apud Albanos vel ante Romanam conditam, tum etiam apud Sabinos aliquanto post, plura habuerint nomina. Quis enim vel leviter eruditus nesciat Romuli matrem Rheam Syl-

viam; avum Numitorem Sylvium; fratremque ipsius Amulium Sylvium; Sabinorumque duces huic ætati prope suppres T. Tatium, et Metium Sulfetium appellatos? Nec quenquam movere debet, quod Romulus et Remus uno nomine dicti sint: id enim illis singulare fuit, cum essent spurii; vel, quod similis vero videtur, ex gente Sylvia cum essent, Romulus et Remus non nomina, sed prænomen, fuerunt. Hunc morem a Græcis acceptum tradit Arruntius Claudius apud Diomedem; ab Albanis et Sabinis decimi hujus libri ignotus auctor, quod verius putem. Maneat ergo Albanos ante Urbem conditam plura adhibuisse nomina; illamque ab iis ad Romanos manasse consuetudinem.

QUID SIT NOMEN, COGNOMEN, PRÆNOMEN.

GENTEM inter et Familiam hoc intererat, quod Gens multo latius quam Familia pateret; cum ex una Gente multæ Familiæ, quasi ex uno fonte multi rivuli, derivarentur. Quod videre est, ut Gentis unius exemplo de ceteris conjectura fiat, in Gente Cornelia, unde Familiæ nobilissimæ Scipiones, Lentuli, Cethegi, Dola-bellæ, Cinnæ, Syllæ, &c. tanquam ex uno trunco multi rami propagatæ sunt. Quare ne gens cum gente, ne familiæ ejusdem gentis, ne homines ejusdem tum gentis tum familiæ nominum similitudine inter se confunderentur, adhiberi cœpta sunt Nomina, quæ Gentem; Cognomina, quæ Familiam; Prænomena, quæ Personam, designarent. Ut rem paucis concludam, Nomine gens a gente, Cognomine familia a familia. Prænomine frater a fratre distinguebatur: quod proposito exemplo clarior patebit. Sint igitur Publius Cornelius Scipio et Lucius Cornelius Scipio: ambo fratres ex Cornelia

gente, et Scipionum familia. Quare utrique commune et nomen, et cognomen: utrumque fratrem nomen Cornelius a gente tum Fabia tum Claudia; cognomen Scipio ab aliis Corneliæ gentis familiis, ut Lentulis, Cethegis; et prænomen Publius et Lucius alterum ab altero discernit.

Tria hoc in loco annotare libitum est, unum nomini Gentilicio prænomen præponi, postponi cognomen; alterum prænomen a Plutarcho appellari 'prima;' nomina 'secunda;' cognomina 'tertia.' Hæc forte leviora, tertium paulo gravius; esse nonnullos, qui agnomen a cognomine plane diversum esse velint: utque in eo, quod jam attulimus, exemplo hæreamus: P. Cornelius Scipio Africanus, et L. Cornelius Scipio Asiaticus: Africanus et Asiaticus vocant agnomina, quod cum ab actione aliqua eventuale petantur, sicut prænomena fratrem alterum ab altero, ita victoriam unius a victoria alterius distinguant: sic quidem illis placet:

sed quam opinione sua falsi sint, vel ex uno Cicerone intelligi potest; cuius duo testimonia hic ascribere non pigebit, quorum in altero de Scipionibus, Africano et Asiatico; in altero de duobus Africanis, Majore et Minore loquitur. Sic igitur ille pro Muræna: 'Quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat: eandem hic sibi ex Asia cognomine desumpsit.' Et in Somnio Scipionis: 'Eritque cognomen id tibi per te partum, quod nunc habes a me hæreditarium.' Quibus cum Africanus et Asiaticus non agnomen, sed cognomen, esse ab eo dicantur; nihil opus est in his diutius immorari.

Studiōsis, opinor, non erit ingratum, si quot fuerint prænomina, quot literis notarentur; et unde singula deducta sint ex primæ classis auctoribus breviter hic exposuerim. Triginta, si Varroni credimus, prænomina fuerunt; alia tamen aliis rarius usurpata: frequentiora erant octodecim, quorum alia singulis, alia binis, alia ternis literis scribebantur: singulis hæc undecim:

A. Aulus, qui Diis volentibus natus est. Ignotus hic auctor.

C. Caius, a gaudio parentum dictus. Idem.

D. Decimus, qui decimus natus est. Varro.

K. Cæso, qui ex matris utero exsecutus est. Festus, Plinius, &c.

L. Lucius, vel a Lucumonibus Etruscis, ut ignotus auctor; vel qui lucis initio natus est, ut Varro et Festus.

M. Marcus, qui mense Martio ortus est. Ignotus auctor.

M. Manius, qui mane natus, vel omnis causa, quasi bonus. Varro, Festus, Macrobius.

N. Numerius, a numero dictus. Festus.

P. Publius, vel a pube, vel a populo, quasi popularis, vel quasi pupillus. Ita ignotus auctor.

Q. Quintus, qui quinto loco natus est. Varro.

T. Titus, a Sabino quodam ducitur, ex ignoto auctore; vel a titulo, ex Festo, quasi Tutulus, qui patriam tueretur.

Quatuor notantur binis literis:

Ap. Appius, ab Actio Sabino, Claudia gentis Principe. Ignotus auctor.

Cn. Cnæus, ob nævum insignem.

Sp. Spurius, qui sine patre; antiqui enim iisdem literis SP. Spurium, et sine patre, scribebant. Plutarchus.

Ti. Tiberius, qui ad Tiberim natus est. Ignotus auctor.

Tria scribuntur trinis literis.

Mam. Mamercus, a Mamercō Pythagoræ filio.

Ser. Servius, quem serva mater peperit. Plutarch. Vel qui mortua matre in utero servatus est.

Sex. Sextus, qui sexto loco natus est.

Rarius usurpata Prænomina:

Faustus, a favore dictus.

Hostus, qui peregre apud hospitem natus est. Ignotus auctor.

Opiter, quasi post obitum patris genitus. Festus.

Posthumus, qui post humatum patrem natus est.

Proculus, qui patre vel sene, ut vult ignotus auctor, vel peregrinante procul a patria natus est, ut placet Plutarcho.

Tullus, omnis causa, quasi tollendus. Ignotus auctor.

Volero, quasi volens nasci.

Vopiscus, qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deduceretur. Festus, Plut. et Plin.

Sabinorum prænomina propria fuerunt: Ancus, Numa, Pompo, Tullus, Volusus. Etruscorum, Aruns, Lar, Lucumo. Albanorum, Metius. Latiorum, Turnus.

Prænomina quædam in cognomina versa sunt; ut Agrippa, Gracchus,

Proculus, Vopiscus; et nonnulla cognomina in prænomena: ut Cossus, Drusus, Julius, Nero, Paulus, &c.

Infinitus ego sim, si unde singularum gentium nomina petantur, sigillatim persequar. Quare satius visum est summa tantum capita breviter indicare, ut earum rerum intelligens lector ex iis, quas appellabo, paucis, de aliis conicere possit. Alia igitur gentium nomina a Trojanis et Aboriginibus ducuntur, ut Fabii a Fabio, Julii ab Iulo: quorum alter Hercules, alter Æneæ filius fuit. Alia ab Italis, ut Calphurnii a Calpo Numæ filio; a prænominibus, Lucilii a Lucio; a Manio Manilii: a nominibus, Sextilii a Sextiis: a cognominibus, Rutili a Rutilo; a Fulvo Fulvii: ab oppidis, Tarquinii a Tarquiniiis: a quadrupedibus, ut a porcis Porcii; ab asinis Asinii: a ministerio, ut Flamini: a voce aliqua, ut Octavii ab octavo. Non alienum erit hic annotare, omnia fere hæc nomina in *ius* desinere, ut Cornelius, Julius; si quinque exceperis; Cæ-

cinna, Norbanus, Peducæus, Perperna, et Poppæus; quæ etiam ut nonnullis placet, non nomina, sed cognomina, fuerunt.

Cognomina familiarum alii aliunde repetunt, quæ tamen, ut rem paucis expediam, ad tria quasi capita revocari possunt: ita ut alia ab animo, alia a corpore, alia a fortuna ducantur. Ad animum vero pertinent virtutes, mores, oratio, artes, studia, res gestæ, &c. Ad corpus, partes corporis, color, vestitus, habitus, cum altero similitudo; et alia ejusdem generis. Ad fortunam et casum cetera. A sapientia Cato et Sophus: a virtute et moribus, Frugi, Gurges, Nepos: ab oratione, Lepidus, Atticus: ab arte et studio Pictor, Metellus: a regione vel urbe devicta, Africanus, Coriolanus: ab amore in populum, et in patrem, Publicola, Pius: a corporis partibus, Cincinnatus, Calvus: a corporis habitu, Crassus, Macer, a similitudine cum alio, Serapio: a fortuna Felix, Faus-tus.

QUÆ LEX FUERIT NOMINUM IN FŒMINIS, FILIIS ADOPTIVIS, LIBERTINIS, ET SERVIS.

Ut viri, sic mulieres prænominibus uti consueverant. Sed eorum alia aliis temporibus ratio fuit. Primum enim prænomena illis fuerunt, ut ignoto auctori placet, Caia, Lucia, Publia, Numeria, Rutilla, Cesella, Rodocella, Mutrulla, Burra, et ut auctor est Festus, Cæcilia et Tarratia, quæ inversis literis scribi moris erat *CTM*. deinde vero nomen gentis illis inditum est; ita ut si unica esset filia, Cornelia, v. g. vel Tullia diceretur. Si duæ, una Cornelia Major, altera Cornelia Minor. Si plures, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, &c. Vel ut nomina sonarent lenius, Secundilla, Quartilla, Quintilla. Imponendi ve-

ro tum nominis tum prænominis aliud fœminis, aliud maribus tempus fuit: nomen enim fœminis octavo die, maribus nono imponi solebat: prænomena vero pueris, cum virilem togam sumerent; puellis cum nuberent.

De filiis adoptivis unum tantum habeo, quod moneam: ipsos aliquando nomen gentis, aliquando cognomen familiæ ita retinuisse, ut nomen inflecterent, cognomen vero servarent integrum. Exemplo nobis erunt P. Cornelius Scipio Æmilianus, et C. Julius Cæsar Octavianus, quorum alter ex gente Æmilia in Corneliam a filio Africani Majoris: alter ex gente

Octavia in Juliam a C. Cæsare adoptatus est. Cum vero P. Cornelius Scipio a Q. Metello Pio, et M. Junius Brutus a Q. Servilio Cæpione adoptati essent; ille Q. Metellus Pius Scipio, hic Q. Servilius Cæpio Brutus dictus est.

Inter servos et libertos id discriminis esse plerique volunt, quod servi domini prænomen tantum; liberti

vero et prænomen et nomen assumerent. Cognomen non item: quare servus vulgo vocatur Lucipor, Marcipor; quod idem sonat ac Lucii puer, Marci puer. Si libertorum exemplum requiras, indicio tibi erunt duo M. Tullii Ciceronis liberti, quorum alter M. Tullius Tiro, alter M. Tullius Laurea appellatus est.

AN EADEM FUERIT NOMINUM RATIO STANTE EVERSAQUE REPUBLICA.

Duo hic potissimum quærimus, quorum alterum ad prænomen, alterum ad nomen cognomenque pertinet. Primum an posterior ætas, sicuti prior, proprium cujusque nomen ceteris nominibus præposuerit. Deinde an nomen cognomenque a patre, avo, proavo, ut olim, certa lege repetierit.

Stante Republica hic mos semper obtinuit, ut nomen proprium; prænomen, uti diximus, erat; ante cetera nomina collocaretur: post everSAM vero Rempublicam, et Romæ, et in Provinciis non primum, ut olim, sed ultimum nomen cuique proprium fuit: ita ut fratres, cum cetera nomina communia haberent, non primis, ut antea, sed ultimis nominibus inter se dignoscerentur; ut Flavius Vespasianus et Flavius Sabinus fratres apud Suetonium. Atque a multis exemplis ut abstineamus, unum Senecarum addere satis superque erit. Pater fuit M. Annæus Seneca, qui Rhetor: illi tres fuerunt filii, M. Annæus Novatus, L. Annæus Seneca, qui Philosophus, et L. Annæus Mela, qui Lucani pater. Quis non videt tres illos fratres, nec primo, nec secundo nomine, quæ vel tribus, vel duobus communia erant, sed ultimo, quod unicuique proprium, inter se distingui?

Florente Republica prænominis imponendi hic mos fuit, ut filius natus maximus plerumque prænomen a patre, secundus tertiusve a patruis, cognatis, aut proavis, mutuarentur; nomina vero gentium, et familiarum cognomina ita certa erant et stata, ut et fratribus essent communia, et ad posteros transirent. Quare Cornelii aut Julii dicebantur ii omnes, qui e gente Cornelia aut Julia nati erant; et Scipiones item, aut Cæsares, qui in familia Scipionum aut Cæsarum. Sed paulo post occasum Reipublicæ ita labi sensim ac mutari cœperunt, ut nullum familiæ, nullum gentis certum nomen fuerit; filiique a patribus, et a fratribus fratres semper pluribus, interdum omnibus nominibus discrepant: cum id temporis, nec proprium cujusque nomen, nec adjuncta, seu prænomina, seu cognomina semper a parentibus, ut prius, sed aliunde, ut plurimum pro arbitrio deducta assumerent; quod vel ex iis duobus, quæ proferam exemplis intelligere licet. Q. Clodius Hermogenianus Olybrius, et Faltonius Probus Alypius Theodosii ævo fratres fuerunt; et aliquanto post Flavii Aviti Mariniani, qui Asclepiodoti fuit in Consulatu Collega, filius erat Rufius Prætextatus Posthumianus et ipse Consul.

Utque rem paucis concludam, posterior ætas a veterum Romanorum consuetudine in his duobus deflexit; quod et proprium cuique nomen fuerit stante Republica, quod primum: ea vero eversa, quod ultimum:

et stata fuerint primis hisce temporibus tum gentium tum familiarum vocabula; posterioribus vero non item. Hæc habui fere de hominibus Romanorum, quæ dicerem.

DE GENTIBUS ET FAMILIIS ROMANORUM.

UT Historiæ Romanæ studiosis adolescentibus opera nostra gratior sit, et etiam utilior, non gentes omnes Romanas, quod infinitum sit, hic persequimur; sed eas tantum, sive Patriciæ sint, sive Plebeia, quæ vel militari gloria, vel gestis honoribus, præ ceteris maxime floruerunt. Cum vero ante bella Punica, Romana res, aut angustis, aut iisdem, quibus Italia, finibus clauderetur; et bellorum et ducum fama primum obscurior fuit, postea illustrior: quare familias quæ ante illa tempora, aut domi aut militia nobiles extiterunt, quam brevissime fieri potuit explicuimus: quæ aliquanto post Orbis imperium patriæ suæ virtute bellica pepererunt, paulo uberius. Ac ne quid etiam illud haberet fastidii, cum familiæ aliæ multos et pacis et belli artibus insignes viros protulerint, aliæ unum, alterumve tantum; illarum stemma integrum appositum est; harum vero non item, sed clarissimi quique suo quisque loco appellati. Ne cui vero nominum similitudo errorem objiciat; et annus, quo quisque Consul fuit, annotatus est, et præfixi numeri, qui

continuam familiarum seriem indicent. In signandis Consulibus annis Fastos Consulares, ut extant tum apud Sigonium tum apud Pighium, secuti sumus: quare ne quis miretur, si a Glandorpio aliisque nonnullis sæpius dissentiamus: qui quem ducem adhibuerint plane nescio. Excerpta etiam ex primæ classis auctoribus testimonia appingere libuit; eaque, quoad licuit, insignia, quibus summorum virorum et expressa forma est, et indoles: quo enim quisque et corporis habitu fuerit et ingenio cognoscere voluptatis habet non nihil. De familiis Romanorum scripserunt Antonius Augustinus, e nummis Fulvius Ursinus, Glandorpius in Onomastico, tabulis et Richardus Streinius, et Nicolaus Reusnerus. Multa etiam habet Pighius in Annalibus Romanis, nec non et in Fastis Sigonius; quibus quidem omnibus usi sumus. Sed alia illis, alia nobis, scribendi ratio proposita est; utra præstet alteri, tuum esto, Lector, iudicium. Si nostra tibi non displiceat, utere, et fave.

QUI APUD ROMANOS PATRICII, QUI NOBILES.

ROMANORUM omnes tum gentes tum familiæ in quatuor classes tribui haud incommode possunt: aliæ enim,

si genus spectemus, Patriciæ fuerunt; aliæ Plebeia: si honores; aliæ nobiles; aliæ novæ. Primum de Patriciis,

deinde de Nobilibus, dicemus. Nam ceteræ nihil ad nos.

Urbe condita, Populum omnem duas in partes Romulus divisit: unam divitum, qui Patres, eorumque posterii Patricii dicerentur: alteram tenuiorum, qui Plebei; ut illi pauperibus patroni, isti optimatum clientes essent. Penes Patricos Sacra, Judicia, Magistratus erant, totiusque Reipublicæ summa. Plebis vero fuit agrum colere, alere pecus, quæstuosis artibus operam dare, et alia id genus exercere officia. Hæc prima, ut memoriæ proditum est, Patriciorum origo. At cum Romulus, Tarquinius Priscus, et L. Brutus, alius alio tempore Patricos allegerint, qui 'majorum gentium' dicendi sint, qui 'minorum,' Livium inter et Tacitum non convenit. Nam Livius, quos Romulus ascripsit, 'majorum gentium;' quos Tarquinius, 'minorum;' quos L. Brutus, 'Patres conscriptos' appellat. Tacitus vero vult omnes, tum a Romulo tum a Tarquinio allectos, majorum gentium fuisse: ascitos vero a Bruto, minorum gentium nuncupatos. Utri horum assentiri debeas, tute ipse videris, ego certe affirmare non ausim. Ex his facile quivis intelligat multum inter Civem Romanum et Patricium interfuisse: is enim Civis erat, qui civitate donaretur; at non continuo Patricius, nisi ab eo qui tum rerum potiretur, in hunc ordinem cooptatus esset. Nam Principis fuit Patriciorum numerum pro arbitrio vel explere, vel augere: quod factitatum legimus primum a Tarquinio Prisco, tum a L. Bruto Consule, multo post ab Augusto, denique a Claudio, ut tradunt Liv. Suet. et Tacit.

Unum est, quod vel eruditis aliquando negotium facessere solet; cur ex duabus familiis ejusdem et nominis et gentis sæpe altera Patricia, Plebeia altera fuerit: immo una ea-

demque interdum familia modo Patricia, modo Plebeia dicatur. Qui id factum sit, multi multas causas afferunt, ex quibus tres potissimum apud Sigonium mihi probantur. Una est, quod ex Patricia gente alii ad plebem se contulerint; alii in pristina dignitate remanserint. Contra vero e Plebeia alii transierint ad Patricos, alii non item: quod de gente Octavia prodidit Suetonius, quæ a Servio Tullio inter Patricos allecta, se ad plebem aliquanto post contulit; et C. Cæsaris opera ad Patricos rediit. Altera, quod tum Plebeius a Patricio, tum Patricius a Plebeio adoptatus, illius qui ipsum adoptabat conditionem sequeretur. Verbi gratia, M. Brutus Plebeius a Q. Cæpione Patricio, et P. Scipio Patricius a Q. Metello Plebeio adoptatus est, uti jam diximus: quare ille Brutorum familiam ex Plebeia Patriciam; hic vero Scipionum familiam ex Patricia Plebeiam reddidit. Tertia, quod si quis vel libertate vel civitate a Patricio quopiam donaretur, is illius sive domini sive patroni nomen ferret gentilium: Patricium tamen honorem non obtineret: unde duæ propagabantur familiæ ejusdem quidem nominis, at non ejusdem dignitatis.

Dum solis Patriciis aditus ad honores patuit, iidem Nobiles erant qui et Patricii. At ubi Romana res adolevit, plebi simul cum opibus animi spiritusque creverunt: tum enim ambire honores, magistratus petere, facere secessionem a Patribus, tumultus seditionesque in urbe excitare; donec illius pervicacia fracta Patrum constantia est; plebsque ad honores ea lege admissa, ut e Consulibus alter e plebe, alter e Patribus legeretur. Tunc tandem e populo benemulti assecuti consulatum, imperia, triumphos: nobiles haud aliter ac Patricii haberi cæpti sunt, Nobilitas enim nec genere, nec om-

nibus honoribus, sed iis tantum, qui curules essent, Consulatu, Censura, Prætura, et aliquot annis post Ædilitate majore parabatur: his muneribus qui defuncti erant jus habebant imaginum; alii non item: nam qui Magistratus curules gesserant, illis sui imaginem habere domi, pos-

terisque relinquere fas erat; vetitum aliis. Unde colligere licet, eos fuisse Nobiles, qui multas Majorum suorum ostentarent imagines; eos vero homines novos, qui cum nullas haberent; Magistratus tamen curules, vel e gente, vel e familia sua, primi assequerentur.

GENS ÆMILIA.

SIVE a Mamerco Pythagoræ filio, sive ab Æmilio Æneæ nepote, sive ab Amulio Albanorum rege, Gens Æmilia genus suum repetat; aliter enim aliis placet; a singulari certe aut oris venustate, aut sermonis lepore Æmilii nomen invenit. Et Patricia majorum gentium fuit et summis semper perfuncta honoribus. Sep-

tem potissimum familias complectitur, Mamercos, Barbulas, Pappos, Regillos, Paulos, Scauros, Lepidos. Aliæ enim, quas addit Onuphrius, obscuriores sunt. De quatuor, quas Primas appellavi, familiis, quia vetustior earum memoria est, dicemus paucis: de aliis paulo uberius.

ÆMILII MAMERCI, BARBULÆ, PAPPI, ET REGILLI.

ÆMILII MAMERCI ab anno Urbis 260. ad annum circiter 450. summos in Republica Magistratus adepti sunt. Multi Consules, multi Tribuni militares consulari potestate, nonnulli etiam Dictatores, et triumphi honore insignes; quorum virtus in bellis adversus Volscos, Æquos, Fidenates, Sabinos, et Veientes enituit. Aliis omnibus rerum gestarum gloria longe præstitit Mam. Æmilii Mamercinus, qui Tribunus militaris anno 315. deinde ter Dictator fuit; et semel atque iterum de Fidenatibus triumphavit. Mamercorum familia ab anno 450. per annos amplius ducentos jacuit, donec Mam. Æmilii Livianus anno 676. Consul creatus est: illum enim ex Mamercorum familia multi fuisse suspicantur.

Barbularum nomen ab anno Urbis 430. ad annum 530. floruit. Quatuor potissimum memorantur. I. Quintus Æmilii Barbula Consulatu duplici anno 436. et 442. triumpho que de

Etruscis clarus; cujus duo filii II. Marcus et III. Lucius, uterque Consul; ille anno 468. hic 472. Marcus etiam Dictator fuit; Lucius de Tarentinis et Samnitibus triumphum egit. IV. Lucii filius Marcus Consul ponitur anno 523.

Papporum domus ab anno 430. ad 580. celebris admodum fuit, cujus princeps I. Marcus Dictator dictus est anno 432. filio tamen et nepote virtute multo inferior; illi Quintus, huic Lucius nomen fuit: uterque Censor. Sed II. Quintus bis cum Fabricio Consul anno 471. et 475. Pyrrhi retudit impetus. III. Lucius vero Consul anno 528. quadraginta Gallorum millia cecidit, de iisque triumphavit. IV. Lucii filius Marcus Curio fuit Maximus, V. nepos Lucius Prætor Siciliam obtinuit.

E Regillis, unus perhibetur Lucius bellica laude insignis, qui victa ad Myonesum Antiochi Magni classe Prætor triumphum navalem assecu-

tus est. Illius quidem pater Marcus Regillus bello Punico secundo Consul relatus est; sed a Q. Fabio Cunc-

tatore repudiatu, cum diceret alio Consule contra Annibalem opus esse.

ÆMILII PAULI.

ÆMILIOS omnes gloria militari Pauli longe superarunt. Quatuor omnino fuerunt, duo Marci, totidem Lucii; Consulatu omnes, Lucii triumphis etiam clarissimi. **i.** Marcus Consul cum esset anno 451. Magister equitum a Q. Fabio Rulliano dictus est. **ii.** cujus filius Marcus Consul anno 498. multas naves et Carthaginensibus ademittit, et naufragio amisit. **iii.** Lucius ex eo genitus duplicem Consulatum gessit pari fortitudine, sed fortuna longe dispari; nam in primo anno 534. triumphavit de Illyriis; in secundo anno 537. ad Cannas cecidit. Filiam habuit Æmiliam, quæ Africani majoris uxor, et **iv.** filium Lucium, qui Æmilius ille Paulus duplici Consulatu, tribusque tri-

umphis celeberrimus; nam Prætor anno 564. de Hispania ulteriore, primum Consul anno 571. de Liguribus, Consul iterum anno 585. de Perse triumphavit. Duas habuit uxores; ex prima, quæ Papyria fuit, duos suscepit filios, totidemque filias. E filiis natu major in gentem Fabiam, minor in Corneliam adoptatus est. Quare ille Q. Fabius Maximus Æmilianus, hic vero P. Cornelius Scipio Æmilianus dictus est. Filiarum altera Q. Ælio Tuberoni nupsit; altera M. Catoni Censorii filio. Ex secunda uxore, quam senex duxerat, duos etiam genuerat filios; sed eorum alter paulo ante patris de Perse triumphum, alter paucis diebus post obiit.

ÆMILII SCAURI.

SCAURORUM familia obscura admodum fuit ab anno Urbis 563. quo L. Æmilius Scaurus sub Æmilio Regillo contra Antiochum militasse fertur, ad annum 638. quo M. Æmilius Scaurus Consulatum adeptus est, et aliquanto post Proconsul de Liguribus triumphum egit, et Censor stravit viam Æmiliam, diuque Senatus Princeps in urbe, si quis unquam civis, potuit plurimum. Ex Cæcilia Metelli Pii filia, quæ postea L. Syllæ nupsit, Æmiliam primum Acilii Glabronis, tum Pompeii Magni uxorem suscepit, duosque filios; quorum alter, quod stationem Cimbrorum metu deseruisset, objurgatus a patre paulo durius, mortem sibi conscivit. **ii.** Alter Marcus, ille Scaurus Ædilitate, ludorum apparatu, et theatri magnificentia notissimus, qui ex Prætura

Sardiniam sortitus, Sardorum accusatione spe Consulatus dejectus est. Illi ex Mutia a Pompeio Magno repudiata natus est, **iii.** M. Scaurus, qui post C. Cæsaris mortem primum ad Brutum, deinde ad Sextum Pompeium, post ad Antonium fugit; eoque victo vitam ab Octavio obtinuit Mutiæ matris precibus. **iv.** Illius filius fuit Mam. Scaurus, qui sub Tiberio eloquentiæ et ingenii laude cum floreret, adulterii cum Livia insimulatus, hortante Sextia conjuge, sibi cruentas manus intulit.

M. Sauri, qui Senatus Princeps fuit, indolem breviter descripsit Salustius in bello Jugurthino, his verbis: ' Æmilius Scaurus homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiæ, honorum, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans.'

ÆMILII LEPIDI.

LEPIDORUM domum ad summos honores evexerunt Lepidi duo, quorum alter alterius nepos fuit: uterque Marcus dictus, et bis Consul, avus anno 521. et 533. i. nepos 566. et 578. Hic præterea de Liguribus triumpho nobilis, Pontifex maximus, Censor, Princeps Senatus, missusque in Ægyptum, ut tutorio nomine pupilli regnum administraret. Ab eo propagatæ sunt duæ Lepidorum familiæ, quorum ex altera fuerunt M. Lepidus Porcina a Vacceis victus, et Lepidus Livianus, alique aliis temporibus Consules, quorum continua series ex historicis colligi vix potest. Stirpis alterius Princeps fuit, II. Marcus ille Lepidus, qui Tribunus militum Romanis de Antiocho victoriam virtute sua peperit. III. Illius filius M. Lepidus cum L. Oreste Consul anno 627. quartos ludos sæculares celebravit. IV. Ex eo natus est M. Lepidus, qui Pompeii ope adeptus Consulatum, acta Syllæ cum rescindere vellet anno 675. a Collega Q. Catulo urbe pulsus, in Sardinia, quo fugerat, decessit. V. Ambo illius filii Lucius et Marcus C. Cæsaris partes secuti sunt: hic Prætorius,

ille jam Consularis. At Marcus a Cæsare primum Magister equitum, deinde Consul anno 707. factus, post illius cædem et Pontifex Maximus fuit, et Triumvir cum Octavio et Antonio: copiis tamen aliquanto post spoliatus ab Octavio, Circeios relegatus est. VI. Multo etiam tristior M. Lepidi, quem Junia M. Bruti soror illi pepererat, exitus fuit; nam infensus Augusto, cum novis rebus studeret, a Mæcenate oppressus est. V. L. Lepidus Paulus, Marci Triumviri frater, varia etiam fortuna usus est; gesto enim Consulatu anno 703. proscriptus, a fratre Triumviro, quem hostem patriæ dixerat, fugit ad Brutum; deinde Miletum secessit; unde aliquot annis post ab Augusto revocatus, Censor lectus est. Ex Cornelia, P. Scipionis Nasicæ et Scriboniæ, quæ postea Augusto nupsit, filia, VI. M. Lepidum et L. Paulum suscepit. Ambo Consules fuerunt, ille anno 758. hic 753. Neutri filius natus est. VII. Sed utrique filia Æmilia Lepida; quæ Marci fuit, Druso Germanici filio; quæ vero Lucii, Ap. Junio Syllano nupsit.

ANTONII.

ANTONIORUM familia duplex, altera Patricia, Plebeia altera: Patricia Merenda cognomen fuit: Plebeia nullum. Plebeia recentior quidem, sed gestis honoribus multo illustrior; nam e Patricia duo tantum memorantur, quorum alter T. Antonius Merenda, qui Decemvir cum Ap. Claudio anno 303. ob affectam Tyrannidem cum Collegis urbe pulsus est. Alter Q. Antonius Merenda Tribunus militaris anno 331. An tum hæc familia desierit, an se contulerit

ad plebem, obscurum est.

E plebeia tres quatuorve ante Antonii Oratoris ætatem produntur a Livio. M. Antonius Magister Equitum a P. Cornelio Rufino dictus anno 419. Et multo post Quintus et Aulus Antonii; quorum ille L. Æmilii Regilli Prætoris contra Antiochum, hic L. Æmilii Pauli Consulis contra Persem legatus fuit. Ætate etiam suppar illis fuit M. Antonius Prætor. Ab iis prognatusne sit Antonius Orator, an secus, incertum est. Cum tamen

a nemine, quod sciam, novus homo dicatur, ab iis Antoniis traxisse originem, non temere dixerim; in re enim dubia conjectura uti licet.

I. M. Antonius Orator ille a Cicerone tantopere laudatus, fuit prudentia et eloquentia singulari; nec militaris etiam scientiæ rudis; nam ex Consulatu anno 654. Ciliciam sortitus, tam feliciter rem gessit, ut cum triumpho redierit. Censor haud multo post factus est, et in bello civili jussu Marii cæsus, duos reliquit filios M. Antonium et C. Antonium, qui famosi quidem rebus gestis fuere, virtute tamen parenti longe inferiores. II. Marcus enim curationem nactus rei frumentariæ maris imperium obtinuit; sed bello Cretensibus illato, victus est; cujus dedecoris impatiens mœrore obiit. Unde Cretici cognomen illi non honoris, sed Indibrii causa inditum est. II. Caius vero nihilo fratre felicior, Syllæ partes secutus, post victoriam cum Achaiam spoliasset, a Censoribus Senatu motus est; restitutus tamen aliquanto post cum Cicerone, et Prætor et Consul fuit anno 690. oppressoque per Petreium legatum Catilina, Macedoniam Proconsul sortitus est; sed victus a Dardanis, amisso exercitu, provinciaeque temere habita, accusante M. Cælio damnatus apud Cephalonios 15. annis exulavit; donec occiso Cæsare, a M. Antonio Consule fratris filio revocatus, paulo post obiit. Filiam ejus Antoniam M. Antonius uxorem duxerat; sed quasi a Dolabella corruptam, patre etiam tum superstite, dimisit.

M. Antonio Cretico Oratoris filio duæ uxores fuerunt, Numitoria, et Julia L. Cæsaris, qui Consul in bello sociali Sannites vicit, filia; quæ post mariti mortem nupsit P. Cornelio Lentulo, qui ob Catilinæ conjurationem in carcere necatus est. Antonius ex Numitoria nullos liberos sustulit; ex Julia filios tres, Marcum,

Caium, et Lucium Antonios. III. M. Antonius et in Syria sub Gabinio meruit, et in Gallia sub C. Cæsare; a quo in dissensione civili primum Magister Equitum, deinde Consul anno 709. creatus est: cujus cædem ulturus, Triumviratum cum Octavio et Lepido assumpsit. Sex bella vario eventu gessit: tria civilia, Mutinense, contra Republicanam; Philippense, contra Brutum et Cassium; Actiacum, contra Octavium. Tria item externa: Armeniacum, contra Armeniæ Regem; Syriacum et Parthicum, adversus Parthos. In Philippensi, Syriaco, et Armeniaco victor: in Mutinensi, Parthico, et Actiaco victus, Alexandriae victoris Octavii metu se gladio transfixit. Fratrum Caii et Lucii aut tristior aut obscurior exitus fuit; quorum ille missus in Macedoniam, Bruti jussu cæsus est; hic vero post triumphum de Alpinis gentibus, et bellum Perusinum, cujus auctor fuerat, incerto mortis genere periit.

M. Antonius Triumvir habuit uxores quinque. I. Fadiam. II. Antoniam, C. Antonii avunculi filiam, Canioi Galli antea uxorem. III. Fulviam, quæ prius et P. Clodio et C. Curioni nupserat. IV. Octaviam, Octavii Cæsaris sororem, quæ jam ex C. Marcello Marcellum et duas Marcellas pepererat. V. Cleopatram Ptolemæi Auletis filiam, Reginam Ægypti. I. Ex Fadia nullos, quod sciam, suscepit liberos. II. Nullos etiam ex Antonia. III. Ex Fulvia duos filios, M. Antonium, qui Octavii jussu Alexandriae necatus est, et M. Julium Antonium. IV. Ex Octavia duas Antonias; quarum major nupsit Druso Liviae filio, privigno Augusti; minor L. Domitio Ænobarbo. Major ex Druso Germanicum; minor ex Domitio Cn. Domitium Neronis Imperatoris patrem genuit. V. Ex Cleopatra mares duos Alexandrum et Ptolemæum; fœminam unam Cleo-

patram sustulit, quæ ab Octavio Juba juniore Mauritaniæ Regi uxor data est. Quid de Alexandro et Ptolemæo post Octavii triumphum factum sit, obscurum est.

IV. M. Julius Antonius, Triumviri et Fulviæ filius, ab Augusto non vita solum, et libertate, sed sacerdotio etiam, Prætura, et Consulatu anno 743. donatus; admissi cum Julia adulterii pœnas voluntaria morte luit; cum jam ex Marcella Augusti nepte suscepisset L. Julium Antonium, qui paulo post ab Augusto studiorum causa, ut tum ferebatur, sed re ipsa in exilium missus est Massiliam, ubi sub Tiberio anno 776. interiit, et cum eo tota Antoniorum familia.

M. Antonii Oratoris ingenium, eloquentiam, dicendi genus M. Tullius in Bruto; M. vero Antonii Triumviri formam et mores Plutarchus expressit. Eorum verba hic appingere libuit, primum Ciceronis, tum Plutarchi. Ita Cicero de Antonio Oratore: 'Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio; imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. In verbis et eligendis et collocandis nihil non ad rationem, et tanquam ad artem dirigebat. Sed cum hæc magna in Antonio, tum actio singularis:

gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens: manus, humeri, latera, supplexio pedis, status, incessus, omnisque motus cum verbis sententiisque consentiens: vox permanens, verum subrauca natura: sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat; habebat enim flebile quiddam in quæstionibus, aptumque cum ad fidem faciendam, tum ad misericordiam commovendam.'

De Antonio Triumviro hæc Plutarchus in Antonio: 'Forma ei ingenua, dignitas, et barba promissa, frontisque amplitudo, et nasus aduncus faciem virilem repræsentare pictis et sculptis Herculis simulacris germanam videbatur. Jactantia, dicacitas, perpotatio, in publico sedere inter vescendum, et cibum sumere assistentem ex militari mensa incredibile dictu quantam benevolentiam ei conciliavit militum. Inerat moribus ejus simplicitas: effusus erat ad præmia et supplicia; beneficiis tamen, quam pœnis excedebat modum: contumelia ejus in jocis et dieteriis afferebat secum medicinam; si quidem reponeere licebat dicta et convicia: nec minus hilaris erat, cum derideretur, quam cum derideret alium.'

GENS AURELIA.

GENS Aurelia plebeia quidem, at nobilis; tribus cognominibus distincta fuit, Cottarum, Orestarum, et Scaurorum. E Scauris unus M. Aurelius Scaurus Consulatum adeptus est, anno 645. et paulo post in Cassii Consulis exercitu legatus a

Cimbris cæsus est. Ex Orestarum familia tres in Fastis Consules numerantur, quibus omnibus Lucii prænomen fuit. Unus anno 596. Alter is, qui anno 627. ludos sæculares quartum celebravit. Tertius anno 650. in Consulatu mortuus.

AURELII COTTÆ.

COTTARUM domus, quæ a Sabinis, ut Aurelii ceteri, originem, ab ira Cottæ nomen invenit, ab anno 500.

ad Neronis usque tempora, cum ingenii laude, tum summis floruit honoribus: mihi quidem si conjicere li-

ceat, triplex Cottarum familia fuisse videtur; affirmare tamen non ausim: quarum uni Caius, alteri Lucius, tertiæ Marcus prænomen ut plurimum adhæserit. Ex prima Consules duo; totidem ex secunda; ex tertia quinque recensentur. Ex prima C. Cotta duplici Consulatu anno 501. et 505. Censura, et triumpho de Pœnis et Siculis nobilis; illiusque nepos C. Cotta Consul 553. Ex secunda duo Lucii Cottæ, pater et filius; ille anno 609. hic 634. Ille ne Hispaniam Proconsul obtineret, a Scipione Æmiliano prohibitus. Hic Galliam sortitus, quid gesserit, incertum.

Tertiæ familiæ, ut opinor, princeps fuit I. Marcus ille Cotta, qui a C. Carbone in exilium pulsus est: II. ejus filius tum pietate in patrem, tum liberorum amplitudine clarus extitit. Nam eo die quo togam virilem sumsit, Carbonem acensasse dicitur; et ex Rutilia genuisse Aureliam C. Cæsaris matrem: III. tresque filios Caium, Marcum, et Lucium, ingenio, et eloquentia, pacisque artibus prope pares; bellica vero laude non item;

nam Caio ob res in Gallia fortiter gestas post Consulatum anno 679. honor triumphii delatus erat, sed morte repentina paulo ante triumphum obiit. Marcus, L. Luculli anno 679. in Consulatu Collega, a Mithridate ad Chalcedonem turpiter victus fugatusque est. Lucius vero Prætor judicium Senatui, Equitibus, et Tribunis ærariis communicavit; haud multo post Consul 688. et continuo Censor, ad bellum usque Mutinense vixit. C. Cottam, qui cum ætate tum militari et forensi gloria fratribus paulo superior fuit, in libris de Oratore et de Natura Deorum loquentem inducit Cicero. IV. A filio Lucii, ut est conjectura, id enim obscurum est, in gentem Aureliam adoptatus est. V. L. Aurelius Cotta Messalinus, M. Messalæ Oratoris filius, qui Consul anno 756. fuisse, et sævissimæ cujusque sententiæ auctor dicitur. VI. Illius tum filio, VII. tum nepoti Marcus nomen fuit: illi Consulatum anno 772. Tiberius, huic bonis dissipatis annuam pensionem Nero dedit.

GENS CÆCILIA.

CÆCILIOS alii a Cæculo Vulcani filio, qui Præneste condidit, alii a Cæcade Æneæ comite prognatos volunt. Ut ut est, illi Cæcillii nomen, quæ sententia verior est, ab oculorum parvitate; Metelli vero, a voce militari, quæ mercenarium significat, inditum est. Haud scio, an ulla gens, si Corneliam exceperis, Cæciliæ par fuerit rerum gestarum splendore. Nullam certe reperias tot cognominibus devictarum a se gentium nobilitatam: fuerunt enim Cæcillii Macedonicus, Numidicus, Dalmaticus, Balearicus, et Creticus; hoc tamen pluribus inferior, quod non Patricia, sed Plebeia fuerit.

I. Consulatum ex hac gente pri-

mus obtinuit anno 469. Lucius Cæcilius Metellus: II. ejus filius L. Metellus duplici Consulatu anno 502. et 506. Magisterio equitum, Dictatura, Pontificatu maximo, triumpho de Pœnis, in Deos pietate clarissimus extitit. Nam 13. hostium duces ante currum victos, et 120. elephantos in triumpho duxisse fertur; oculosque, dum sacra Vestæ medios per ignes auferret, amisisse: quare illi concessum ut quoties iret in Senatum curru veheretur. III. Tres habuit filios, Quintum, Lucium, et Marcum, gloria inter se longe dispares. Lucio enim, quod post cladem Cannensem deserendæ Italiæ auctor fuisset, infamiæ nota iniusta est. Marcus non ultra

Præturam ascendit. III. Quintus vero dignitate patris prope par, Consul fuit anno 547. Magister equitum, Dictator, et Pontifex maximus, in eoque patri superior, quod ex duobus, quos susceperat, filiis Q. Macedonico et L. Calvo duæ Metellorum familiæ propagatæ sint.

IV. Q. Metellus, qui Prætor ex domita Macedonia, victoque Pseudo-philippo, Macedonici cognomen et triumphum retulit, et Achaïos his prælio fudit, Consul anno 610. Celtiberos etiam domuit; aliquanto post Censor a Scipione Æmiliano dissensit sæpius: idque illi singulare fuit, ut mortuus efferretur a quatuor filiis, ex quibus unus jam triumphalis, tres Consulares erant; sex enim liberos genuit, mares quatuor, duas fœminas, quarum altera P. Servilii Isaurici, altera P. Scipionis, qui in exilio periit, mater extitit. Filii fuerunt Q. Metellus Balearicus, Lucius Metellus Dalmaticus, M. Metellus, et C. Metellus, Caprarius ob ingenii tarditatem dictus; Consules omnes alii alio tempore. Marco et Caio vel nulli, vel non admodum illustres liberi nati sunt: quare de illis nihil dicemus. Sed primum de Quinto, tum de Lucio, denique de L. Calvo, Macedonici fratre, eorumque posteris agemus breviter. Unum est tamen, quod te monitum velim, Marcum et Caium non Consules tantum fuisse, sed etiam triumphales; eodem enim die uterque, ille cum Consulatum gessisset anno 638. de Sardis, hic etiam tum Consul anno 640. de Thracibus triumphavit.

V. Q. Metellus Consulatu anno 630. Censura, de Balearibus triumpho, et Balearici nomine insignis, duos filios genuit. VI. Uterque Quintus dictus est; sed alteri ob celeritatem, qua munus gladiatorium paucis post patris obitum diebus dedit, Celeris, alteri ob dissipatam rem familiarem Nepotis cognomen adhæ-

sit: hic tamen Consul fuit anno 655. ille non item. Utrique filius natus. VII. Alter Q. Metellus Nepos, alter Q. Metellus Celer a patris prænomine et cognomine vulgo nuncupatus; ille Consul 696. Ciceronem exulem Romam revocari curavit; hic Prætor Ciceronem Consulem ad opprimendum Catilinam enixe juvit, et biennio post Consul 693. ab uxore Clodia, ut fama fuit, veneno sublatus interiit.

V. L. Metellus Dalmaticus, itidem ut frater Balearicus, Consulatu anno 636. Censurâ, triumpho, gentisque devictæ cognomine enituit. Illius filii, VI. Quintus et Lucius Consules etiam fuerunt: ille anno 684. hic 685. Sed Lucius in Consulatu mortuus: Quintus vero in bello Piratico tam feliciter contra Cretenses bellum gessit, etiamsi ipsi Pompeius adversaretur, ut iis domitis et triumphum et Cretici cognomen reportarit. Cæcilia ejus filia M. Crasso diviti nupsit. VII. Ab ejus filio, qui Tribunus plebis fuit, Crasso secundum Consule, adoptatus est, nisi falsus sum, VIII. Quintus ille Metellus Creticus Silanus, qui sub Augusto Consul anno 759. ponitur.

IV. L. Metelli Calvi, qui Macedonici frater erat, familia summis etiam effulsit honoribus; nam et ipse Consul fuit anno 611. et v. filiam habuit Cæciliam, L. Luculli matrem, et duos filios Lucium et Quintum, ambo Consules, illum anno 634. hunc anno 644. Lucius etiam summo Pontificatu, Quintus vero victoriis et triumpho de Jugurtha, C. Marii et Saturnini odio, exilio, reditu, Censura celeberrimus extitit. Nec minor gloria illius filii, VI. Q. Metelli, qui a pietate in patrem, quem precibus et lacrymis ab exilio revocavit, Pius dictus est. Nam Prætor Q. Poppedium Marsorum ducem interfecit, Proconsul Sertorium vicit, Consul una cum Sylla Dictatore anno 673. fuit, Censor, Pontifex maximus; opibus, magnificentia,

affinitate civis clarissimus; illius enim filia Cæcilia duobus viris, qui tum poterant plurimum, primum M. Scavro Senatus principi, deinde L. Syllæ paulo post Dictatori nupsit; ipseque

cum prole mascula careret, adoptavit vii. Scipionem Nasicam, qui Pompeii Magni socer in Africa periit, et vulgo Q. Metellus Pius Scipio appellatur.

GENS CALPURNIA.

CALPURNII sive Calpurnii, licet Plebeii, a Calpo Numæ Pompilii filio originem repetebant. Eorum alii Pisones, alii Bibuli, alii Flammæ dicti sunt. E Pisonibus Consules multi numerantur; unus e Bibulis; e Flammis nullus. Illi Bibulo Marcus prænomen fuit, qui anno 694. C. Cæsaris in Consulatu Collega, adeo nihil poterat, ut per jocum diceretur Caio et Cæsare Consulibus: Censor tamen aliquanto post creatus est, fidelemque Pompeio contra Cæsarem navavit operam.

Ut Calpurniorum, ita Pisonum diversa fuerunt cognomina: aliis enim Cæsonini, aliis Frugi, aliis Bestææ, aliis vero Pisonis tantum cognomen adhæsit. Familia omnium nobilissima Cæsoninorum fuit, ex quibus Bestææ, et, ut suspicor, Frugi etiam propagati sunt. i. C. Piso Consul anno 573. duos filios habuit. ii. L. Cæsoninum et Q. Pisonem, quorum alter Consul fuit anno 605. alter 618. Ex Quinto nulli liberi: ex L. Cæsonino duo filii nati sunt. iii. L. Piso Cæsoninus Consul anno 641. et L. Piso Bestea Consul 642. Ille post consulatum cum L. Cassio, ejus legatus erat, a Tigrinis cæsus est: hic in Jugurtham bellum acriter aggressus, multas urbes pugnando cepit; sed paulo post pecunia, ut tum fama fuit, corruptus flagitiosam cum hoste pacem inivit. iv. Lucii Pisonis ex filio nepos fuit. v. Lucius ille Piso Cæsoninus, qui una cum Gabinio Consul anno 695. Ciceronem a Clodio urbe pelli non ægre passus est: quare in eum etiam tunc extat elegans illa

Ciceronis Oratio, quæ in Pisonem inscribitur. Ejus liberi multum in urbe potuerunt; nam filia Calpurnia C. Cæsari paulo post Dictatori nupsit. Filius vi. L. Piso et Consul anno 739. et Pontifex, et Præfectus urbis per annos viginti; ad ejus filios Horatius aureum de Arte Poëtica libellum inscripsit; nisi malis assentiri aliis, qui Præfectum illum urbis, non ex Cæsonini, sed ex Frugi familia oriundum volunt. Ut ut est, illius sen filius seu nepos Consul etiam fuit anno 809.

Ex stirpe Frugi Consul unus anno 620. perhibetur L. Piso, qui et Frugi cognomen ex singulari continentia invenit, et bellum servorum confecit in Sicilia. Ex illa vero Pisonum familia, quæ nullum aliud cognomen ascivit, erant tum Cn. Piso Consul anno 614. illiusque, ut opinor, nepotes C. Piso, qui anno 686. legem de ambitu tulit; et M. Pupius Piso Consul 692. tum Cn. Piso, qui Pompeianas partes in Africa secutus, ab Augusto tamen Consul anno 730. dictus est: ejus ambo filii Consules fuerunt, Lucius anno 752. Cn. Piso 746. Tiberii in Consulatu Collega, et aliquanto post Syriæ ab eo Præfectus Germanicum, ut perhibent, veneno sustulit. Illius tamen filius, mutato Cnei nomine in Lucium, anno 779. assecutus est Consulatum.

Duorum Pisonum, Bestææ et Præfecti urbis, mores descripserunt Sallustius et Velleius; alter alterius: ille Bestææ, hic Præfecti urbis; uterque breviter. Sallustii de Bestea hæc verba sunt: 'In Consule nostro

multæ bonæque artes animi et corporis erant, quas omnes avaritia præpediebat. Patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula et insidias.'

De L. vero Pisone urbis Præfecto ita Velleius lib. II. 'De quo viro hoc

omnibus sentiendum ac prædicandum est, esse mores ejus vigore ac lenitate mixtissimos; et vix quenquam reperiri posse, qui aut otium aut validius diligit, aut facilius sufficiat negotio, et magis quæ agenda sunt curet, sine ulla ostentatione agendi.'

GENS CLAUDIA PATRICIA.

CLAUDIORUM duæ gentes Romæ fuerunt, quibus dispar quidem genus, sed par gloria; nam altera Patricia fuit, Plebeia altera: at utraque viris domi militiæque inclytis admodum fecunda. Primum de Patricia, tum de Plebeia, paucis dicemus.

Accius Clansus Sabinus, cui postea Appio Claudio nomen fuit, sex circiter annos post exactos Reges Regillis Romam cum profugisset, et inter Patricios allectus est, et multis cum ipse decoratus honoribus, tum ipsius posteris, qui Consulatibus 28. Dictaturis 5. Censuris 7. Triumphis 6. Ovationibus 2. clarnisse dicuntur. Primum Regillenses, deinde Crassi; denique, ubi gentis in tres familias ab App. Cæci liberis divortium factum est; alii Claudii Pulchri, alii Neronæ, alii Centhones vulgo nuncupati sunt.

I. Appio Claudio gentis principi, qui Consul fuerat anno 258. duo filii nati sunt, II. Appius et Caius; uterque Consul, ille anno 282. hic 293. Appius plebi, itidem ut pater, infestus, exercitum, quod pugnare detrectasset, cæsis centurionibus, sorte decimavit; III. filiumque habuit Appium illum, qui anno 302. Decemvir, cum et Principatum affectaret, et Virginiam Virginem a patre abducere conaretur, conjectus in carcerem sibi mortem conscivit. IV. Illius filius Tribunus militaris anno 329.

V. nepos Dictator Hernicos vicit. VI. pronepos Consul, omnes Appii. VII. Abnepos vero C. Claudius Dictator 416. qui tres suscepit liberos, VIII. Claudiam Vestalem, et duos Appios; natu majori Crassi et Cæci, natu minori Caudicis cognomen fuit, quod Consul anno 489. Mamertinis auxilio missus, parvis naviculis exercitum in Siciliam traduxerit. De Pœnis et Hierone tum victoria, tum triumpho, postea Censura clarus extitit.

Major tamen gloria fuit fratris Appii Crassi sive Cæci, qui bis Consul anno 447. et 457. semel Dictator, Sabinos, Samnites, et Etruscos sæpe vicit: per quinquennium Censor ad Brundisium usque viam Appiam stravit; et senex et cæcus turpissimas pacis cum Pyrrho condiciones discussit, quatuorque filios genuit, Appium Claudium Crassum, P. Pulchrum, C. Centhonem, et Ti. Neronem. An App. Crassus Consul 485. prolem masculam reliquerit, obscurum est: alii certe cognomina sua in tres nobilissimas familias propegarunt: cum e Centhonibus duo tantum, hujus nepos et pronepos Caius et Appius, illustres fuerint, ille Consulatu anno 513. Censura, et Dictatura; hic Prætura, et Ovatione de Celtiberis; de his addemus nihil: nunc de Pulchris, post de Neronibus agemus.

CLAUDII PULCHRI PATRICII.

IX. P. CLAUDIUS PULCHER App. Cæci filius Consul anno 504. cum contra auspicia pugnasset, a Pœnis victus est. X. Natus ex eo Appius Pulcher Consul anno 541. tres filios habuit: XI. Appium, Publium, et Caium: omnes Consules fuerunt; primus anno 568. alter anno 569. tertius anno 576. qui post Consulatum de Liguriis triumphum et Censuram obtinuit. Primum Appii, tum Caii posterius persequemur: Publico enim nulla proles fuit.

XII. Appii filius, item Appius Pulcher Consulatu 610. triumpho de Sallasis (gens erat Alpina), Censura, et Senatus principatu enituit. Illius quidem filia Ti. Graccho viro clarissimo nupsit; at ex ejus nepotibus nullus Consulatum adeptus est: ejus pronepos Livius Drusus Claudianus, per adoptionem insertus Liviorum familiæ, avus fuit Liviæ, quæ primum Ti. Neronis, deinde Augusti uxor extitit.

XIII. Caii Claudii filio et nepoti Caius prænomen fuit; uterque Consul; alter anno 623. XIII. alter

anno 661. XIV. Hic duos habuit filios Appium et Caium, qui Prætor a Spartaco victus est: Appius Consul anno 674. tres mares, totidemque fœminas sustulit, XV. Appium, Caium, et Publium. Appius ex Consulatu anno 699. Ciliciam anno ante Ciceronem sortitus est, Censuramque gessit cum L. Pisone. Publius seditiosus ille Tribunus Ciceronem urbe expulit, et a Milone cæsus est. Duæ ex iis Clodiæ natæ sunt, quarum altera, quæ Appii filia erat, Cn. Pompeio Magni filio nupsit; altera, quæ Publii, C. Cæsari Octaviano desponsata fuit. Caius eorum frater præter Tribunatum nullos honores gessisse legitur: sed filiorum alter Sextus, cum a partibus Antonii stetisset, Consul anno 715. fuisse perhibetur. De P. Clodio Tribuno plebis hæc breviter Velleius lib. II. 'P. Clodius homo nobilis, disertus, audax, qui neque dicendi neque faciendi ullum, nisi quem vellet, nosset modum, malorum propositorum executor acerrimus.'

CLAUDII NERONES PATRICII.

IX. TI. CLAUDIUS NERO App. Cæci filius X. duos suscepit liberos Tiberium et Publium. XI. Hujus filius Consul anno 551. XII. nepos, XIII. et pronepos Prætores, omnes Tiberii dicti. XI. Ex Tiberio App. Cæci nepote natus est Caius ille Nero, qui Consul anno 546. cum Livio Salinatore Asdrubalem fratrem Annibalis ad Metaurum flumen cum exercitu

cecidit; copiasque Annibalis semel atque iterum fudit; Censuramque aliquanto post gessit cum eodem Livio. Ex illius nepotibus nullus Consul fuit, Prætorii duo. Abnepos Ti. Nero, Quæstor C. Cæsaris in bello Alexandrino, ex Livia procreavit Tiberium, postea Imperatorem, et Drusum Germanicum, de quibus in gente Julia.

GENS CLAUDIA PLEBEIA.

Huic Genti haud immerito Marcelli cognomen quasi Martii inditum est: laude enim bellica maxime floruit. I. M. Claudius Marcellus Consul anno 422, et aliquanto post Dictator, pater fuit II. M. Marcelli Consul anno 466. III. cujus ex filio Marco Ædili nepos fuit, IV. Marcus ille Marcellus, qui Consulatibus quinque annis 531. 538. 539. 543. et 545. cæso Virдумaro Gallorum Rege, optimis spoliis Jovi Feretrio consecratis; de Gallis Insubribus et Germanis triumpho, fuso semel atque iterum ad Nolam Annibale, captis post triennale obsidionem Syracusis, et majorum et nepotum gloriam longe superavit: Annibalem enim primus vinci posse docuit; eamque laudem assecutus est, ut populi Romani gladius vulgo diceretur. Annibalis tandem insidiis deceptus occubuit. V. Ipsi duo filii nati sunt, Marcus et Caius Marcelli. Tertium addunt nonnulli, M. Marcellum Consulem anno 570. Ex Caio propagati sunt Marcelli Æsernini, e quibus duo tantum Consules numerantur. P. Lentulus Marcellinus anno 735, et M. Æserninus 731.

V. M. Marcellus Marcelli quinquies Consul filius natu major; et

ipse Consulatu anno 557. de Gallis Insubribus triumpho, Pontificatu, et Censura nobilis, filium habuit VI. Marcum ter Consulem annis 587. 598. et 601. duplicique clarum triumpho, qui sibi, patri, avo statuas posuit, quibus inscripsisse fertur: 'Hi Marcelli novies Consules.' VII. Ejus filio Marco Prætorio duo fuerunt liberi Marcus et Caius, qui Prætorius ex Junia pater fuit Caii Marcelli Consul anno 703. ad quem Epistolæ Ciceronis lib. xv. Marcus Ædilitius genuit Marcum et Caium, quorum uterque Consul; ille anno 702. hic 704. Marcus de Provinciis C. Cæsari tollendis cum ad Senatum primus retulisset, veniam tamen vitæque Senatus precibus obtinuit: quare Cæsari, cum suo, tum Reipublicæ nomine gratias egit Cicero eleganti illa oratione quæ pro Marcello inscribitur. Caius vero ex Octavia minore Augusti sorore duas Marcellas reliquit, illumque Marcellum, qui jam Ædilitius in spem imperii adolescebat, cum immatura morte sublatus est. Marcellarum major primum M. Agrippæ, deinde M. Julio Antonio; minor M. Valerio Messalæ Barbato, ut est conjectura, nupsit.

GENS CORNELIA.

INFINITUS ego sim, si Cornelios omnes persequi velim: Corneliorum enim vel duæ gentes, vel etiam plures; ex quibus vel una Patricia adeo late patuit, ut duodecim prope familias complexa sit, Maluginenses, Cossos, Arvinas, Scipiones, Lentulos, Cethegos, Rufos, Syllas, Cinnas, Dolabellas. An Sisennæ, Mammulæ, Merendæ, Merulæ, Scapulæ ex ea

dem gente fuerint, obscurum est. E Sisennis et Mammulis Consul nullus, e Merendis unus anno 479. Unus etiam e Scapulis anno 425. E Merulis duo, uterque Lucius, alter anno 560. alter 666. Fuit illud Cornelii singulare: illud enim annotare non abs re fuerit, non cremare, sed terræ mandare mortuos. Primus ex hac gente Sylla Dictator cremari voluit.

CORNELII MALUGINENSES, COSSI, ARVINÆ.

I. SER. CORNELIUS MALUGINENSIS, Consul anno 268. duos suscepit filios **II. Lucium et Marcum**: ille Consul anno 294. contra Volscos rem bene gessit, hic Decemvir in exilium pulsus est. Hujus filius Marcus Consul anno 317. **III. Illius vero Sergius,** pater **IV. Publii,** qui bis Tribunus militaris annis 349. et 356. duos filios habuit, **V. Sergium et Marcum;** utrumque Tribunum militarem, illum octies, hunc semel atque iterum, annis 383. et 386.

IV. A. Cornelio Maluginensi Marci Decemviri ex filio nepoti, ex facie rugosa Cossi cognomen adhæsit: ipse cæso Larte Tolunnio Veientium Rege, alter a Romulo opima spolia

Jovi Feretrio tulit: Consul anno 325. et Magister Equitum paulo post sub Dictatore Mamercio. V. Ex eo nati Aulus, Publius, et Cneus, omnes Tribuni militares, alius alio tempore. Publius præterea Dictator Volscos cecidit. VI. Cneus Consul anno 344. Aulus Auli filius fugatis Volscis Dictator M. Manlium Capitolinum in carcerem conjici jussit; VII. duos, ut est conjectura, filios reliquit, Aulum bis Magistrum Equitum, et Publium Auli Cossi Arvinæ patrem.

VIII. Aulus Cossus Arvina Magisterio Equitum sub Camillo, Consulatu duplici annis 410. et 421. Dictatura et triumpho de Samnitibus nobilis.

CORNELII SCIPIONES.

SCIPIONIBUS pietas nomen fecit: Publio enim Cornelio, quod cæcum patrem regeret, Scipionis cognomen inditum est. An ex Maluginensium, Cossorumve familia fuerit, incertum est: illius enim nec patris nec avi

nomen proditur; Maluginensem tamen fuisse suspicor. Ut Corneliorum ita Scipionum varia cognomina, diversæque familiæ: fuerunt enim Scipiones Asinæ, Hispalli, Africani, Asiatici, et Nasicæ.

SCIPIONES ASINÆ ET HISPALLI.

SCIPIONUM stemma hactenus perobscurum ex fastis commode sic explicari potest. **I. P. Cornelio,** qui et Magister Equitum fuit sub Camillo anno 357. et Interrex 361. tres filii nati sunt. **II. Lucius, Cneius, et Publius Scipiones,** omnes dicti patris cognomine. Lucius Consul ponitur anno 403. Publius Magister Equitum eodem anno. Cneii in fastis nulla mentio. Lucius liberis caruit: ex Cneio Asinæ et Hispalli, ex Publio Africani, Asiatici, et Nasicæ propagati sunt.

Cneius enim Scipio **III. ex Lucio filio** duos nepotes habuit, **IV. Cneium Asinam et L. Scipionem.** Uterque Consul fuit; ille bis anno 493. et 499. hic semel anno 494. Uterque triumpho de Pœnis clarus. **V. Cnei Asinæ filius P. Asina** Consul anno 532. de Istris triumphavit. Lucii vero pronepos **Cn. Scipio Hispallus** Consul anno 577. obiit, ex eoque natus **C. Scipio Hispallus** anno 614. Prætor peregrinus Chaldæos urbe expulit.

II. Publius primi Scipionis filius

pater fuit III. L. Scipionis Consulis anno 455. cujus IV. ex Lucio filio nepotes fuerunt V. Cneius et Publius Scipiones. Uterque Consul; Cneius, Calvus vulgo dictus, anno 531. Publius 535. qui ab Annibale ad Ticinum fusus, Hispaniam cum fratre legato obtinuit: ab iis ad Illiturgum Amilcar, Mago, et Asdrubal victi; deinde Hanno ad Incibile superatus: iterum

Mago et Asdrubal, primum ad Illiturgum, tum ad Mundam, denique ad Auringen fugati: sed tandem Publius ad Incibile victus et occisus est; et paulo post Cneius etiam victus in prælio cecidit. Cneius filium habuit VI. P. Scipionem Nasicam, Publius vero VI. Publium et Lucium Scipiones, quorum ille Africani, hic Asiatici cognomen victoriis sibi peperit.

SCIPIONES AFRICANI.

VI. P. SCIPIO AFRICANUS Major servato in pugna Ticinensi patre, decemque Romanorum millibus ex clade Cannensi Canusium perductis, etiam tum adolescens in Hispaniam missus est: novam Carthaginem cepit, Asdrubalem et Magonem semel atque iterum victos Hispania expulit: tum in Africa primum Syphacem et Asdrubalem, deinde ipsum Annibalem, denique Verminam Syphacis filium vicit; leges pacis et Carthaginensibus Imperator, et aliquanto post Antiocho fratris legatus præscripsit; sed tandem post tot in patriam merita vir ille duplici Consulatu anno 548. et 559. Censura, Senatus principatu, victoriis et triumpho ætatis suæ longe clarissimus, Literni exul obiit. Ex Æmilia L. Pauli, qui ad Cannas cecidit, filia genuit VII. duas Cornelias, quarum major Scipioni Nasicæ viri optimi filio, altera Ti. Graccho nupsit, et P. Scipionem, qui captus ab Antiocho patri gratis remissus est. Cum infirma esset valetudine, liberisque careret, Prætorius cognatum suum adoptavit L. Pauli, qui Persen vicit, filium: qui VIII. P. Scipio Æmilianus dictus est, vir patri avoque bellica laude par, literarum vero humaniorum scientia longe superior: duo maxima bella confecit, Punicum tertium et Numantinum:

duplex triumphus, alter de Carthagine deleta Africani, alter de Numantia eversa Numantini cognomen illi dedit: quamvis Consulatum nunquam petierit, bis tamen Consul factus est, semel ante ætatem anno 606. iterum absens etiam præter leges anno 619. et ante secundum Consulatum Censor. Tristior illius quam Africani Majoris exitus fuit; cum enim C. Gracchi conatibus obsisteret, sive C. Carbonis, sive M. Fulvii Flacci, sive uxoris suæ Sempronæ, quæ Gracchorum soror erat, crimine, ut tum creditum est, noctu domi necatus est.

Scipionis Æmilianii mores his verbis descripsit Velleius lib. II. 'P. Scipio Æmilianus vir avitis P. Africani, paternisque L. Pauli virtutibus similis, omnibus belli ac togæ dotibus, ingenii ac studiorum eminentissimus sæculi: qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit: tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ et auctor et admirator fuit, ut Polybium et Panætium præcellentes ingenio viros domi militiæque secum habuerit: neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum dispunxit; semper inter arma et studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.'

SCIPIONES ASIATICI.

VI. LUCIUS SCIPIO Africani Majoris frater natus minor Consul anno 563. de Antiocho victoriam, triumphum, et Asiatici cognomen retulit; et aliquanto post repetundarum, injuria, ut putatur, damnatus est. VII. Hujus filius Lucius Prætorius Senatu motus

dicitur; x. abnepos Lucius Consul anno 670. in bello civili cum Marii partes sequeretur, a Sylla spoliatus exercitu incolumis dimissus est: cujus etiam forte XIII. abnepos P. Scipio Asiaticus sub Nerone anno 820. Consulatum gessit.

SCIPIONES NASICÆ.

VI. P. SCIPIO NASICA, Cnei Scipionis, qui cum fratre Publio in Hispania periit, filius; a Senatu vir optimus cum judicatus esset, Matrem Deum hospitio exceperit: deinde et Pontifex, et Consul anno 562. de Boiis triumphavit. VII. Eo major illius filii Publii, qui Corculum vulgo dictus est, gloria, quod semel atque iterum Consul anno 591. et 598. Delminio, urbs Dalmatarum erat, expugnato, et Imperatoris nomen a militibus, et honorem triumphii a Senatu oblatum repudiarit; vir alioqui eloquentia primus, juris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus, et paulo post Censoria dignitate insignis. VIII. Nec laus minor fuit filii P. Scipionis, cui Serapionis cognomen datum est; nam et Consul anno 615. fuit, et Pontifex maximus; et Ti. Gracchum, licet affinem, quod rebus novis studeret, privatus per suos occidit. IX. Ex eo natus P. Nasica

Consul anno 642. in Magistratu obiit: qui ex Cæcilia Metelli Macedonici filia habuit x. P. Nasicam, cui Licinia Crassi Oratoris filia tres filios peperit xi. Publium, Licinium Crassum Scipionem, qui avo materno in adoptionem datus est, et Q. Metellum Pium Scipionem a Metello adoptatum, qui XII. Cornelia filia in uxorem data, primum Crasso juniori, deinde Pompeio Magno: Consul factus est anno 701. et in bello civili dux partium Pompeiarum a Cæsare in Africa victus periit. XI. Illius frater natus maximus Publius in Mariana dissensione urbe pulsus filium reliquit XII. Publium illum Scipionem, qui ex Scribonia, quæ postea Octavio Cæsari nupsit, XIII. Corneliam Æmilii Pauli uxorem suscepit, XIII. et P. Scipionem Consulem anno 737. cujus etiam nepos Publius Consul ponitur anno 808.

CORNELII LENTULI.

ITA obscurum est et intricatum Lentulorum stemma, ut illud qui voluerit in ordinem digerere, operam luserit: quare satius mihi visum est, servata temporum ratione, illos tantum appellare, qui ex hac familia Consulatum adepti sunt; ita tamen, ut primum preferamus eos, qui ad

Lentuli cognomen nullum aliud adsciverunt, deinde alios, qui varia adhibuerunt cognomina: fuerunt enim Lentulus Caudinus, Clodianus, Crus, Esquilinus, Gætulicus, Lupus, Marcellinus, Scipio, Spinther, Sura.

E Lentulis Consules fuisse perhibentur Lucius anno 436. Servius anno

50. Lucius 545. Cneius 552. Publius 591. Cneius 607. Cneius 656. Cneius 697. Cneius 735. Cneius 739. et Lucius 750. Ex aliis Caius Lentulus Esquilinus anno 275. E Caudinis tres, pater Lucius anno 478. et filii duo Lucius 516. et Publius 517. Lucius Lupus 597. Cneius Clodianus 681. P. Sura 682. ob Catilinæ conjurationem in carcere necatus. Pub-

lius Spinther anno 696. Ciceronem exilio revocavit. L. Lentulus Crussellus anno 704. Publius Marcellinus 735. Publius Scipio 739. E Gætulicis quatuor; pater Cossus Gætulicus anno 752. et duo filii Cossus et Cneius, ille anno 777. hic 778. qui cum res novas moliretur, a Caligula cæsus est. Cossi filius Collega Neronis anno 812. fuit.

CORNELII DOLABELLÆ.

E DOLABELLIS quinque potissimum memorantur, quorum princeps Publius Dolabella Consul anno 470. de Gallis triumphavit; Cneius illius forte pronepos Consul 594. cujus ex filio nepos anno 672. e Macedonia triumphum retulit: repetundarum tamen a C. Cæsare accusatus: nepotem habuit, ut est conjectura, fratris

Publii filium Publium Dolabellam M. Ciceronis generum, qui in locum occisi Cæsaris Consul anno 709. suffectus, Syriam quidem interfecto Tribonio occupavit; sed ipse paulo post a servo Laodiceæ necatus est: natus ex eo Publius ab Augusto anno 762. Consulatum obtinuit.

CORNELII CETHEGI.

CETHEGIS omnibus longe præstitit Marcus ille Cethegus, qui etiam tum adolescens Pontifex factus est; et aliquanto post Censor ante Consulatum, denique Consul anno 549. Etruriam in fide continuit. Illius ex fratre nepos fuit Caius Consulatu anno 556. Censura, et triumpho de

Insubribus nobilis: duo quidem alii Consules, Publius anno 572. et Marcus 593. sed rebus gestis non admodum clari. Illustrius aliquanto fuit P. Cethegi nomen, qui in dissensione Mariana urbe pulsus, tempore Luculli civitatis princeps fuisse dicitur.

CORNELII CINNÆ.

I. L. Cornelius Cinna Consul anno 626. filium habuit II. Lucium quater Consul em anno 666. 667. 668. et 669. qui cum in cives una cum Mario multis cædibus grassatus esset, tandem a suis ipse militibus cæsus est. Illius filia Cornelia C. Cæsari nupsit; filius vero III. Lucius primum Lepido, deinde Sertorio adhæsit: denique C. Cæsaris opera restitutus, ex Pompeii Magni filia suscepit IV. Cn. Cinnam Magnum, qui bis ab Augusto veniam obtinuit; semel, quod hostis in ip-

sum arma tulisset; iterum, quod proditor ipsi parasset insidias: amicus tandem ipsi factus Consulatum anno 756. adeptus est.

De L. Cinna quater Consule ita Velleius lib. II. ‘Vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur, quam iracundia militum: de quo jure dici potest, ausum ea quæ nemo auderet bonus, perfecisse, quæ a nullo nisi fortissimo perfeci possent, et fuisse eum in consultando temerarium, in exequendo virum.’

CORNELII RUFII ET SYLLÆ.

E RUFINIS duo tantum summos honores assecuti sunt: quibus Publii prænomen fuit, I. pater et filius, ambo Dictator; II. hic præterea duos Cōsulatus anno 463. et 476. IV. Illius nepoti Publio, quod ludos Apollinares ex libris Sibyllinis celebrari jussisset, primum Sibyllæ, tum Syllæ cognomen inditum est. VIII. Ejus abnepos fuisse dicitur L. Sylla dictator.

VIII. L. Sylla, primum Quæstor C. Marii in Africa Jugurtham a Boccho accepit, deinde legatus in bello Cimbrico, Tentonico, et sociali multa cum fortiter gessisset, Cluentium, Samnites, et Hirpinos fudisset, post Præturam Consulatum anno 665. omnium pene civium suffragiis, et bellum Mithridaticum obtinuit: sed cum Sulpitius Tribunus plebis provinciam et bellum in Marium transferret, in urbem, unde fugerat, cum exercitu rediit; occiso Sulpitio, Marium fugat, transit in Græciam, captisque Athenis, Archelaum Mithridatis ducem semel atque iterum ad Orchomenum et Chæroneam superat: Fimbriam in Asia opprimit, et pace Mithridati concessa in Italiam reversus, Norbanum ad Canusium, Marium juniorem ad Sacriportum, ad Clusium Carbonem, Telesinum et Samnites ad Portam Collinam vincit: Dictaturam occupat, quam tertio anno post deponit: in his omnibus laudandus, nisi cruentissima proscriptione in cives sæviisset: quatuor uxores habuit, Æliam, Cæliam, Cæciliam Metelli pii filiam, et Valeriam: ex Cæcilia. IX. Faustum Syllam suscepit, et Faustam, quæ primum Q. Pompeio Rufo, tum C. Mummiō, denique T. Miloni nupsit. Fausto Syllæ Pompeia Pompei Magni filia peperit Faustam Æmilii uxorem.

VIII. Syllæ Dictatori, si Dioni credimus, frater fuit Ser. Sylla, IX. ejus filius Publius C. Cæsaris in bello civili legatus a Cicerone hac oratione, quæ etiam nunc extat, defensus est. X. Ejus filius XI. et nepos Lucii XII. et pronepos Cn. Faustus Consulatum adepti sunt; primus sub Augusto anno 748. alter sub Tiberio anno 785. tertius sub Claudio anno 804.

Syllæ Dictatoris naturam Sallustius, corporis habitum Plutarchus descripsit. Sallustii verba sunt hæc: 'Sylla Patriciæ gentis nobilis fuit, literis Græcis ac Latinis juxta atque doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior; otio luxurioso esse, tamen a negotiis nunquam eum voluptas remorata est: facundus, callidus, et amicitia facilis, ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis, multarum rerum, ac maxime pecuniæ largitor; atque illi felicissimo ante civilem victoriam nunquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere fortior an felicior esset. Ad hoc milites benigne appellare; multis rogantibus, aliis per se ipse beneficia dare; invitus accipere, sed ea properantius, quam æs mutuū reddere; ipse a nullo repetere, magis id laborare, ut illi quamplurimi deberent; joca atque seria cum humillimis agere, in operibus, in agmine, atque ad vigiliis multus esse,' &c.

Ita Plutarchus breviter: 'Oculos glaucos, qui perquam erant amari et truces; color faciei magis efferabat aspectu: efflorescebat enim aspera rubedo albedine sparsim interfusa: unde Sannio quidam Athenis in eum hoc versu usus est: Mora si spargas farina, talis est forma Syllæ.'

GENS DOMITIA.

Ut Claudiorum, ita Domitiorum gens duplex fuit; sed utraque Plebeia. Altera Ænobarbi, altera Calvini cognomen habuit. De Ænobarborum familia, quæ multo illustrior fuit, hic agimus.

I. Cn. Domitius Consul anno 561. pater fuit II. Cnei Consulis anno 591. III. cujus filius Cneius Consulatu anno 631. Censura, Pontificatu maximo, de Allobrogibus et Arvernis, tum victoria, tum triumpho clarus extitit; IV. filios habuit Cneium et Lucium: ille Consul anno 657. a L. Crasso ipsius in Censura Collega dissensit sæpius: hic etiam Consul

anno 559. uterque in bello civili Syllæ et Marii cæsus est. V. Cneio duo erant filii, Cneius Cinnæ gener, in flore ætatis a Pompeio in Africa occisus, et Lucius, qui Consul anno 699. in acie Pharsalica fortiter dimicans ceciit. VI. Ex Porcia suscepit Cneium Domitium, qui ob eadem C. Cæsaris primum damnatus, et aliquanto post restitutus Consul creatus est anno 721. VII. Hostilia illi peperit Lucium Consullem anno 737. qui ex Antonia minore genuit VIII. Cneium Consullem anno 784. IX. Neronis Imperatoris patrem.

GENS FABIA.

FABIÆ gentis alii originem referunt ad Herculem, qui ex Evandri filia Fabium genuerit: alii nomen ab agrorum fossione deducunt, quasi primum Fodii, deinde Fabii dicti sint. Fabiorum omnium hic nomina proderes res esset et operosa et multi fastidii; satis erit illos proferre, qui adolescente jam Republica, victoriis suis Romanam rem multum auxerunt: duo tamen te monitum velim; unum est, tres Fabios M. Vibulani filios, Quintum, Cæsonem, et Marcum septem annis continuis munus Consulare obtinuisse, ex iisque Cæsonem cum 315. Fabiis ad Cremeram a Veientibus cæsum fuisse: alterum est, Fabios omnes, qui postea multis perfuncti sunt honoribus, a Quinto Marci filio, qui unus gentis cladi superstes fuit, ut multis placet, propagatos esse.

I. Marcus Fabius Ambustus Quinti filius gemino Tribunatu militari, Consulatu triplici anno 393. 397. 399. ovatione de Hernicis, de Tiburtibus

triumpho, Magisterio Equitum, Dictatura, et Senatus principatu insignis, tres mares, Quintum, Marcum, et Cæsonem sustulit, duasque fœminas, quarum altera Sulpitio Patricio, altera Licinio Stoloni Plebeio cum nupsisset, hæc marito Tribuno plebis persuasit, ut legem ferret de Consulari dignitate plebi communicanda. Ut a Quinto Maximorum, ita a Marco Pictorum familia profluxit, e quibus tres Consules memorantur, Caius anno 448. qui Ædem Salutis pinxit, ejusque duo filii, Caius anno 484. et Numerius anno 487. sed Consulibus illustrior Q. ille Fabius Prætor, qui post cladem Cannensem Delphos legatus missus est, et scripsit Romanam Historiam, quæ cum a multis, tum a Livio sæpissime laudatur.

II. Q. Fabius Rullianus, Ambusto patre rebus gestis clarior, Magister Equitum a Papirio Dictatore ob victoriam de Samnitibus securi pene percussus, quinque Consul fuit, anno 431. 443. 445. 456. 458. ter Dic-

tator, semel Censor, princeps Senatus; terque triumphavit, semel de Apulis, iterum de Gallis et Thuscis, tertio de Samnitibus: cumque turbam forenses in quatuor tribus urbanas coniecisset, primus e Fabia gente Maximi cognomen adeptus est. **III.** Ejus filius Quintus, cui ob devoratum patrimonium Gurgitis cognomen fuit, contra Samnites cum male pugnasset, patre legato victoriam retulit: princeps Senatus, duplici Consulatu anno 461. et 477. totidem de Samnitibus triumphis, Censura, et in Ægyptum legatione enituit.

V. Q. Fabius Gurgitis ex filio nepos, Cunctator a belli gerendi ratione, Verrucosus a verruca in labiis, et a mansuetudine Ovicula vulgo dictus; laudem avitam superavit: quinque Consulatus anno 520. 525. 538. 539. 541. ut proavus, gessit: duos triumphos, ut avus, retulit: ut uterque, princeps Senatus fuit, sed utrique in eo superior, quod Dictator exultantem victoriis Annibalem fregerit: duo ille filios habuit, Quintum et Marcum; primum Quinti, tum Marci posteros persequemur.

VI. Q. Fabius Cunctatoris filius Consul anno 540. et in locum patris Augur genuit **VII.** Quintum item Augurem, et Quintum Labconem, qui Prætor navalem triumphum assecutus est, et Consul anno 560. ponitur;

eruditionis et ingenii laude illustris. A Quinto Augure adoptatus **VIII.** Quintus Fabius Æmilianus L. Pauli, qui Persen vicit, filius, Consul anno 608. ex quo natus est **IX.** Q. Fabius Allobrogicus, qui Consul anno 632. victo ad Isaram flumen Betulto, et cæsis tum Allobrogum tum Arvernorum 130. millibus, nobilissimum egit triumphum. Paulo post Censor reliquit **X.** filium ab avitis, paternisque laudibus degenerem, cui Pompeius Prætor bonis interdixit: Allobrogico frater erat Quintus, ob candorem Eburnus cognominatus, Consul anno 637.

VI. Marcus Fabius Cunctatoris filius, vivo etiam tum patre mortuus, nepotem **VII.** adoptione filii habuit **VIII.** Quintum Fabium Servilianum, qui Consul anno 611. rebus in Hispania prospere gestis ideo male audiit, quod pacem cum Viriatho æquis conditionibus iniisset: postea tamen Censor factus est. Fabii, vel Serviliani vel Eburni, aliter enim alii videtur, nepotes fuerunt tres illi Fabii sub Cæsaribus Consules, Quintus anno 708. illiusque filii Paulus anno 742. et Quintus 743. Quæ vero ex Fabiorum stirpe prognati sint Fabii Buteones Consules anno 506. et 508. et Licinus anno 507. obscurum est.

GENS FULVIA.

Gens Fulvia Tusculo oriunda, tribus potissimum cognominibus distincta fuit, Centumali, Flacci, et Nobilioris. E Centumalis tres Consulatus, duo triumphis nobiles extiterunt, quibus omnibus Cneius no-

men proprium fuit; unus Consul anno 455. de Samnitibus, alter illius nepos anno 525. de Illyriis triumphavit: ejus etiam filius Consulatum anno 542. obtinuit.

FULVII FLACCI.

I. M. Fulvius Pætinus Consul anno 454. duos filios suscepit **II.** Quin-

tum et **II.** Marcum; ille Flaccorum, hic Nobiliorum princeps fuit. Primum

de Flaccis, tum de Nobilioribus dicemus breviter.

Quinti filius fuit III. Marcus ille Flaccus, quo Consule anno 489. bellum Punicum primum cœptum est: ex eo nati IV. Quintus, Cneius, et Caius, quorum longe dispar gloria. Caius Quinti apud Capuam legatus, Cneius Prætor, Quinto tertium Consule, Apuliam sortitus, apud Herdoneam amisso exercitu turpiter fugatus est; Quintus vero rebus gestis clarissimus, quater Consul anno 516. 529. 541. 544. Magister Equitum, Pontifex, Censor, et Comitiorum causa Dictator, apud Beneventum Hannonis castra cepit, Annibalem ab urbe depulit, Capuam recepit, illiusque Senatum securi percussit. Quatuor filios suscepit, V. Quintum, L. Manlium Acidinum in gentem Manliam adoptatum, Marcum, de cujus posteris paulo post, et Cneium, qui a Quinto fratre Censore Senatu motus est, cujus nepos Servius Flaccus Consul anno 618. Vardæos in Illyrico domuit.

V. Quintus Patre nililo inferior Prætor Celtiberos bis insigni pugna vicit, Contrebiam ad deditionem cœgit, deinde semel anno 573. et iterum anno 574. cum fratre Acidino Consul Ligures domuit; triumphum duplicem, unum de Celtiberis, alterum de Liguribus retulit; Censor Fortunæ Equestri templum dicavit: denique in amentiam versus, laqueo vitam finisse dicitur. VI. Caio ejus filio anno 619. Consuli bellum fugitivorum conficiendum delatum est.

V. Marco Quinti fratre natus est VI. Marcus ille Flaccus, qui Consul anno 628. cum rem feliciter in Transalpinos Ligures gessisset, et de Liguribus, Vocontisque triumphasset, Italos ad petendam civitatem primus excitavit, et C. Graccho leges agrarias ferenti adhæsit: quare ab Optimianis una cum duobus filiis cæsus est. Filiarum altera Lentuli Suræ, qui ob conjurationem Catilinæ necatus est, altera L. Cæsaris, qui Consul fuit anno 689. mater extitit.

FULVII NOBILIORES.

MARCI PÆTINI anno 454. Consulis filius alter fuit, uti diximus, Marcus pater Ser. Nobilioris, III. qui Consul anno 498. triumphum navalem egit de Pœnis; IV. nepotemque habuit Marcum Nobiliorem ovatione ex Hispania ulteriore, ex capta Ambracia, domitisque Ætolis triumpho, Consulatu anno 564. et Censura, et Ennii Poëtæ versibus clarissimum: duo illi filii fuerunt, V. Marcus et Quintus; uterque Consul, ille anno 594. hic anno 600. sed alter altero aut fortior bello fuit, aut felicior; nam Marcus de Liguribus victoriam et triumphum retulit, Quintus a Celtiberis semel atque iterum turpiter victus est.

Furiorum stemma ne hic subijce-

Delph. et Var. Clas.

Val. Max.

rem, duo me deterruerunt; unum, quod eorum memoria sit aliquanto vetustior; alterum, quod Valerius unius tantum meminerit Marci Camilli quinquies Dictatoris, cujus res præclare gestas in notis pluribus explicuimus, quas, si quis avet scire, consulat. Satis erit monuisse gentem Furiam et Patriciam fuisse, et in quatuor familias divisam: fuerunt enim Furi Metellini, Pacilli, Camilli, Philii, quibus omnibus longe præstitit Marcus Camillus alter a Romulo pater patriæ appellatus, sexies Tribunus Militaris, Dictator quinquies, quatuor triumphis nobilis de Veientibus, de Gallis, de Æquis, Volscis, Etruscis, &c.

D

GENS JULIA.

GENTEM JULIAM, quæ Alba a Tullo Hostilio diruta Romam migravit, et Patriciam fuisse, et ab Iulo Æneæ filio traxisse originem plerique produnt auctores: duo fuerunt præcipue illius cognomina Julius et Cæsar, non duæ tamen, nisi mea me fallit opinio, familiæ: cum enim in fastis ante bella Punica Cæsarum nulla, Julorum frequens, et post bella Punica Julorum nulla, Cæsarum vero frequens fiat mentio, non temere dixerim Cæsaris cognomen inditum Julorum cuiquam, a quo Cæsarum genus

propagatum sit, quod aliquanto post duas in familias divisum est. Ex una fuerunt Cæsares illi, qui cum ingenii laude florerent, in dissensione Marii et Syllæ perierunt; ex altera C. Cæsar Dictator. Primum de illorum, tum de Dictatoris familia agemus. Unde vero Cæsaris cognomen desumptum sit aliter aliis placet: sunt enim qui vel a 'cæsarie,' vel a 'cæsiis' oculis, vel a 'cæso' in Africa elephante deductum scripserint: libentius ego assenserim iis, qui a 'cæso' matris utero petitum volunt.

PRIMA CÆSARUM FAMILIA.

I. SEXTI CÆSARES duo anno Urbis 545. memorantur, quorum alter Siciliam cum exercitu Prætor obtinuit, I. alter cæso M. Marcello ad Crispinum Consulem comitiorum causa missus est. II. Hujus filius Sextus L. Pauli contra Ligures legatus fuisse perhibetur. III. Ex eo natus Sextus Cæsar Consul cum L. Oreste anno 596. tres filios habuit, IV. Sextum Prætorium, Caium, et Lucium; Caio et Lucio liberi nati sunt, Sexto nulli. Primum de Caii, tum de Lucii posteris dicemus.

IV. Caius pater fuit V. Sexti Cæsaris Consulis anno 662. anno proximo ante bellum sociale, VI. cujus filius Sextus, Flamen Quirinalis, cum pro domo sua Cicero diceret, genuit VII. Sextum Cæsarem, qui a Caio Dictatore Syriæ præfectus, a militibus fraude Q. Cæcillii Bassi interemptus est.

IV. Lucius duos filios suscepit V. Lucium et Caium, quorum ingens Romæ gloria fuit; sed alia alii; nam Lucius tum gestis honoribus, Consulatu anno 663. et Censura, tum bel-

lica laude in bello sociali floruit; Caius vero ingenio et eloquentia: ipse enim est Poëta ille et Orator urbanitate et lepore conditus, de quo multa Cicero in Bruto. Uterque Marii jussu cæsus; Caius hospitis Etrusci prodicione, Lucius ad tumultum Varii Surocronensis. Ejus filia Julia nupsit, primum M. Antonio Cretico, deinde Lentulo Suræ, qui in carcere necatus est: Cretico Antonium Triumvirum, ejusque fratres peperit. VI. Juliæ frater erat Lucius ille Cæsar Consul anno 689. qui cum stetisset a Pompeii partibus, post victos, tum ad Pharsalum Pompeium, tum in Africa Scipionem, Uticensibus auctor fuit, ut victorem reciperent, ipseque Cæsari obviam profectus, cum sibi, tum multis vitam impetravit: proscriptus aliquanto post ab Antonio, quem occiso Cæsare hostem dixerat, a sorore Julia servatus est. Lucii ejus filii tristior exitus fuit: in bello enim Africano cum libertos servosque C. Cæsaris ferro et igne necari jussisset, paulo post a Cæsaris militibus et ipse interfectus est.

C. CÆSARIS DICTATORIS FAMILIA.

C. CÆSARIS Dictatoris et proavo et avo Caius prænomen fuit : avus ex Martia genuit Caium et Lucium, et Juliam uxorem C. Marii septies Consulibus. Caius et Lucius ambo Prætorii immatura morte sublatis sunt, ille Pisis, hic Romæ. Caio ex Aurelia natus est C. Julius Cæsar Dictator, et duæ Juliæ, quarum una ex primo marito Q. Pedium, ex secundo L. Pinarium; altera ex M. Accio Balbo Acciam Augusti matrem peperit.

Caius Julius Cæsar quater Consul, anno 694. 705. 707. 708. et Dictator perpetuus, vir omnium, qui unquam extiterint, gloria militari clarissimus, Hispaniam ulteriorem ad oceanum usque perdomuit, Helvetios et Ariovistum Germanorum Regem in Gallia vicit; Aquitanos, Gallos, Belgas, Britannos subegit; Germanos magnis attrivit cladibus: deinde orto bello civili, ab eo Petreius et Afranius in Hispania exercitu spoliati; victus ad Pharsalum Pompeius, ad Alexandriam Ptolemæus, Pharnaces in Ponto, in Africa Juba et Scipio: ad Mundam in Hispania Cneius et Sextus Pompeii: quare uno tempore ex Gallia, ex Ægypto, Ponto, Africa quatuor triumphos egit, dumque majora cogitat, ab amicis in curia tribus et viginti vulneribus confossus est: quatuor uxores habuit, Cossutiam familiæ Equestris, Corneliæ Cinnæ quater Consulibus, Pompeiam Q. Pompeii Rufi, et Calphurniam L. Pisonis filiam. Cossutiam et Pompeiam repudiavit; ex Cornelia Juliam Pompeii Magni uxorem, ex aliis nullos liberos suscepit.

Qua corporis forma fuerit C. Cæsar, Suetonius tradit; quibus moribus Velleius, et omnium elegantissime Sallustius: sed ita illius laudes Catonis laudibus conjunxit, ut se jungi minime

possint. Eorum verba hic appingere libuit, primum Suetonii, tum Velleii, denique Sallustii. 'Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris vegetisque oculis, valetudine prospera. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed etiam velletur. Calvitii quoque deformitatem iniquissime tulit. Armorum et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat; sæpius in agmine, nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. In obeundis expeditionibus dubium cautior, an audentior,' &c. Hæc et plura Suetonius. Ita Velleius: 'Hic nobilissima Juliorum genitus familia, et ab Anchise et Venere deducens genus, forma omnium civium excellentissimus, vigore animi acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem evectus; magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno illi Alexandro, sed sobrio, neque iracundo simillimus: qui denique semper et somno et cibo in vitam, non in voluptatem uteretur.' Sallustii de Cæsare et Catone verba sunt hæc: 'His genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere: magnitudo animi par, item gloria; sed alia alii. Cæsar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate vitæ Cato: ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat. Cæsar dando, sublevando, ignoscendo, Cato nihil largiendo gloriam adeptus est. In altero miseris perfrugium, in altero malis perniciēs; illius facilitas, hujus constantia laudabatur. Postremo Cæsar in animum induxerat, laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus

sua negligere, nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset: at Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxime severitatis erat; non divitiis cum divite, neque factione cum factiosis; sed cum strenno virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat: esse, quam videri bonus malebat. Ita quo minus gloriam petebat, eo magis asquebatur.'

Accia, quam Julia C. Cæsaris soror Accio Balbo pepererat, nupsit Octavio, qui ex Prætura Macedoniam sortitus, pulsus hostibus Provinciam summa cum laude administravit; sed haud multo post immatura morte obiit, cum ex duabus uxoribus tres genuisset liberos, Octaviam majorem ex Ancharia, Octavium et Octaviam minorem ex Accia, quæ post illius mortem L. Martio Philippo iterum nupsit. Cujus uxor fuerit Octavia major, incertum est: minor certe primum fuit C. Marcelli, tum M. Antonii Triumviri. Ex Marcello, Marcellum duasque Marcellas; ex Antonio duas Antonias peperit. Marcellus Ædilitius hæres Augusto destinatus in flore ætatis decessit. Marcella major primum M. Agrippæ, deinde M. Julio Antonio nupsit; Antonia major Druso Augusti privigno, minor L. Domitio. At de his superioribus egimus, tum in gente Antonia, tum in Claudia Marcellorum, tum in Domitia.

Octavius Cæsar C. Cæsaris ex Accia sororis filia nepos, hæres ab eo scriptus; post illius cædem Thessalonica, quo studiorum causa missus fuerat, Romam rediit; et continuo cum Hirtio et Pansa Consulibus M. Antonium ad Mutinam vicit: sed paulo post Triumvir cum Antonio et Lepido prodita patria bellum Philippense cæsis Bruto et Cassio, Perusinum victo L. Antonio, Siculum fu-

gato Sex. Pompeio, denique Actiacum devictis M. Antonii partibus feliciter confecit: Jani templum tertio clausit, pace terra, marique parta; Dalmatiam, Pannoniam, Illyricum, Rhætiæ, Vindeliciam, Cantabriam per Drusum et Tiberium privignos, aliosque duces imperio adjunxit; Armeniam a Parthis et Crassi signa recepit; Scythas et Indos ad suam Populique Romani amicitiam petendam allexit; semel ac vicies Imperatoris nomen adeptus, tres triumphos curules egit, Dalmaticum, Actiacum, et Alexandrinum; Pontifex maximus, 13. Consul, Tribunus plebis perpetuus, morum legumque moderator, Augustus a Senatu primus appellatus, orbis imperium summa tum prudentiæ tum clementiæ laude per 44. annos administravit, tandemque Nolæ obiit anno ætatis 76. Tres duxit uxores, Clodiam P. Clodii et Fulviæ filiam, Scriboniam L. Libonis sororem, et Liviam ex Tiberio Nerone gravidam: ex Scribonia Juliam, ex aliis nullos liberos sustulit.

Quis Augusto fuerit corporis habitus, memoriæ prodidit Suetonius his verbis: 'Forma fuit eximia, et per omnes ætatis gradus venustissima, quanquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam; eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat tranquillo serenoque; oculos habebat claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse aliquid divini vigoris; dentes raris et exiguis et scabros, capillum leniter inflexum et subflavum, supercilia conjuncta, mediocres aures, nasum et a summo eminentiorem, et ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque, staturam brevem, sed quæ et commoditate et æquitate membrorum occuleretur.'

&c. Ea quibus ejus mores persequitur, quia longiora sunt, hic ascribere non libuit.

Julia Augusti et Scriboniæ filia probris et flagitiis infamis; bis nupsit, primum M. Agrippæ, a quo ideo dimissa Marcella; deinde Tiberio Neroni haud paulo post Imperatori. Tiberio nullos, Agrippæ quinque peperit liberos; filia fuerunt Julia L. Æmilii Pauli, et Agrippina Germanici uxor; mares, Caius, Lucius, et Agrippa: Caius et Lucius ab Augusto scripti hæredes in ætatis flore perierunt; ille in Lycia, dum ex Oriente Romam redit: incertum ex vulnere, an morbo, an novercæ dolo; hic Massiliæ, dum Hispaniam petit. Agrippæ posthumi et Juliæ ipsius matris par prope exitus fuit: ambo enim ab Augusto relegati, ille ob ferox et sordidum ingenium, in insulam Planæsiam; hæc, ob libidines, in Pandatariam: ambosque aliquanto post Tiberius, illum gladio, hanc inopia et tabe sustulisse dicitur.

Tiberius Nero Livie ex Tiberio Claudio filius, Drusique frater; dum vixit Augustus, egregii nominis fuit, famæque integræ: tria bella gessit, Rheticum, Pannonicum, et Germanicum, de quibus tum ovationem, tum triumphum retulit. Institutus hæres ab Augusto, Germanici metu vitia sua mira arte dissimulavit; eo vero sublato veneficiis, metu solutus, cum in affines, tum in civitatis principes sæviit, quorum alios ferro, alios fame, alios alio genere mortis, occidit, dum ipse in Caprea insula oblitus imperii, infami luxu delitescit, ubi tandem deliciis confectus moritur. Ex Vipiania M. Agrippæ et Pomponiæ filia illi natus est Drusus, qui sedato Pannonicum tumultu ovans urbem ingressus est, Consulque anno 766. sed orto ipsum inter et Sejanum dissidio, veneno sublatus est, conscia uxore Livilla, ex qua filiam genuerat Juliam, primum Neroni Germanici filio, tum

C. Rubellio nuptam; duosque filios, quorum alter paulo post obiit, alter, Tiberius nomine, etiam tum puer Caligulæ jussu cæsus est.

Tiberii formam Suetonius descripsit, indolem Tacitus. Hæc Suetonius: 'Corpore fuit amplo atque robusto, statura, quæ justam excederet; latus ab humeris et pectore, ceteris quoque membris, usque ad imos pedes, æqualis et congruens; sinistra manu agilior ac validior: colore erat candido, capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret; facie honesta, in qua etiam crebri et subiti tumores, cum prægrandibus oculis: et qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breve: incedebat cervice rigida et obstipa, adducto fere vultu, plerumque tacitus, nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione.'

Ita Tacitus Annal. vi. cap. 51. 'Morum quoque tempora illi diversa: egregius vita fama que quoad privatus, vel in imperiis sub Augusto fuit: occultus ac subdolos fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere: idem inter bona mala que mixtus, incoloni matre: instabilis sævitia, sed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit, timuitve. Postremo in scelera simul ac dedecora prorupit, postquam remoto pudore et metu, suo tantum ingenio utebatur.'

Drusus iisdem quibus Tiberius parentibus, Ti. Nerone et Livia genitus, privignus Augusti multos Germaniæ populos subegit, omnia longe lateque usque ad Albim populatus; sed anno ætatis 30. designatus Consul, sive morbo, sive equo super crus collapsus in Germania interiit: Princeps virtutibus Tiberio longe superior; ex liberis, quos ex Antonia Antonii Triumviri et Octaviæ filia ge-

nuerat, tres illi superstites fuerunt, Germanicus, Livia, seu Livilla, quæ Druso Tiberii filio nupsit, et Claudius postea Imperator, de quo paulo post.

Germanicus duplici Consulatu anno 766. et 770. triumpho de Cheruscis clarus, sed eximiis virtutibus multo clarior, e Germania, ubi maxima bella feliciter confecerat, a Tiberio in Orientem missus, Cn. Pisonis, ut tum vulgo creditum est, scelere Antiochiæ Syriæ extinguitur. Ex Agrippina M. Agrippæ et Juliæ filia tres fræminas, totidemque mares sustulit: filiæ fuerunt Agrippina, Neronis Imperatoris ex Domitio mater; Drusilla, Cassio Longino, et Livilla M. Vinicio nupta: filii vero Nero, Drusus, et Caius, vulgo Caligula dictus. Nero Juliam Tiberii ex Druso filio neptem; Drusus Æmiliam Lepidam uxorem duxit: sed uterque sine liberis a Tiberio alius alio tempore fame necatus est.

Singulares Germanici virtutes persequitur Tacitus Annal. II. cap. 72. 'Indolere exteræ nationes regesque: tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes: visuque et auditu juxta venerabilis, cum magnitudinem et gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam et arrogantiam effugerat. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiiit, Magni Alexandri fati adæquarent; nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis externas inter gentes occidisse; sed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum uno matrimonio, certis liberis egisse: neque minus præliatorem, etiamsi temeritas abfuerit, præpeditusque sit percussas tot victoriis Germanias servitio premere. Quod si solus arbiter rerum, si jure et nomine regio fuisset, tanto promptius assecuturum gloriam militarem,

quantum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus præstitisset.'

Caius Cæsar a militari calceamento Caligula dictus, Germanico et Agrippina genitus, Tiberio successit. Princeps crudelitate, libidine, et multis vitiis infamis; post exhaustas immensas opes, cum grassaretur per ordinum omnium cædes, et pro Deo coli se toto orbe terrarum juberet, a Chærea, aliisque interfectus est.

Claudius Nero Caii patruus et Germanici frater, post Caium Imperio præfuit; homo natura minime malus, sed vecors ac stolidus, qui omnia pro libertorum et servorum libidine gessit: Britanniam domuit, Messalinam uxorem ob stupra necari jussit, ductaque Agrippina nepte, illius ex Domitio filium Neronem, præterito filio Britannico sibi successorem destinavit; et paulo post veneno sublatus est, cum Britannicum et Octaviam ex Messalina liberos haberet.

Domitius Nero a Claudio adoptatus initio sic gessit Imperium, ut inter bonos Principes haberi potuerit: post ætatis licentia corruptus in omnia probra ac dedecora ruit; matrem Agrippinam, uxores Octaviam et Poppæam, Senecam Præceptorem, aliosque cognatione proximos necavit: tum invisus omnibus cum ad necem quæreretur, in semet carnificis officium occupavit.

Quamvis apud Valerium Maximum nulla Caii, Claudii, et Neronis mentio sit; cum tamen et Romæ rerum potiti sint, et ad gentem Juliam pertineant, non alienum fore putavi, si de aliis hæc pauca adderem, quorum etiam effigiem a Suetonio expressam hic subjicere libitum est; primum Caii, deinde Claudii, tum Neronis.

'Caius statura fuit eminenti expallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis et crurum, et oculis et temporibus concavis,

fronte lata et torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cetera; vultum vero natura horridum, etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem.'

'Claudio auctoritas dignitasque formæ non defuit, vel stanti, vel sedenti, ac præcipue quiescenti; nam et prolixo, nec exili corpore erat, et specie canitieque pulchra, opimis cervicibus: ceterum, et ingredientem destituebant poplites minus firmi, et remissee quid et serio agentem multa

dehonestabant: risus indecens, ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus; præterea linguæ titubantia, caputque cum semper, tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum.'

'Nero statura fuit pene justa, corpore maculoso et fædo, subflavo capillo, vultu pulchro magis quam venusto, oculis cæsiis et hebetioribus, cervice obesa, ventre projecto, gracillimis cruribus, valetudine prospera.'

GENS JUNIA.

DE Junia Gente, cui Bruti cognomen adhæsit, Posidonium inter et Dionysium non convenit: vult enim ille apud Plutarchum L. Bruto, qui Reges exegit, filium fuisse superstitem; hic negat: cui cum assentiantur plerique omnes, non temere dixerim duplicem fuisse Juniorum gentem, unam Patriciam, plebeiam alteram; utramque nobilem, illam expulsis Regibus, hanc occiso C. Cæsare. Patricia desiit in L. Bruto primo Consule, qui filios, quod faverent Tarquiniis, securi percussit anno Urbis 244. Plebeia multa fuerunt cognomina, Bruti; Bubulci, Callaici, Norbani, Penni, Peræ, Pulli, Scævæ, et Silani, quorum clarissimos quosque breviter indicasse satis erit.

E Juniis Peris duo illustres fuerunt; alter Decimus Consulatu anno 487. et de Messapiis triumpho; alter Marcus Consulatu anno 523. Censura, et Dictatura. E Pennis unus Marcus Consul anno 586. e Pullis Lucius anno 504. qui ob neglecta auspicia classem amisit; e Norbanis, Caius anno 670. qui a Sylla victus est; e Bubuleis duo Caii pater et filius, ille tribus Consulatibus anno 436. 440. 442. duabus Dictaturis, to-

tidem triumphis de Samnitibus et Æquis, Censuraque clarissimus, hic duplici Consulatu anno 462. et 467. et de Lucanis triumpho insignis.

Ita confusum Juniorum stemma, ut Decimi et Marci Brutorum, qui in C. Cæsarem conspirarunt, parentes ex Fastis vix assignari possint. Decimi avus fuit, ut est conjectura, I. Decimus ille Brutus, qui Consul anno 615. et Proconsul Lusitanos et Callæcos ad oceanum usque ita perdomuit, ut inde et triumphus decus, et Callaici cognomen retulerit. Pater II. Decimus Consul anno 676. vir literis Græcis juxta et Latinis eruditus. III. Ipse Decimus a Posthumio Albino adoptatus a Cæsaris partibus stetit, cujus legatus in Gallia fuerat: post illius cædem diu Mutinæ ab Antonio obsessus; ab Octavio quidem liberatus est, sed paulo post desertus a suis ad Aquileiam jussu Antonii interficitur.

Marci vero pater fuit II. Marcus Decimi anno 676. Consul, nisi falsus sum, frater, qui Prætor Galliam Cisalpinam nomine Lepidi Consul, cum occupasset, Mutinæ a Cn. Pompeio obsessus, metu, ne a se deficerent milites, se suaque illi permisit, cujus tamen imperio continuo

post cæsus est. Ex Servilia, M. Catonis sorore, M. Brutum susceperat, duasque Junias, quarum altera M. Lepido Triumviro, altera C. Cassio nupsit. III. M. Brutus morum integritate, elegantia ingenii, et literarum studio, cum Ciceroni, tum optimo cuique carissimus, in dissensione civili Pompeii partes secutus est; illum tamen Cæsar non modo servavit, sed evexit ad honores, illique inter amicos primas detulit: quorum beneficiorum Brutus immemor amore patriæ in eum conjuravit, eoque cæso, occupata Macedonia, vicit quidem ad Philippos Octavium, sed iterato post unum circiter mensem prælio, victus mortem sibi conscivit: uxor illi fuit Porcia M. Catonis filia.

M. Bruti et Cassii, qui et conjurationis in Cæsarem auctor fuerat, et cladis ad Philippos acceptæ, indolem descriperunt et Velleius lib. II. et Plutarchus in Bruto. Velleius: 'Fuit autem Cassius dux melior, quanto vir Brutus: e quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium. In altero major vis,

in altero virtus: qui si vicissent, quantum Reipublicæ interfuit, Cæsarem potius quam Antonium habere Principem, tantum retulisset habere Brutum, quam Cassium.' Plutarchus: 'Habebatur Cassius rei bellicæ peritus, sed ira asper, et per metum magis velle imperare: apud familiares ad risum pronior et dicax. Brutum vero virtutis causa vulgo carum, amicis dilectum fuisse: admirationi optimo cuique, odio venisse ne hostibus quidem, quod mire lenis, magnanimus, adversus iram, voluptatem, avaritiam infractus, rectam sententiam atque inflexibilem retineret pro honesto et justitia.'

Silanorum cum et nusquam meminerit Valerius, et major sub Imperatoribus, quam florente Republica gloria fuerit, tres tantum, quatuorve appellabo: quorum primus erit Marcus ille Silanus Africano majori datus a Senatu rerum in Hispania gendarum moderator et rector: tres alii Consules, Marcus anno 644. a Cimbris victus, Decimus anno 691. Marcus anno 728. aliique aliis temporibus sub Imperatoribus Consules.

GENS LICINIA.

GENTIS Liciniæ, quæ plebeia fuit, tres tantum familias, quæ aliis longe

præstiterunt, persequemur: Crassos, Lucullos, et Murænas.

LICINII CRASSI.

Hujus familiæ princeps fuit P. Crassus, qui etiam tum juvenis creatus est Pontifex Maximus, aliquanto post Consul anno 548. cum Annibale bellum gessit; denique Censor: vir omnibus naturæ fortunæque donis instructus, nobilis, dives, forma corporis excellens, facundus, duobusque auctus filiis Caio et Marco, a quibus duæ Crassorum familiæ propagatæ sunt. Primum Caii, tum Marci nepotes explicabimus.

II. Caius itidem ut pater duos filios genuit, III. Publium et Caium, utrumque Consulem, illum anno 582. hunc 585. III. Caius ex Consulatu sortitus Macedoniam vario Marte bellum cum Perse gessit; nam primo prælio victus, secundo victor multas in Græcia urbes expugnavit. IV. Ab ejus filio Publio ex gente Mutia in Liciniam adoptatus est P. Crassus Mutianus, qui et Pontifex Maximus et Consul anno 622. contra Aristoni-

cum in Asia cum bellum gereret, vicus occubuit: ejus filiarum altera C. Sulpicio Galbæ, altera C. Graccho nupsit.

L. Crassus, Orator ille, quem in libris de Oratore loquentem inducit Cicero, cum Q. Mutio Consul anno 658. Galliam obtinuit: cum Cn. Domitio Censor: in Philippum Consullem cum paulo acrius invectus esset, latus dicenti condoluit, et febris correptus septimo die lateris dolore consumtus est: ex Mutia duas filias suscepit, unam C. Marii, alteram Scipionis Nasicæ uxorem: quæ cum duos mares peperisset, Crassus eorum alterum L. Licinium Crassum Scipionem adoptavit. Quo patre natus sit Crassus Orator nemo, quod in tanto viro mirum est, memoriæ prodidit. In fastis Capitolinis diversum prænomen illius patri affingitur, apud Sigonium Lucius, apud Pighium Publius. Quid certi super hac re dicam, nihil habeo; si tamen conjectura uti licet, illum Publii Crassi anno 582. Consulis, de quo paulo ante, ex filio nepotem fuisse suspicor: in avo enim Publio omnes consentiunt, in patre non item: quia ille vel juvenis decessit, vel nullo, quod verius putem, Magistratu functus est; ideoque illius prænomen ignotum.

Illius eloquentiam et dicendi genus his verbis expressit Cicero in Bruto: 'Erat summa gravitas, erat cum gravitate junctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos; Latine loquendo accurata et sine molestia diligens eloquentia, in disserendo mira explicatio, cum de jure civili, cum de æquo et bono disputaretur, argumentorum et similitudinum copia. Non multa jactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla

inambulatio, non crebra suppletio pedis: vehemens et interdum irata et plena justis doloris oratio; multæ et cum gravitate facetiæ; quodque difficile est, idem et perornatus et perbrevis.'

II. M. Crassus Publio hujus familiæ principe genitus v. pronepotem habuit Marcum, qui, quod nunquam ridere visus sit, Ἀγέλαστος vulgo dictus est; VI. cujus filius P. Crassus cognomento Sapiens, consulatu anno 656. de Lusitanis triumpho, et Censura nobilis, in bello civili Marii et Syllæ, ne in hostium veniret potestatem, sibi mortem conscivit. Duo illi fuerunt filii, Publius, qui una cum ipso periit, et VII. M. Crassus Romanorum omnium ditissimus, qui post duplicem et ovationem et Consulatum anno 683. et 698. inita cum C. Cæsare et Cn. Pompeio societate bellum Parthicum sortitus est, in quo cum male pugnasset, exercitum cum filio Publio amisit: demum ipse per speciem colloquii ab hoste circumventus occiditur.

VIII. Marci divitis filius alter in bello civili Galliæ Cisalpinæ nomine Cæsaris præfuit: IX. nepos sub Augusto Consul anno 723. de Thracibus et Getis triumphavit: X. pronepos etiam Consul anno 739. XI. abnepos vero, cui prænomen Marcus, ut aliis, cognomen vero Frugi, sub Tiberio Consul anno 779. quatuor ex Scribonia filios suscepit XII. Cn. Pompeium Crassum Claudii generum, M. Crassum Scribonianum Frugi Consullem anno 816. L. Crassum Scribonianum et Pisonem Licinianum adoptatum a Galba: Cneius a Claudio, Marcus a Nerone, Piso ab Othonis militibus cæsus est, Lucius oblatum ab Antonio duce in Vitelliana dissensione imperium repudiavit.

LICINII LUCULLI.

E LUCULLIS tres et honoribus et victoriis clari perhibentur: I. Lucius Consul an. 602. Vaccæos Cantabrosque domuit; II. Lucius ex filio nepotes fuerunt III. Lucius et Marcus, uterque in bello tum Mithridatico tum civili Syllæ legatus; uterque Consul, ille anno 679. hic 680. uterque triumphalis, ille ex Asia, hic ex Macedo-

nia: Lucii tamen major fuit et virtus et gloria; sæpe enim Mithridatem et Tigranem exigua manu vicit; villarum magnificentia, convivorum sumtu, et vestium numero Romanos omnes longe superavit: ex Servilia Catonis sorore illi natus est IV. Marcus, qui Antonii jussu post Philipensem victoriam interfectus est.

LICINII MURÆNÆ.

E MURÆNIS duo tantum illustres memorantur, alter triumpho, alter Consulatu: I. Lucius, cujus pater, avusque Prætorii, et ipse Prætorius missus a Sylla Mithridatem repressit, eoque nomine triumphavit: duo illi filii fuerunt II. Lucius et Marcus; bis ille in Mithridatem arma gessit, semel sub patre, iterum Luculli le-

gatus: deinde designatus Consul anno 691. a Catone aliisque ambitus crimine postulatus, a Cicerone tum Consule ea oratione, quam etiam nunc præ manibus habemus, ita defensus est, ut honestissime absolutus sit: Galliam paulo post sortitus Marcum fratrem legatum habuit.

GENS LIVIA.

LIVÆ gentis tres familiæ et cognomina fuerunt, Denter, Salinator, Drusus: e Denteribus Consul fuit Caius anno 451. e Salinatoribus duo Marcus et Caius: ille duplici Consulatu anno 534. et 546. totidem tri-

umphis et Censura nobilis: Illyrios enim domuit et Asdrubalem Annibalis fratrem cum exercitu ad Metaurum cecidit: ejus filius Consulatum anno 565. adeptus est.

LIVII DRUSI.

DRUSI tum Consulatus honore tum Tribunatu plebis celebres extitere. I. M. Livius, cæso hostium duce Drauso, Drusi cognomen sibi suisque invenit: II. cujus filius Caius cum Scipione Æmiliano Consul anno 606. cæcus ille forte fuit, de quo Valerius I. VIII. c. 7. duos filios habuit, III. Marcum et Caium, alterum altero longe illustriorem: Caius quidem non indisertus fuit, sed Marcus ingenio, eloquentia, divitiis pollens, Tribunnus

plebis cum Senatus partes contra C. Gracchum tueretur, Senatus patronus appellatus est: unde ad summos honores evectus, aliquanto post Consulatu anno 641. de Scordiscis triumpho et Censura enituit. Tribunatus, quem Marcus ejus filius gessit, læta quidem initia, sed cum ipsi tum universæ Italiæ funestus exitus fuit: illud enim pro auctoritate Senatus cum suscepisset contra Equestrem Ordinem, videretque sibi non meri-

tam a Patribus gratiam rependi, Latinis civitatem pollicitus est: unde et sociale bellum, et ipse in atrio domus cultro percussus intra paucas horas expiravit: cædis invidia penes Cæpionem et Philippum Consulem fuit. VI. Illius forte nepos fuit Marcus ille Drusus Libo Consul sub Au-

gusto anno 738.

De M. Druso, qui in Tribunatu necatus est, hæc pauca Velleius lib. II.

‘M. Livius Drusus vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque, quam fortuna usus.’

GENS LUTATIA.

GENS Lutatia, plebeia quidem, sed victoriis clara fuit: quatuor enim Lutatii maxima bella confecerunt; unus Punicum primum, alter Phaliscum, tertius Cimbricum, quartus civile Marium inter et Syllam. Bello Punico primo duo Lutatii floruerunt, I. Caius et Quintus, cognomento ille Catulus, hic Cerco; ambo fratres, ambo Consulatu, victoria, et triumpho prope pares: ille enim Consul anno 511. et anno sequenti Proconsul tanta clade Pœnos navali prælio affecit, ut ad duriores pacis conditiones adegerit; hic Consul anno 512.

Phaliscos domuit: quare uterque triumphum, ille navalem de Pœnis, hic de Phaliscis terrestrem egit. Caii Catuli v. abnepos Quintus Catulus una cum C. Mario et Consul fuit anno 651. et Proconsul Cimbros ad internecionem delevit; et in dissentione civili candentium carbonum vapore extinctus est. VI. Quintus ex eo genitus M. Lepidum anno 675. in Consulatu Collegam acta Syllæ rescindere conantem, et vicit ad urbem, et victum Italia expulit; et aliquanto post Censor Capitolium dedicavit.

GENS MANLIA.

GENS Manlia, quæ jam inde ab urbis incunabilis illustris fuit, in tres familias, Cincinnatos, Acidinos, et Vulsones tribui potest. Cincinnati, quod in Capitolio habitarent, Capitolini; deinde Imperiosi, tum Torquati dicti sunt. Ex Acidinis Consul unus L. Acidinus anno 574. ex gente Fulvia adoptatus: e Vulsonibus, qui, quod e Cincinnatis traxerint originem, Capitolini etiam vocantur: quatuor Consulatu, unus ovatione, duo triumpho insignes fuerunt. Aulus Consul anno 279. de Veientibus ovationem, Lucius bis Consul anno 497. et 503. de Pœnis triumphum navalem; Cneius illius nepos Consul anno 564. de Gallogræcis terrestrem retulit: minor Auli fratris gloria, qui in Consulatu anno

575. contra Istros bellum gerens castra, quæ sua temeritate amiserat, virtute militum recuperavit.

Manliorum, tum Capitolinorum tum Torquatorum, stemma sic commode ex fastis, aliisque primæ classis auctoribus, explicari potest. I. Cn. Manlio Cincinnato anno 273. Consuli filius fuit. II. Aulus Capitolinus Vulso, de quo paulo ante diximus, a cuius liberis Manlii, tum Vulsones tum Capitolini, propagati sunt. Aulus tres liberos genuit rebus gestis clarissimos, III. Aulum quater Tribunum militarem, III. Titum Tribunum militarem, et III. Marcum Consulem anno 361. et triumpho de Æquis nobilem, qui cum novis rebus studere diceretur, e saxo Tarpeio, quod contra Gallos fortiter defende-

rat, in præceps actus est. Aulus filium habuit *iv.* Lucium Dictatorem, cui gemina soboles contigit. *v.* Cneius Imperiosus et Titus Torquatus, ille bis Consul fuit anno 394. et 396. hic ter, anno 406. 409. et 413. ter etiam Dictator; qui cum Gallum singulari certamine vicisset, ab illius torque Torquati cognomen sibi suisque posteris peperit, *vi.* Titumque filium, quod præter mandatum pugnasset, securi percuti iussit. Ex eo tamen nepotem habuit *vii.* Titum anno 454. in Consulatu mortuum, et abnepotes *ix.* Aulum Manlium Atticum et Titum, utrumque duplici Consulatu, Censura, et triumpho clarissimos. Aulus Consul anno 509. et

512. Titus anno 518. et 529. ille de Phaliscis, hic de Sardis triumphavit. Titus præterea Dictator comitiorum causa creatus est.

Tito duo etiam nepotes ex *x.* Aulo filio fuerunt, ambo Consules, *xi.* Aulus anno 589. et Titus anno 588. qui filium a *D.* Silano adoptatum, cum a Macedonibus accusaretur, damnavit. *xii.* Lucius ejus filius tres nepotes habuit, *xiv.* Titum, Lucium, et Aulum Ciceronis amicos; Lucio enim referente, Imperator a Senatu appellatus est. Consul ille fuit anno 688. paterque *xv.* Lucii Manlii, qui Syllam conjurationis Catilinæ postulavit, et aliquanto post in bello Africano contra Cæsarem periit.

GENS MARIA.

C. Marius Arpini humili loco natus, virtute militari summos honores adeptus est; vir, si quis unquam, bellicis operibus illustris: duo maxima bella confecit, Jugurthinum et Cimbricum; septem gessit Consulatus anno 646. 649. &c. bis triumphavit, semel de Jugurtha, iterum de Cimbris, Teutonis, et Ambronibus; Jugurtham enim sæpius victum a Boccho, ad quem fugerat, proditum in triumpho duxit: Teutones et Ambrones ad Aquas-Sextias solus, Cimbro ad Vercellas cum Catulo occisione delevit: at dum bellum Mithridaticum *L. Syllæ* per *Sulpicium* eripere conatur, urbe pulsus, post errores varios in Africam appulit, unde a *Cinna* revocatus septimum Consulatum anno 667. invadit, in quo nimia crudelitate in cives grassatus obiit. Ex *Julia C. Cæsaris* amita duos suscepisse filios dicitur, *C. Marium* et *Telesinum*, id tamen non liquet: sunt enim qui ipsius non filios, sed ex sorore nepotes esse velint. Ut ut est, *C. Marius junior* Consul anno 671. ad *Sacriportum* a *Sylla* victus *Præneste* refugit, unde per cunicu-

los dum tentat erumpere, una cum fratre *Telesino* cæsus est. Fuerunt etiam *Marii Gratidiani* *Ciceronis*, et amici, et affines.

C. Marii septies Consulis vitia *Velleius lib. ii.* virtutes *Sallustius* in bello Jugurthino referunt: utriusque verba subjiciam. Hæc *Velleius*: '*C. Marius* natus equestri loco hirtus atque horridus, vitæque sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriæ, insatiabilis, impotens, semperque inquietus.' Ita *Sallustius*: '*Illum* jam antea consulatus ingens cupido exagitantabat: ad quem capiendum, præter vetustatem familiæ, alia omnia abunde erant: industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubricinis et divitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. Sed is natus et per omnem pueritiam *Arpini* alitus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciendis, non *Græca* facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit; ita inter bonas artes integrum ingenium brevi adolevit.'

GENS MARCIA.

MARCIORUM alii Patricii, alii plebei fuerunt: Patriciorum cognomen nullum, nisi forte Coriolani; plebeiorum multiplex, Rutili, Censorini, Reges, Figuli, Philippi, &c. Patricii a Numa et Anco Marcio Regibus trax-

isse originem dicuntur, e quibus præstitit Marcus ille Coriolanus, primum fortitudine, tum suo et in patriam odio, et in matrem amore notissimus.

MARCII, RUTILI, ET CENSORINI.

C. RUTILO cum multi honores delati sunt, quatuor Consulatus anno Urbis 393. 401. 409. 411. et duo triumphi; alter de Privernatibus, alter de Tuscis: tum honos ille plane singularis, quod primus e plebe et Dictator et Censor creatus sit. Minor quidem Caii illius filii gloria, sed modestia major; Consulatu enim anno 443. et paulo post Censura perfunctus, cum Censor iterum crearetur, hanc dignitatem non respuit modo, sed legem

tulit, ne cui hunc Magistratum bis ambire liceret: unde Censorini cognomen tum ipsi tum ipsius posteris inditum est. Illius abnepos Lucius anno 604. cum Manilio Consul initio belli Punici tertii Carthaginem oppugnavit. Duo etiam sub Imperatoribus Caii Censorini Consules produntur, alter anno 714. alter 745. ille præterea ex Macedonia triumpho nobilis.

MARCII REGES, FIGULI, ET PHILIPPI.

E MARCIIS REGIBUS duo Consules, totidem e Figulis memorantur: Regibus Quintus, Figulis Caius prænomen fuit. Regum alter anno 635. alter 688. Consulatum gessit; et ille de Stœnis, gens erat Alpina, triumphavit. Figulorum alter alterius avus fuit; avus duplici Consulatu anno 591. et 597. et de Dalmatis victoria, nepos uno tantum Consulatu anno 689. illustris.

Philipporum ut plures Consulatus, ita major gloria fuit: quatuor Consulatus adepti sunt, quorum duo primi Quinti, alii Lucii dicti sunt. Primus est I. Quintus ille Consul anno 472. qui de Etruscis triumphavit; III. cujus nepos duplici Consulatu anno 567. et 584. et Censura clarus extitit; clarior aliquanto futurus, nisi in primo Consulatu contra Ligures

male pugnasset. v. Lucii ejus ex filio nepotis anno 666. Consulis nomen longe illustrius, non militari quidem scientia, sed eloquentiæ laude, qua M. Antonio et L. Crasso haud multo inferior fuit; Censor aquæ Marciaë ductum restituit: VI. ejus filius Consul anno 697. ex Marcia filius fuit, et M. Catonis et Hortensii Oratoris socer; ex Accia conjugæ vitricus Augusti Cæsaris, uti diximus in gente Julia.

De L. Philippo Oratore ita Cicero in Bruto: ‘Erat in Philippo summa libertas in oratione, multæ facetiæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis: erat etiam inprimis, ut temporibus illis, Græcis doctrinis institutus, in altercando cum aliquo aculeo et maledicto factus.’

GENS MUCIA.

MUCIORUM gens, quæ plebeia, una fuit, familiæ duæ, quibus et Scævulæ cognomen datum est, et duo singularia fuerunt, alterum, jus civile profiteri, alterum, Censuram nunquam petiisse. Gentis princeps i. Q. Mucius Scævula Prætor anno 538. duos habuit filios, ii. Quintum et Publium, a quibus facta sunt gentis duas in familias divortia.

ii. Quinto, qui Consul anno 579. contra Ligures rem male gessit, ex filio iii. Quinto nepos fuit iv. Quintus ille Mucius cognomento Augur, Consul anno 636. C. Lælii Sapiensis gener, et L. Crassi Oratoris socer, quem tum in lib. i. de Oratore, tum in libro de Amicitia loquentem inducit Cicero. v. Ejus filius Quintus et ipse dictus Augur, peritissimus juris et percomis habitus est.

ii. Publius Quinti, de quo paulo

ante, frater natu major, Consul anno 578. duos suscepit filios, iii. Publium Mucium, et P. Crassum Mucianum, qui in gente Licinia adoptatus contra Aristonicum periit, uti diximus, iii. Publius Mucius anno 620. quo Ti. Gracchus cæsus est, Consul, et aliquanto post Pontifex maximus, pater fuit iv. Quinti illius Scævulæ cognomento Pontificis, qui L. Crassi Oratoris fuit, tum in Prætura, tum in Consulatu Collega, Asiæque Prætor tam sancte administravit, ut et aliis tanquam forma et exemplum justii imperii proponeretur, et in illius honorem festum, cui nomen Mucia ab Asianis institutum sit. In Civili bello a L. Damassippo cæsus est. Primum Q. Augurem, deinde eo mortuo P. Pontificem audivit Cicero, ut ipse testatur.

GENS OCTAVIA.

OCTAVIORUM familia Velitris olim præcipua inter Patricias a Servio Tullio allecta quidem est, sed aliquot annis post ad plebem se contulit. i. C. Octavius Rufus Quæstorius ii. Cneium et Caium procreavit, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione diversa: siquidem Cneius et deinceps ab eo reliqui omnes summis functi sunt honoribus; at Caius ejusque posterii in equestri ordine constitere, usque ad Augusti patrem, qui, ex Prætura Macedoniam sortitus, illam non minore justitiæ quam fortitudinis laude administravit, uti diximus in gente Julia.

ii. Cneius, Caio genitus, cum Sar-

diniæ Prætor obtineret, dum Africanus major in Africa bellum gerit, maris littora fortiter tutatus est. iii. Cneius ejus filius Consulatu anno 589. et triumpho de Perse multo illustrior; Persen enim a L. Paulo jam victum Prætor ceperat, et aliquanto post legatus ad Antiochum Laodiceæ Syriæ occisus est. Ex duobus illius filiis iv. Cneius Consul fuit anno 625. Marcus non item; sed utriusque filii Consules fuerunt, iv. Marco v. Cneius anno 677. Cneio vero v. Cneius et Lucius, ille anno 666. hic 678. Cneius cum L. Cinnam in Consulatu Collegam urbe expulisset, paulo post illius jussu interfectus est.

GENS POMPEIA.

POMPEIORUM, si Velleio credimus, tres familiæ fuerunt; una Nepotum, altera Ruforum, tertia Pompeii Mag-

ni: omnes Plebeiaë quidem, sed gestis honoribus nobiles.

POMPEII NEPOTES.

Q. POMPEIUS cognomento Nepos, qui Tibicinis, ut tum ferebatur, filius erat; ex hoc stemmate primus Consulatum anno Urbis 612. adeptus est, Hispaniamque sortitus turpe cum Numantinis, a quibus victus fuerat, fœdus pepigit; populi tamen favore non absolutus modo est, sed creatus etiam aliquanto post Censor cum Q. Metello Macedonico, qui et ipse plebeius, quod nondum contigerat. Quos

liberos habuerit obscurum est; certum tamen illius nepotes fuisse Sextos illos Pompeios, qui sub Augusto Consules memorantur, alter anno 719. alter 766. quo Augustus obiit; ille Ovidio, hic Valerio Maximo amicissimus. An eadem ex stirpe fuerit Cneius ille Pompeius, qui anno 722. Consulatum gessit, incertum est; nec enim ipsius cognomen, nec patris, nec avi prænomen apponitur.

POMPEII RUFII.

1. Q. POMPEIUS RUFUS Syllæ in Consulatu anno 665. Collega, II. una cum filio in dissensione civili periit; ipse Pompeii Strabonis fraude, Sulpicii vero Trib. plebis insidiis filius, qui jam ex Cornelia Syllæ filia tres liberos genuerat, Pompeiam a C. Cæsare ob adulterii cum Clodio suspicionem repudiatam, III. et duos Quin-

tos, quorum alter Prætor fuit Cicerone Consule; alter Trib. plebis eo anno, quo Clodius, cui favebat, a Milone cæsus est. Quintus Rufus habuit etiam ex Aulo fratre nepotem Q. Pompeium Bithynicum Ciceroni amicitia conjunctum, qui in Ægypto, dum classis Pompeii Magni diripitur, interfectus est.

POMPEII MAGNI.

I. SEX. POMPEIO duo filii fuerunt II. Sextus et Cneius; ille juris civilis, Geometriæ, et Stoicæ disciplinæ studio totus incubuit; II. hic a perversis oculis Strabo vulgo dictus, orto bello sociali primum legatus, deinde Consul anno 661. præcipuum contra Latinos victoriæ decus meruit; at paulo post de cælo tactus periit. Vir suis quidem clarus victoriis, sed filii gloria longe clarior; pater enim fuit III. Cn. Pompeii, qui ob res præclare gestas a Sylla Magnus appellatus est.

Marium ille vicit, Carinatem et Carbonem in Italia, Hieram Numidarum Regem et Domitium in Africa, Sertorium et Perpennam in Hispania, Piratas Ciliciæ in mari Mediterraneo, in Asia minori Mithridatem, in Syria Antiochum Comagenum et Aristobulum. Unde tres egit triumphos, unum ex Africa, alterum ex Hispania, etiam tum Eques, tertium ex Asia, jam Consularis; tres etiam gessit Consulatus anno 683. 698. et 701. primum et secundum cum M. Crasso

divite, tertium solus: sed post tot tropæa vir Romanorum longe clarissimus, cum nec ipse parem, nec superiorem Cæsar ferre posset, orto bello civili ad Pharsalum victus, jussu Ptolemæi Regis, ad quem confugerat, interficitur. Ex quinque quas duxerat uxoribus Antistia, Æmilia privigna Syllæ, Mutia, Julia Cæsaris, et Cornelia Scipionis filia, una Mutia liberos peperit, duos mares, IV. Cneium et Sextum, fæminam Pompeiam, quæ primum Fausto Syllæ, deinde Q. Servilio Cæpioni nupsit. IV. Cneius et Sextus ut virtute, ita rebus gestis patri longe impares, ad Mundam Hispaniæ oppidum a Cæsare victi sunt; et Cneius in fuga cæsus; Sextus vero fratri superstes occupata Sicilia Octavii Cæsaris duces navali- bus præliis sæpe vicit, sed tandem desertus a suis a Titio in Asia necatus est, cum ex Scribonia v. Pompeiam M. Marcello desponsatam suscepisset.

Naturam Pompeii Magni Velleius lib. II. et Plutarchus expresserunt. Sexti vero Pompeii Velleius. De Pompeio Magno ita Velleius: 'Fuit hic genitus matre Lucilia stirpis Senatoriæ, forma excellens, non ea, qua flos commendatur ætatis; sed ex dignitate constanti, quæ in illam conveniens amplitudinem, fortunam quoque ejus ad ultimum vitæ comitata est diem: innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius, potentiæ, quæ honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus; dux bello peritissimus; civis in toga, nisi ubi vereretur, ne quem haberet parem, modestissimus: amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus: potentia sua, nunquam, aut raro, ad im-

potentiam usus; pæne omnium vitorum expers; nisi numeraretur inter maxima, in civitate libera dominaque gentium indignari, cum omnes cives haberet pares, quenquam æqualem dignitate conspicere. Nam neque Pompeius ut primum ad Rempublicam aggressus est, quenquam animo parem tulit: et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat; neque eo viro quisquam, aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupivit; in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus: ut qui eos libentissime iniret, finiret æquo animo; et quod cupisset arbitrio suo sumere, alieno deponeret.'

Hæc Plutarchus initio Pompeii: 'Pompeio, cur diligeretur, multæ causæ fuerunt; vitæ temperantia, rei militaris scientia, facundia in dicendo, fides morum, comitas in conveniendo: qui nemine minus importune rogabat, vel hilarius largiebatur roganti: ostendebat enim in dandis beneficiis serenitatem, et gravitatem in accipiendis: vultu initio præditus fuit non mediocriter gratiose; qui præveniebat ejus orationem: nam veneres ejus erant cum humanitate conjunctæ, atque in vigore floreqque juventutis senilis elucebat et regia majestas. Jam modice surrecta coma, oculorumque lenis modulatio reddebat faciei ejus usurpatam magis sermonibus, quam repræsentatam cum Alexandri Regis statuis similitudinem.'

De Sex. Pompeio ejus filio sic Velleius: 'Hic adolescens erat studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri dissimillimus, libertorum suorum libertus, servorumque servus, speciosus invidens, ut pareret humillimis.'

GENS PORCIA.

PORCIÆ gentis princeps fuit I. M. Porcius cognomento Priscus, Tusculo, Latii oppidum erat, oriundus; qui, et a Sapientia Cato, et a Censura Censorius, vulgo dictus est. Invitatus in Urbem a Valerio Flacco, aliquanto post cum ipso, et Consulatum anno Urbis 558. et Censuram gessit: Proconsul ex Hispania triumphum; legatus victoriæ de Antiocho ad Thermopylas præcipuam laudem

retulit. Duas duxit uxores, Liciniam juvenis, jam senex Saloniam; ex quibus duos filios procreavit; alterum ex altera. Utrique M. Cato proprium nomen fuit: sed natu majori a matre Licinia II. Liciniani, minori a Salonia II. Saloniani cognomen adhæsit: ab his duæ Catonum Licinianorum et Salonianorum familiæ propagatæ sunt.

PORCII CATONES LICINIANI.

II. M. CATO LICINIANUS, qui Prætor designatus ante patrem decessit, et ex Æmilia, L. Pauli, qui Persen vicit, filia, suscepit III. Marcum et Caium Catones; utrumque Consulem; illum anno 635. hunc anno 639.

sed utriusque Consulatus infelix; Marcus enim in Africa periit; Caius vero adversus Scordiscos cum male pugnasset Tarracinam in exilium pulsus est. Marci filius fuit IV. M. ille Cato, qui obiit in Gallia Prætorius.

PORCII CATONES SALONIANI.

II. M. CATONI SALONIANO, qui Imperator mortuus est, duo filii nati sunt III. Marcus et Lucius; qui Consul anno 666. dum contra Italos ad lacum Fucinum pugnat, Marii Junioris fraude, ut est conjectura, occubuit. III. Marcus Tribunitius cum Præturam peteret mortuus, ex Livia Livii Drusi Tribuni plebis filia M. Catonem et Porciam L. Domitii conjugem reliquit. IV. M. Cato fuit Uticensis ille, eximium Porciæ gentis decus, vita morumque integritate clarissimus, qui post Præturam Pompeium contra Cæsarem secutus, victis partibus, Uticæ sibi mortem conscivit. Ex Marcia, quam post Atiliam duxerat, duos liberos habuit V. M. Catonem; qui in acie Philippensi cecidit, et Porciam; quæ primum

Bibulo nupsit, deinde M. Bruto.

Egregias Catonis Uticensis virtutes, et Sallustius in bello Jugurthino, et Velleius lib. II. persecuti sunt. Sallustii testimonium in gente Julia, cum de C. Cæsare egimus, supra retulimus. Hic Velleii verba appingere satis erit: ita ille: 'M. Cato genitus M. Catone principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti simillimus; et per omnia ingenio Diis quam hominibus propior, qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat; cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet justitiam; omnibus vitiis humanis immunis, semper fortunam in sua potestate habuit.'

GENS QUINTIA.

QUINTIA gens Alba diruta a Tullo Rege inter Patricias cooptata; hic enim de Plebeia non agimus: quatuor potissimum familias complexa est, Capitolinos, Cincinnatos, Flamininos et Crispinos: e quibus brevitatis causa rebus gestis clarissimos quosque tantum proferemus.

E Capitolinis duo maxime insignes; quorum alter T. Barbatus Capitolinus sexies Consul anno 285. de Volscis, Antiatibus, et Æquis, victor triumphavit; alter Titus et Consul anno 332. et aliquanto post Tribunus Militaris.

E Cincinnatis I. Lucius ad Consulatum ab aratro vocatus anno 283. duas dictaturas postea gessit; quarum in prima Minucium Consulem liberavit, et de Æquis sub jugum missis triumphavit; in altera vero Sp. Melium dixit a Servilio Ahala jure cæsum: e quatuor, quos susceperat, filiis, II. Lucius ter Tribunus militaris fuit, semel magister equitum; II. Titus vero bis Consul, contra Veios male pugnavit: illustris III. Titi illius filii nomen duplici Tribunatu Militari, Dictatura, de Prænestinis et victoria et triumpho. Duos ille IV. Titos genuit, quorum alter Consul anno 402.

Alter IV. Titus Pennus Crispinus Consul anno 398. et de Gallis triumpho clarus Crispinorum familiæ princeps extitit: illius abnepos VIII. Titus Crispinus M. Marcelli anno 545. in Consulatu collega insidiis Annibalis una cum Marcello deprehensus ex vulneribus paulo post obiit. IX. Lucius ex eo genitus de Lusitanis et Celtiberis triumpho Proprætor enituit. Duo præterea Titi Crispini Consulatum sub Augusto adepti sunt, alter anno 744. alter anno 759.

E Flamininis quatuor Consules fuisse perhibentur, quorum primi duo fratres Titus et Lucius, ambo quidem Consules; ille anno 555. hic 561. sed longe dispari gloria; Lucius enim ob libidinem a M. Catone Censore Senatu motus est; Titus vero ex quæstura, quod ipsi singulare fuit, Consul Philippum Macedoniæ Regem semel atque iterum vicit; Nabin Tyrannum subegit; pacem et libertatem Græciæ reddidit; et per triduum de Philippo triumphavit: deinde Censura perfunctus ad Prusiam contra Annibalem missus est. Ex Tito filio Consules habuit; nepotem anno 603. et pronepotem anno 630.

GENS SEMPRONIA.

GENS Sempronia Patricia quidem primum fuit, sed deinde ad plebem transiit. Atratinii enim Patricii fuisse dicuntur; Tuditani vero, Blæsi, Sophi, Longi, Gracchi, Plebei.

Ex Atratinis Tribuni militares benemulti, Consules quatuor memorantur: Aulus, bis anno 256. et 262. illiusque filii vel nepotes Lucius et Caius, ille anno 319. hic 330. Floruit multo post Caius Atratinus; qui anno 719. Consul ponitur.

E Blæsis unus Caius Blæsus duplici Consulatu anno 500. et 519. et triumpho de Pœnis clarus fuit.

E Sophis duo Publii, pater et filius, Consulatu, Triumpho, et Censura illustres fuerunt; primus Consul anno 449. de Æquis, alter anno 485. de Picentibus triumphavit.

E Tuditanis quatuor Consulatum assecuti sunt; Marcus anno 513. Publius 549. Marcus 563. Caius 624. eo major Publii et Caii gloria, quod

ille contra Annibalem rem bene gesserit, et Censor fuerit, hic vero de Histris triumpharit.

E Longis duo Tiberii Scipionum in Consulatu collegæ fuerunt: alter anno 535. P. Scipionis, qui in Hispania

periit; alter anno 559. Africani Majoris: ille una cum collega fuis ad Lilybæum hostibus Melitam eis eripuit: sed paulo post ad Trebiam ab Annibale victus est.

SEMPRONII GRACCHI.

SEMPRONIIS omnibus rerum gestarum gloria Gracchi longe præstiterunt. Eorum princeps Tiberius Consul anno 515. filium habuit II. Tiberium bis Consulem; semel anno 538. iterum 540.; qui contra Annibalem, dum rem feliciter gereret, fraude Lucani hospitis ab hostibus cæsus est: III. cujus filius Tiberius duos Consulatus anno 566. et 571. censuramque gessit, duos egit triumphos; primum de Celtiberis Prætor; alterum Consul de Sardis; vir tum victoriis tum virtutibus ætatis suæ clarissimus. Ex Cornelia Africani Majoris filia duos mares Tiberium et Caium suscepit, totidemque fœminas; quorum altera P. Scipioni Æmiliano nupsit.

IV. Tiberio et Caio Gracchis par prope ingenium, par eloquentia, alia tamen alii: iidem honores delati; eadem utriusque consilia, idemque exitus fuit. Nam uterque quæstor Consul; Tiberius Mancini in Hispania, Caius Aurelii Orestis in Sardinia: uterque Tribunus plebis leges Agrarias contra Senatus voluntatem promulgavit, quare uterque a Patribus, Tiberius a Scipione Nasica in Capitolio anno 620. Caius ab Opimio Consule in Aventino anno 632. oppressus est.

Horum fratrum naturam expresse- runt, tum Velleius lib. II. tum Plu-

tarchus. Ita de Tiberio Velleius: ‘Vir alioqui vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus; tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis conditio recipit.’ Hæc de Caio: ‘Qui Ti. Gracchum, idem Caium fratrem ejus occupavit furor, tam virtutibus ejus omnibus, quam huic errori similem; ingenio etiam eloquentiaque longe superiorem.’ De utroque Plutarchus hæc habet: ‘Vultu et obtutu blandus erat, et compositus Tiberius; acer Caius, et vehemens. Itaque in concionando ille modeste non se movebat loco; hic primus Romæ deambulavit inter dicendum, et togam ex humero divulsit . . . deinde oratio fulminans, et exaggerata affectibus; dulcior Tiberii magisque commiserationem movens: dictione pura hæc, atque exquisite elaborata, Caii artificiosa et splendida: pari modo in victu et mensa frugalis et simplex Tiberius; Caius, si cum aliis eum contendas, restrictus et continens; si cum fratre, grandis et exquisitus; mores respondebant orationi, superior lenis et placidus, iracundus alter et fervens . . . audacia vero adversus hostes, justitia adversus populares; officiorum in muneribus sedulitas, et adversus voluptates continentia par in utroque.’

GENS SERVILIA.

SERVILIORUM alii Plebei, alii Patricii; variis distincti cognominibus.

Priscus, Fidenas, Alala, Structus, Geminus, Cæpio, et Vacia. E Priscis

et Fidenatibus multi Consules numerantur, Tribuni militares multo plures: ex Alalis duo tresve Consules; ex Structis unus et alter; de quibus,

quod nascente Republica ab anno 250. ad 400. floruerunt, nihil dicemus; de aliis breviter.

SERVILII GEMINI, CÆPIONES, ET VACIÆ.

PUBLIUS GEMINUS bis Consul, semel anno 501. iterum anno 505. pater fuit Cneii Gemini; qui Consul anno 536. Annibalem Fabianis artibus ad summam inopiam redegit; cujus, opinor, filii Caius et Marcus, ille Consul anno 550. hic non tam Consulatu quem anno 551. gessit, quam eximia animi corporisque fortitudine clarus extitit; singulari enim certamine vicies et tricies vicisse dicitur. Sunt tamen qui fratres illos Plebeios fuisse velint.

Geminis tamen præstitit Cæpionum familia I. Cneio Cæpioni anno 500. Consuli filius fuit, II. Cneius item Consul anno 550. ex quo genitus III. Cneius ille Cæpio Consulatu quidem anno 584. insignis; sed trium filiorum gloria illustrior qui omnes Consulatum adepti sunt, IV. Q. Fabius Servilianus in gentem Fabiam adoptatus anno 611. IV. Cneius 612. et IV. Quintus 613. qui ex Consulatu

sortitus Hispaniam fœdus ab ipsius fratre Q. Fabio Serviliano cum Viriatho initum rescidit; illumque cum armis non posset, insidiis ac fraude per illius amicos sustulit: natus ex eo v. Q. Cæpio; qui post præturam et triumphum decus ex Hispania ulteriore et anno 647. Consulatum assecutus est: at paulo post, dum Proconsul Galliam regeret, ob aurum Tolosanum, ut tum creditum est, victus a Cimbris in carcere misere periiit: 'vir acer et fortis,' inquit Cicero, 'cui fortuna belli crimini, invidia populi calamitati fuit.'

P. Servilius Vacia, Caio Prætorio natus, Consulatum obtinuit anno 674. et expugnatis Isaurorum oppidis, ex Asia et triumphum honorem et Isaurici cognomen retulit. Ejus filius P. Isauricus bis Consul fuit, semel anno 705. cum C. Cæsare, cujus nomine Asiæ præfuit, iterum cum L. Antonio anno 712.

GENS SULPICIA.

SULPICIOS omnes, alii Patricios fuisse volunt, alii nonnullos quidem Patricios, alios vero plebeios; quod verius putem: Galbas enim Patricios; Rufos vero plebeios ex antiquis denariis constat, Gens illa oriunda Camerio oppido, unde Camerini cognomen desumit, in multas familias divisa est; fuerunt enim Camerini, Longi, Saverriones, Petici, Rufi, Galli, Paterculi, Galbæ, &c.

E Camerinis multi quidem Consulatum adepti sunt; at cum ante annum Urbis 450. floruerint; de his ni-

hil dicemus. E Longis, Caius Longus triplici Consulatu anno 416. 430. 439. Dictatura, de Samnitibus triumpho clarus fuit. E Peticiis, Caius Peticius quinque Consulatibus anno 389. 392. Censura, victoria de Gallis, et de Herenicis triumpho: e Saverriionibus duo Publii Consulatu anno 449. et 474. e Gallis Caius summa eruditione, Consulatu anno 587. et de Liguribus triumpho. E Paterculis Quintus Consulatu anno 495. et triumpho de Pœnis illustris. E Quirinibus duo, Publii Consulatu anno 717. et 741. quo anno,

ut multis placet, Christus natus est. ERufis duo maxime celebres fuerunt, Publius et Servius: ille ingenii et eloquentiæ laude, his juris civilis scientia floruit: ille in Tribunatu jussu Syllæ, cui bellum Mithridaticum ad-

emerat, anno 665. necatus est; hic Consul anno 702. a Cæsare contra Pompeium in bello civili stetit. Cicero Publium in libris de Oratore loquentem inducit, et ad Servium multas scripsit epistolas.

SULPICII GALBÆ.

I. P. SULPICIUS GALBA MAXIMUS, etiam si nullo curuli honore perfunctus esset, Consulatum anno 542. assecutus est: et aliquanto post Dictaturam et alterum Consulatum anno 553. Ex II. Servio filio Prætorio nepotes habuit, III. Caium Prætorium et III. Servium patrem, IV. Servii Galbæ Oratoris; qui vocatus in iudicium quod victus a Lusitanis eorum multa millia insigni perfidia trucidasset; populi animum precibus et lacrymis flexit, et Consulatus honorem haud multo post anno 609. adeptus est. Ex duobus filiis alter V. Caius primus e Sacerdotum collegio iudicio publico damnatus est, alter IX. Servius anno 645. Consul genuit, VI. Servium C. Cæsaris in bello Gallico legatum; ex quo natus VII. Servius ille Galba, qui multiplicem scripsit historiam, cujus ex VIII. filio nepotes fuerunt, IX. Caius Consul anno 774. et IX. Servius du-

plici Consulatu anno 785. et 821. et imperatoria dignitate clarissimus.

Galbæ Imperatoris, tum virtutes tum vitia retulit Tacitus Hist. 1. 12. 'Vetus in familia nobilitas, magnæ opes, ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus: famæ nec incuriosus, nec venditor; pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ avarus: amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus: sed claritas natalium, et metus temporum obtinuit, ut quod segnitia erat, sapientia vocaretur: dum vigeat ætas militari laude apud Germanias floruit: Proconsul Africam moderate, jam senior citeriorem Hispaniam pari justitia continuit: major privato visus, cum privatus fuit; et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.'

GENS TULLIA CICERONUM.

I. M. TULLIO CICERONI, qui Arpini equestri loco natus erat, hic enim de Tullia gente, quæ patricia fuit, non agimus, Maria Gratidia tres liberos peperit, II. Marcum et Lucium Cicerones et Tulliam C. Aculeonis uxorem. I. Lucius III. filium habuit sibi cognominem. II. Marcus duos, III. Marcum et Quintum; quorum ille Oratorum facile princeps ingenio, eruditione, eloquentia non Tulliæ modo gentis, sed totius Reipublicæ decus extitit: primus ex sua

familia Curules honores, et Consulatum anno 690. adeptus est; in quo Catilinæ conjurationem oppressit: a Clodio aliquanto post pulsus in exilium Senatus decreto summo cum honore revocatus est. In dissensione civili Pompeii partes secutus; a C. Cæsare, et sibi, et aliis salutem impetravit. Denique jussu M. Antonii, in quem acriter fuerat Philippicis invecus, anno ætatis 63. occisus est: Ex Terentia, quam senex repudiavit, IV. Marcum suscepit, et Tulliolam,

quæ ter nupsit, primum Pisoni Frugi, deinde Furio Crassipedi, tum Dolabellæ. Repudiatam a Cicerone Terentiam Sallustius Historicus, et eo mortuo Messala Corvinus duxerunt. **IV.** Marcus filius patri longe absimilis, gulosus enim fuit et bibax, si Plinio credimus, in locum M. Antonii anno 723. quo ille ad Actium victus est, ab Augusto Consul suffectus; Asiam obtinuit. **III.** Quintus vero Marci Oratoris frater, ex Præ-

tura Asiæ Proconsulari imperio per triennium præfuit; tandem una cum **IV.** Quinto filio, quem ex Pomponia Pomponii Attici sorore genuerat, in triumvirali proscriptione periit.

De Marco Cicerone Oratore hæc pauca Velleius: 'M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir novitatis nobilissimæ, et, ut vita clarus, ita ingenio maximus; qui efficit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio viuceremur.'

GENS VALERIA.

VALERIORUM gens duplex fuit, Plebeia et Patricia: e Plebeia fuerunt Publius et Marcus Lævini; quorum ille contra Pyrrhum, hic contra Philippum Macedonem res magnas gessit: sed de illis non hic agimus. Gentis Patriciæ princeps fuit Valesus Sabinus, qui jam inde a Romuli temporibus divitiis et opibus pollens pacis Romanos inter et Sabi-

nos ineundæ auctor fuit: cujus abnepos M. Valerius Volesus; tres habuit liberos: P. Valerium Poplicolam, M. Valerium Maximum, et L. Valerium Potitum: a quibus totidem familiæ propagatæ sunt. Valerii Maximi ad annum Urbis 500. Potiti ad Augusti Cæsaris imperium, Poplicolæ ad Arcadii et Honorii tempora maximis honoribus floruerunt.

VALERII POPLICOLÆ.

P. VALERIUS Volusi filius, et ob singularem quendam in populum Romanum amorem vulgo Poplicola dictus, quatuor gessit Consulatus anno 244. 245. 246. 249. duosque egit triumphos, alterum de Ucientibus, de Sabinis alterum. Duo illi filii nati sunt Publius et Marcus: Publius duplici [Consulatu anno 278. et 283. et de Veientibus Sabinisque triumpho nobilis; qui contra Herdonium pugnans cecidit; nepotem habuit Publium semel sub Camillo Magistrum equitum, et quinquies Tribunum militarem; et pronepotes Publium Consulem anno 401. et Dictatorem anno 409. et Marcum bis Consulem, semel anno 397. et iterum 400.

M. Valerio primi Poplicolæ filio duo nepotes fuerunt, Publius et Marcus; et abnepotes, ex Publio Publius

Magister equitum, ex Marco Marcus ille Valerius, qui cum Gallum singulari certamine vicisset adjuvante corvo Corvini cognomen invenit, Curules Magistratus 21. sex Consulatus anno 405. 410. &c. Censuram, duasque dictaturas gessit, ter triumphavit de Antiatibus, Volscis, Sidicinis, Etruscis, &c. Ex qua Valeriorum familia M. Valerius Corvus traxerit originem apud eruditos non convenit: nonnulli P. Valerii Poplicolæ anno 401. Consul filium faciunt: quod contra fastorum fidem est et historiæ: illi enim Valerio Publius prænomen fuit, Corvini vero, et patri et avo, Marcus. Zonaras eumque secutus Pighius a M. Valerio Maximo Poplicolæ fratre prognatum volunt, quod Maximi cognomen habuerit. Ipse Corvinus apud Livium a P. Pop-

licola qui Reges ejecit ortum se profitetur. Cui ego, quam aliis, assentiri malui. Quæ opinio si vera est, Maximi cognomen non avitum in eo fuit, sed virtute partum. Ut ut est, nihil enim definire ausim, a Corvino propagati sunt Valerii Messalæ. Ejus enim filius Marcus Consul anno 464. pater fuit Marci Maximi, Consulatu anno 490. Censura, de Pœnis triumpho clarissimi; cui, quod Messanam urbem Siciliæ cepisset, primum Messanæ, tum Messalæ cognomen inditum est. Ex ejus posteris Marci Consules multi, filius anno 527. nepos 565. pronepos 592. et Censor licet ipse prius fuisset a Censore notatus.

Ab hoc Messala per centum prope annos jacuit Messalarum domus, donec illius pronepos, M. Messala Niger, orator, prudens, acutus, multæque operæ Consulatum adeptus est anno 692.; illiusque cognatus M. Messala anno 700.; de quo postea agemus. Ex Marco oratore natus est

Marcus et ipse summus orator; qui eo nomine etiam tum juvenis a Cicerone laudatur. Victis Bruti partibus, a quibus steterat; Octavio Cæsari, a quo fuerat revocatus in urbem, contra Antonium affuit; deinde Consulatum anno 724. de Salassis triumphum, et urbis præfecturam obtinuit. Ex duobus filiis Lucius in gentem Aureliam adoptatus, L. Aurelius Cotta Messalinus dictus est: alter Marcus Consul anno 750. bello Pannonico victor ornamenta triumphalia retulit: cujus filius et Nepos Marci Consulatum gesserunt, ille anno 772. hic 810. Neronis in tertio Consulatu collega.

Ex Caio Messala et Hortensii Oratoris sorore genitus est M. Messala Augur Consul anno 700.; de quo paulo ante, cujus filius M. Messala Barbatus vir eruditissimus et Consul anno 741. genuit M. Messalam Barbatum, qui ex Lepida suscepit Messalinam, Claudii Imperatoris uxorem.

VALERII MAXIMI.

M. VALERIUS MAXIMUS, Volusi filius, et Poplicolæ frater, Auguratu, Consulatu anno 248. dictatura, de Sabinis et Latinis triumpho nobilis; filium habuit Marcum Consulem anno

297. et pronepotem Marcum bis tribunum militarem; ex cujus filio natus est Marcus bis Legatus sub L. Papyrio dictatore, et Consul anno 441. et aliquanto post Censor.

VALERII POTITI ET FLACCI.

L. VALERIO POTITO Volusi filio et Poplicolæ fratri semel atque iterum Consuli anno 268. et 283. filius fuit Lucius Consulatu anno 304. et triumpho de Æquis et Volscis clarus; qui duos filios habuit, Caium et Lucium ambo Consules anno 343. et 361. ambo Tribunos militares, illum semel, hunc quinquies. Lucio natus est Lucius sexies Tribunus Militaris: Caio vero Caius; cujus filii Caius et Lucius Flacci dicti sunt. Caius qui-

dem Consul anno 422. fuit. Lucius Magister equitum anno 432.

Lucius ex Marco filio nepotem habuit, Lucium Flaccum Consulem anno 492. pronepotem Publium Consulem anno 526. abnepotem Lucium, qui cum C. Milatone, quem in Urbem evocarat, et Consulatum anno 558. et Censuram gessit; et aliquanto post princeps Senatus lectus est. Ex eo genitus Lucius Consul anno 601. pater Lucii Consulis anno 622.;

qui duos filios suscepit Caium et Lucium: quorum ille semel anno 660. Consul fuit, hic bis anno 653. cum C. Mario, et iterum anno 667. cum Cinna, Mario mortuo, suffectus; Censor cum M. Antonio, et princeps Senatus: a Marianis in Asiam contra Mithridatem missus C. Fimbriæ legati scelere occisus est: sunt tamen qui velint Caium et Lucium cognatos, non fratres fuisse: Lucii filius fuit, Lucius ille Flaccus, qui bellum Cretense magna ex parte gessit; Pisonis et quæstor in Hispania, et Legatus in Macedonia; is ipse, quem Cicero defendit; duo illi filii nati sunt Lucius et Caius, quorum ille sub Caio Cæsare Prætor fuit, hic in partibus Pompeii periit.

OPERÆ pretium facturum me putavi; si Romanorum familiis subjungerem selecta quadam ex primæ classis auctoribus testimonia; quibus expressa clarorum virorum natura est, et indoles: cum enim illorum, tum apud Valerium Maximum tum apud alios historicos frequens occurrat mentio; qui eorum mores fuerint; quæ vitia, quæ virtutes, cognoscere studiosis, opinor, non erit injucundum. In tres quasi classes haud incommode tribui possunt; alii enim Romani; alii contra Romanos maxima bella gesserunt; alii, qui Græci, non item. Romani sunt, P. Sulpicius Rufus, L. Sergius Catilina, C. Scribonius Curio, M. Vipsanius Agrippa. C. Cilnius Mæcenas, et L. Ælius Sejanus. Romanorum hostes infensissimi, Annibal, Jugurtha, Mithridates. Græci, Alcibiades, Epaminondas, Philippus Macedo, Alexander Magnus. Quæ ab ipsis gesta sint pluribus persequi non est hujus loci. Cum tamen iisdem nominibus maxime apud Romanos plures usi sint, ne cui nominum similitudo errorem objiciat, pauca, quibus alius ab alio facilius dignosci possit, addere non pigebit. Primum

de Romanis agemus; tum de iis, quibus adversus Romanos bellum fuit; denique de Græcis.

P. Sulpicius, cum Syllæ et exercitum et belli contra Mithridatem gerendi potestatem ademisset, illius jussu paulo post cæsus est. Hujus eloquentiam Cicero describit in Bruto; mores Velleius lib. 11. Cicero: 'Fuit enim Sulpicius, vel maxime omnium, quos quidem ego audiverim, grandis; et, ut ita dicam, tragicus orator; vox, cum magna, tum suavis et splendida: gestus et motus corporis ita venustus, ut tamen ad forum non ad scenam institutus videretur: incitata et volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio.' Velleius: 'P. Sulpicius Tribunus plebis disertus, acer, opibus, gratia, amicitiiis, vigore ingenii et animi celeberrimus . . . quasi pigeret eum virtutum suarum, et ei bene consulta male cederent, subito pravus et præceps.'

L. Catilinæ, qui ob conjurationem et a Cicerone Consule Urbe pulsus est, et a Petreio C. Antonii legato oppressus, virtutes et vitia persecuti sunt, cum ipse Cicero in oratione pro M. Cælio, tum Sallustius initio belli Catilinarii.

Ciceronis verba sunt hæc: 'Habuit enim ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum: utebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum simulabat: erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam industriæ quidam stimuli ac laboris: flagrabant vitia libidinis apud illum: vigeabant etiam studia rei militaris: neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? quis turpioribus conjunctior? quis civis meliorum partium aliquando? quis tetrior hostis huic civitati?

quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? Illa vero in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare, quod habebat: servire temporibus suorum omnium, pecunia, gratia, labore, scelere etiam, si opus esset, et audacia: versare suam naturam, et regere ad tempus; atque huc et illuc torquere et flectere: cum tristibus severe, cum remissis jucunde; cum senibus graviter, cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinis luxuriose vivere.'

Hæc Sallustius: 'L. Catilina nobili genere natus fuit; magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere; ibique juventutem suam exercuit: corpus patiens inedia, algoris, vigiliæ, supra quam cuique credibile est; animus audax, subdolanus, varius: cujuslibet rei simulator et dissimulator; alieni appetens, sui profusus; ardens in cupiditatibus; satis eloquentiæ, sapientiæ parum; vastus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.'

C. Scribonius Curio, patre Consulari et triumphali genitus; Tribunus plebis; una cum M. Antonio ad Cæsarem in Galliam fugit: et paulo post in Africa victus a Juba, periit: extant nonnullæ, tum Ciceronis ad ipsum, tum ipsius ad Ciceronem Epistolæ Famil. lib. II. De ipso hæc pauca Velleius lib. II. 'C. Curio vir nobilis, eloquens, audax; suæ alienæque, et fortunæ, et pudicitæ prodigus: homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico; cujus animo, voluptatibus, vel libidinibus, neque opes ullæ neque cupiditates sufficere possent.'

M. Agrippæ et C. Mæcenati, om-

nia prope æqualia fuerunt; genus, ætas, apud Augustum Cæsarem gratia; item gloria; alia tamen alii: ille enim belli, hic pacis artibus clarior: Agrippa victoriis ac tropæis, Mæcenas singulari in literatos amore posteritati commendatus: utriusque ingenium his verbis expressit Velleius lib. II. 'M. Agrippa virtutis nobilissimæ, labore, vigilia, periculo invictus; parendique, sed uni, scientissimus; aliis sane imperandi cupidus; et per omnia extra dilationem positus, consultisque facta conjungens.'

'Tunc Urbis custodiis præpositus C. Mæcenas; equestri, sed splendido genere natus: vir, ubi res diligentiam exigeret, sane exsomnis, providens, atque agendi sciens; simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens: non minus Agrippa Cæsari carus, sed minus honoratus.'

L. Ælius Sejanus equestri genere ad summos honores a Tiberio proventus, post multa scelera, illius jussu ex illo fastigio dejicitur, et carnificis manu cum omni sua stirpe necatus est: de quo plane diversa tradunt Velleius et Tacitus; quod ille id temporis, quo Romæ Sejanus rerum potiebatur, hic vero aliquanto post ipsius mortem scripserit. Ita Velleius lib. II. 'Tiberius Cæsar Sejanum Ælium principe equestris ordinis patre natum. . . laboris ac fidei capacissimum, sufficiente etiam vigore animi, compage corporis, singularem principalium rerum adiutorem in omnia habuit; atque habet: virum severitatis latissimæ; hilaritatis prisæ; actu otiosis simillimum, nihil sibi vindicantem, eoque assequentem omnia; semper infra aliorum æstimationem se metientem; vultu vitæque tranquillum, animo exsommem.'

Sic vero Tacitus Annal. IV. I. 'Corpus illi laborum tolerans, animus au-

dax; sui obtegens, in alios criminatō: juxta adulatio et superbia: palam compositus pudor, intus summa adipiscendi libido; ejusque causa modo largitio et luxus; sæpius industria ac vigilantia; haud minus noxiæ quoties parando regno finguntur.'

Annibalem, Jugurtham, et Mithridatem, appellasse satis erit: quis enim tam rudis, ut tantos duces non noverit? Diversa illis fuere, genus, ætas, patria; sed æqualia prope in Romanos odium, animi magnitudo, scientia militaris; et post ingentes victorias, tum belli tum vitæ exitus: omnes enim victi; Annibal a Scipione, a Mario Jugurtha, a Pompeio Mithridates. Jugurtha Romæ captivus in carcere periit: alii mortem sibi consciverunt; Annibal veneno, ferro Mithridates: ille exul apud Prusiam, hic in Scythia profugus. Eorum virtutes referunt; Annibalis Livius, Decadis tertiæ lib. i. Jugurthæ Salustius in bello Jugurthino, Mithridatis Velleius lib. ii.

Annibal ex Livio: 'Missus in Hispaniam, primo statim adventu omnem exercitum in se convertit. Amilcarem viventem redditum sibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris lineamenta que intueri. Deinde brevi effecit, ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum et imperandum, habilis fuit. Itaque haud facile decerneres, utrum imperatori, an exercitui carior esset. Neque Asdrubal alium quenquam præficere malle, ubi quid fortiter et strenue agendum esset; neque milites alio duce plus confidere, aut andere. Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris ac frigo-

ris patientia par: cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus: vigiliarum somnique, nec die nec nocte, discriminata tempora. Id, quod gerendis rebus superasset, quieti datum: ea neque molli strato accersita. Multi sæpe militari sagulo opertum humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter æquales excellens, arma atque equi conspiciabantur. Equitum peditumque idem longe primus erat; princeps prælium inibat, ultimus conserto prælio excedebat. Has tantas viri virtutes, ingentia vitia æquabant; inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio.'

Jugurtha tum juvenis ex Sallustio: 'Qui ubi primum adolevit, polleus viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus, non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare, et cum omnes gloria anteiiret, omnibus tamen carus esse. Ad hoc pleraque tempora in venando agere; leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere; et minimum de se loqui.'

De Mithridate breviter Velleius: 'Mithridates Ponticus Rex, vir neque silendus neque dicendus sine cura; bello acerrimus, virtute eximius; aliquando fortuna, semper animo maximus; consiliis dux, miles manu, odio in Romanos Annibal.'

Clarum olim apud Græcos Alcibiadis et Epaminondæ nomen fuit. Ille Atheniensis, hic Thebanus; uterque rebus gestis inclytus: uterque patriæ et decus et columen: altèr tamen altero felicior: Alcibiades enim pulsus Athenis a Persis telis confossus est: Epaminondas vero post Leuctricam victoriam, Mantineæ iterum victor occubuit, et una cum ipso omnis The-

banorum virtus. Quænam fuerit utriusque indoles ex Cornelio Nepote accipe.

Alcibiades: 'In hoc natura quid efficere possit videtur experta: constat enim inter omnes nihil illo fuisse excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus. Nam in amplissima civitate summo genere natus, omnium ætatis suæ multo formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus mari et terra: disertus, ut in primis dicendo valeret. Et tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset resistere. Idem, cum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus, non minus in vita quam victu: affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens. Idem, simul ac se remiserat, nec causa suberat, quare animi laborem præferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur; ut omnes admirarentur in uno homine tantam inesse dissimilitudinem, tamque diversam naturam.'

Epaminondas: 'Erat modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manus, animo maximo: adeo veritatis diligens; ut, ne joco quidem mentiretur. Idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum: non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque commissa celans; quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere.'

Supersunt Philippus Macedo et Alexander Magnus; quorum ille amplificato Macedonum regno, hic everso Persarum imperio clarissimus. Justinus enumerat virtutes et vitia utriusque: Quintus Curtius Alexandri. Primum Justinus verba appingemus; deinde Quinti Curtii.

Hæc habet Justinus ix. 8. 'Fuit Rex (Philippus) armorum quam conviviorum apparatus studiosior: cui maximæ opes erant instrumenta bel-

lorum. Divitiarum, quæstus quam custodia solertior: itaque inter quotidianas rapinas semper inops erat. Misericordia in eo et perfidia pari jure dilectæ. Nulla apud eum turpis ratio vincendi. Blandus pariter et insidiosus alloquio; qui plura promitteret quam præstaret: in seria et jocos artifex. Amicitias utilitate non fide colebat. Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quærere solennis illi consuetudo. Inter hæc eloquentia et insignis oratio acuminis et solertiæ plena; ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum desset ornatus. Huic, Alexander filius successit, et virtute et vitiis patre major. Itaque vincendi ratio utrique diversa; hic aperte, ille artibus bella tractabat: deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis: prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat: vini uterque avidus, sed ebrietatis diversa vitia. Patri mos erat etiam de convivio in hostem procurrare, manum conserere, periculis se temere offerre: Alexander non in hostem, sed in suos sæviebat. Quamobrem Philippum sæpe vulneratum prælia remisere: hic amicorum interfector convivio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis nolebat, hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle; hic metui. Literarum cultus utrique similis. Solertiæ pater majoris; hic fidei. Verbis atque oratione Philippus; hic rebus moderatior. Parcendi victis filio animus et promptior, et honestior: frugalitati pater, luxuriæ filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater jecit; operis totius gloriam filius consummavit.'

Hæc Quintus Curtius lib. x. 'Juste æstimantibus Regem, liquet bona

naturæ ejus fuisse; vitia, vel fortunæ, vel ætatis. Vis incredibilis animi, laboris patientia propemodum nimia; fortitudo non inter Reges modo excellens, sed inter illos quoque, quorum hæc sola virtus fuit: liberalitas sæpe majora tribuentis, quam a Diis petuntur: clementia in devictos: tot regna aut reddita, quibus ea demserat bello, aut dono data: mortis, cujus metus ceteros exanimat, perpetua contentio: gloriæ laudisque ut justo major cupido, ita ut juveni et in tantis admittenda rebus. Jam pietas erga parentes: quorum Olympiada immortalitati consecrare decreverat: Philippum ultus erat. Jam in omnes fere amicos benignitas; er-

ga milites benevolentia; consilium par magnitudini animi; et quantam vix poterat ætas ejus capere solertia: modus immodicarum cupiditatum. Veneris intra naturale desiderium usus; nec ulla, nisi ex permissio voluptas: ingentes profecto dotes erant. Illa fortunæ: Diis æquare se, et cœlestes honores accersere; et talia suadentibus oraculis credere; et dedignantibus venerari ipsum vehementius, quam par esset irasci: in externum habitum mutare corporis cultum, imitari devictarum gentium mores; quas ante victoriam spreverat. Nam iracundiam et cupidinem vini, sicuti juvena irritaverat, ita senectus mitigare potuisset.

DE POPULI ROMANI DIVISIONIBUS.

VARIAS variis temporibus institutas populi Romani divisiones ab auctoribus memoriæ proditum est: de quinque, quæ ad id, quo de agimus, maxime pertinent, nunc dicemus: de aliis alias. Prima fuit in Tribus; altera in Curias; tertia in Classes; quarta in Centurias; quinta in Sena-

tores, Equites, et Plebem: quæ licet temporum ordine tertia, ultimum tamen in locum a nobis de industria rejecta est. De singulis quærendum breviter; a quo, quando, qua ratione facta sit, quidque fuerit in his deinceps immutatum.

DE TRIBUBUS ET CURIIS.

1. UBI Romulus ab exigua convenarum manu Rex salutatus Imperii assumpsit insignia, populum omnem in tres Tribus, Tribus singulas in Curias decem, Curiasque in decem Decurias tribuit: singulis singulos præfecit duces; Tribubus Tribunos, Curias Curiones, Decurias Decuriis. II. Quæ fuerint Tribuum nomina, inter omnes convenit; quæ Curiarum, non item: prima enim Tribus Ramnensium, a Romulo; altera Tatiensium, a Tatio Sabinorum Rege; ter-

tia Lucerum, a Lucumone Etrusco, vel a Lucerio Adreate, vel, quod verius putem, a Luco Asyli nuncupata est. De Curiarum nominibus, cum et pleraque perierint, et alia ab aliis prodantur, affirmare nihil ausim, nisi quod ea nomina vel ab uxoribus Sabinis, ut auctor est Livius; vel a locis in quibus habitabant, ut voluit Plutarchus et Dio; vel, ut placet Varroni et Dionysio, ab iis, qui ipsis præerant ducibus petita sint. III. In prima Tribu pastores Albani fuerunt,

qui una cum Romulo urbem condiderant; in secunda Sabini; in tertia Etrusci, Ardeates, Latini, et perfugæ omnes, qui ad asylum confugerant.

IV. Crescente civium multitudine, crevit etiam tribuum numerus: Tarquinius Priscus tres addidisse fertur, quas ex veterum nominibus Secundos Ramnenses, Tatienses, et Luceres appellari voluit: Servius vero Tullius, ut urbem agrumque Romanum in partes novemdecim, ita populum omnem in totidem tribus descripsit; quatuor Urbanas, quæ urbem; Rusticas quindecim, quæ agros incolebant: hæc enim verior est sententia, si Sigonio credimus, quamvis aliter olim Catoni et Dionysio visum est. Tribus singulis, vel a locis, vel a collibus, quos incolebant, nomen inditum. Rusticæ tamen aliquanto post nobilium sibi familiarum nomina adsciverunt. Aliæ deinceps tribus a Censoribus additæ, earumque numerus crevit ad 35. quæ ad extrema usque Reipublicæ tempora mansisse perhibentur. V. Tribus Urbanis iidem semper termini fuerunt, qui urbi; Rusticis vero non iidem qui agris: nascente enim et florente Re-

publica earum tribuum longe dispar fuit seu fortuna, seu gloria. Urbanæ quidem initio primas tulerunt, iisque maximus habitus honos; at ubi Q. Fabius forensem turbam, qua Ap. Claudius forum campumque corruerat, in quatuor tribus Urbanas anno Urbis 449. conjecit: tum tribus Urbanis ascribi, probro; inter Rusticas censi laudi datum est: nec enim deinceps tribus aut urbis aut agri, sed civitatis partes habitæ sunt.

VI. Ut Tribuum, ita Curiarum, sicut diximus, auctor Romulus extitit: urbe enim in triginta partes divisa, singula singulis Curii attribuit. Curiam inter et Tribum cum multa fuerunt discrimina, tum hæc tria maxime: unum, quod Tribuum sæpe creverit numerus; Curiarum non item: alterum, quod tribus tum ad urbem tum ad agros; Curia vero ad urbem tantum pertinerent. Tertium denique, quod Tribus communia sacra haberent, Curia vero sibi propria, quibus aliæ ab aliis discernentur. Unde lege cautum fuit, ut qui in Curia describi vellet, is et maneret in urbe, et sacra illius Curia suis relictis susciperet.

DE CLASSIBUS ET CENTURIIS.

I. Ut belli pacisque munia non viritum, sicut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent jussit Servius Tullius anno Urbis 186. dum censum instituit, et populum omnem in sex Classes, Classesque singulas in multas Centurias distribuit. Qui centum millium æris, aut majorem censum haberent, in prima Classe descripti sunt; qui septuaginta millium, in secunda; qui quinquaginta millium, in tertia; qui quinque et viginti millium, in quarta; qui undecim millium, in quinta; hoc minorem censum sextæ Classis esse voluit: hic

quidem Classium numerus fuit, at Centuriarum multo major et longe dispar ratio.

II. In singulis quidem classibus multæ Centuriæ constitutæ fuerunt, sed pro numero civium, vel plures, vel pauciores: in prima 80. Centuriæ, in secunda 20. totidem tum in tertia tum in quarta; in quinta vero 30. Sexta vero, quæ tenuiorum fuit, habuit reliquam multitudinem. Deinde quatuor Centuriæ additæ, tum opificum tum tibicinum, quæ inermes castra sequerentur: arma enim omnibus imperata, alia tamen

aliis. In Classibus singulis Centuriarum pars una seniorum fuit, altera juvenum, ut illi ad urbis custodiam præsto essent, hi vero foris bella gererent. III. Ita pedestri exercitu ornato octodecim Centurias Equitum legit ex primoribus civitatis: denique singulis honos additus; jus enim suffragii in comitiis Centuriatis datus omnibus, non promiscue tamen, ut antea, sed ut vis omnis penes prin-

cipes civitatis esset. Equites primum vocati, tum primæ Classis Centuriæ; deinde si dissentirent, secunda Classis; aliæ vel raro, vel nunquam; nemo enim nescit in comitiis omnibus, sive Tributis, sive Curiatis, sive Centuriatis, eam legem fuisse, ut quod plures, sive Tribus, sive Curia, sive Centuria, jussissent, id ratum haberetur.

DE SENATORIBUS, EQUITIBUS, ET PLEBE.

POSTQUAM Romulus populum duas in partes distribuit, unam divitum, qui Patricii, alteram tenuiorum, qui Plebei dicerentur; e Patriciis centum senes, ex nobilibus familiis trecentos juvenes selegit, ut illis ad Reipublicæ administrationem, his vero ad corporis custodiam uteretur. Senes et Patres et Senatores, seu ob ætatem, seu ob auctoritatem; ju-

venes vero Celeres, vel a celeritate, vel ab eorum duce, cui Celer nomen erat, appellari voluit. Hæc prima fuit, tum Senatorum, tum Equitum, tum Plebis origo; cum vero fuerit alia aliis temporibus eorum Ordinum ratio, de his quærendum breviter, quis eorum numerus, quæ dignitas, quæ munia.

SENATORES.

I. DUCENTI Senatores a Romulo lecti perhibentur, centum anno Urbis 2. totidem anno 5. imo cum Sabinis fœdere. Centum etiam aliquanto post anno 138. a Tarquinio Prisco additi: qui trecentorum Senatorum numerus ad Syllæ usque Dictatoris tempora permansit: multi quidem exactis Regibus a L. Bruto, in Senatum allecti; at ii non auxerunt numerum, sed cædibus a Tarquinio Superbo imminutum supplerunt. Lex vero C. Gracchi, qua trecentos Equites in Senatum ascribi jusserat; paulo post Philippo Consule referente, cum a Senatoribus, tum a populo etiam antiquata fuit. At Sylla Dictator, et ipsius et Marii crudelitate exhaustum hunc Ordinem trecentis Equitum principibus anno 672. explevit: auctus deinde ad

nongentos anno 708. numerus a C. Cæsare Dictatore; paulo post ad mille a Triumviris anno 711. donec ab Augusto, ubi ille rerum potitus est, ad pristinum et modum et splendorem anno 724. revocatus est. II. Senatores legere primo Regum fuit, post Consulum, tum Censorum. In iis vero legendis habita ratio est census, ætatis, Magistratus, generis, ordinis. Census fuit sestertium 800. millia florente Republica; ætas 22. annorum; Magistratus, saltem Quæstura; genus Patricium ad annum 303. quo penes Decemviros summa rerum erat: deinde etiam Plebeium, Ordo Equester; e plebe enim per raro legebantur. III. E Senatoribus qui Patricii, sive majorum sive minorum gentium fuerint, quique Patres

Conscripti, supra diximus in Familiis Romanorum : qui vero Pedarii dicti sint, triplex est sententia ; una Festi, altera C. Bassi apud Gellium, tertia Varronis apud eundem. Pedarius Senator is est, inquit Festus, qui transendo ad eum, cujus sententiam probet, quid sentiat, indicet ; vel, si C. Basso credimus, is, qui cum Magistratum Curulem nullum gesserit, in Curiam pedes eat ; vel is, ut placet Varroni, qui necdum a Censoribus in Senatum ascriptus, jus tamen habeat

sententiæ, sententiam tamen non rogatus, in eas, quas principes dixerint, discesserit. iv. Qui peracto censu a Censore primo loco appellabatur, is Princeps Senatus fuit, qui ut plurimum et Consularis et Censorius erat ; et hunc honorem, quoad viveret, apud alios etiam Censores retinuit. v. Penes Senatum adeo totius Reipublicæ summa innixa est, ut ne Reges quidem, Consules, aut Dictatores inconsulto Senatu quippiam molirentur.

EQUITES.

EQUESTER Ordo cum opibus, tum honore a Senatu proximus fuit : ad quem nihil pertinuerunt Equites ii, qui aut equis stipendia meruerunt, aut a Romulo lecti Celeres vulgo dicebantur ; sed ii tantum, quibus a Censoribus et equus publicus, et annulus aureus datus esset : iis census

equestris esse debuit, qui sestertium quadringentorum millium erat. Insigne fuit tum annulus aureus, quo a plebe, tum angustus clavus, quo a Senatoribus discernentur. Unum hic addere libet, Senatorum filios, qui nondum in Senatum lecti essent, fuisse inter Equites cooptatos.

PLEBS.

TERTIUS Ordo popularis fuit, in quo omnes ii, qui neque Senatores essent, neque Equites, sive Patricii stemmatis, sive plebei ; multo enim latius patuit Patriciorum numerus, quam Senatorum. Unde Patricii, si census Senatorium haberent, Senatores erant ; si Equestrem tantum, Equi-

tes ; si neutrum, Plebei. Singulis vero Ordinibus, si quis quid gravius deliquisset, aut consumsisset patrimonium, statutum fuit pœnæ genus ; Senatori, Senatum dimoveri ; Equiti, tum equo publico, tum annulo aureo privari ; homini vero plebeio, ærarium fieri.

DE MAGISTRATIBUS ROMANORUM.

Nec iidem semper, nec eodem numero apud Romanos Magistratus fuerunt ; sed alii alio tempore, et pro numero tum civium tum Provinciarum, vel pauciores, vel plures : cum enim res angusta domi, erant præter Reges aut Consules admodum pauci : cum civibus, agris, Provinciis aucta,

domi, foris, militiæ plurimi, quorum alii statis et locis et temporibus ex more legebantur ; alii præter morem et ordinem, prout tempus resque poscebat. Non omnes hic explicamus dignitates, sed præcipuas tantum, ‘ Consulatum,’ ‘ Præturam,’ ‘ Censuram,’ ‘ Ædilitatem,’ ‘ Tribuna-

tum,' 'Quæsturam,' 'Proconsulatum,' et 'Dictaturam:' de quibus si quis plura avet scire, præter veteres legat Sigonium, Grucchium, Pighium, et

Rosinum: nam Pomponius Lætus et Fencstella, sive potius Dominicus Floccus, ea brevius quam par esset perstrinxerunt.

CONSUL.

I. EXACTIS Regibus anno Urbis 244. Magistratus, auctore Junio Bruto, creari placuit, qui et bini essent, et annui, ut et alter alterum, et imperii brevitatis utrumque in officio retineret. Hi, quod civibus præessent, primum Prætores; deinde a judicando, Judices; denique a consulendo, Consules dicti sunt. II. Quibus omnia fere Regum tum jura tum insignia concessa; prætexta, sella curulis eburnea, fasces securibus armati, initio 24. paulo post consilio Poplicolæ 12. qui non erant penes utrumque Consulem, sed alternis mensibus penes alterum; nam primo mense præferri solebant Consuli, aut qui natu major, ex lege Valeria, aut cui plures essent liberi, ex Julia. III. Consul hanc munia fuere: sacra facere, jus secundum leges dicere, habere comitia, Senatam cogere, rogare sententias, Senatusconsulta et Plebiscita exequi, habere delectus, populi jussu bella gerere, administrare Provincias, socios tueri; et, quod ipsis singulare fuit, suo tum nomine tum Magistratu annorum signare numerum: hoc uno inferiorum Regibus, quod in caput civis Romani injussu populi animadvertere vetitum, et cuius liceret ab eis ad populum provocare. IV. Legibus cautum erat, ne quis Consul crearetur, nisi et præsens esset, et 43. annos natus, et Patricii generis: sed earum legum aliæ alia de causa interdum neglectæ fuerunt, aliæ infirmatæ: nam ante ætatem legitimam Consulatus honos et virtutis ergo M. Valerio Corvino, duobus Africanis Majori et Minori; huic etiam absenti, Pompeioque Magno

delatus est; et per vim, tum a C. Mario juniore tum ab Octavio Cæsare usurpatus. Per annos quidem 142. nullus nisi Patricius Consul fuisse perhibetur; sed tandem populi querelis a Patribus datum est anno Urbis 387. ut Consul alter, et aliquanto post, ut uterque etiam e plebe legeretur, quod deinceps factitatum. V. Ab anno Urbis 244. quo ejecti Tarquinii ad annum 302. summa rerum penes Consules fuit; deinde per triennium plus minus penes Decemviros legum ferendarum; post iterum penes Consules ad annum 316. tum enim pro populi libidine modo Consules, modo Tribuni militares creati sunt ad annum 387. deinde summa potestas, si L. Syllæ tum brevem tum injustam dominationem demas, per annos prope quadringentos in Consulibus fuit ad annum 706. cum C. Cæsar, paulo post Triumviri, denique Imperatores rerum potiti sunt. VI. Sub his tamen ex more creati Consules, sed quorum nec eadem quæ prius auctoritas, nec idem numerus: potestas enim vel parva vel nulla: numerus pro arbitrio Principis, modo minor, modo major: nec enim bini erant, ut antea, nec annui, sed sæpe trimestres; interdum menstrui, nonnunquam diurni: et sub Commodo Consules 25. uno anno fuisse a Lampridio memoriæ proditum est. VII. Unde hæc dignitas sensim vilescere cœpit, donec anno Christi 541. Urbis vero 1292. quo Basilius junior sine Collega Consul ponitur; sub Justiniano Consul nomina in fastis notari desita sunt, licet nonnulli etiam postea Consules memorentur. Hujus

rei invidia penes Justinianum Imperatorem fuit, et legum conditorem Tribonianum; quorum ille præpostera gloriæ cupidine Imperatorum et annis et nomine tempora signari jussit:

hic vero, ut tum fama fuit, honorem illum, quem, quod paganus esset, assequi non poterat, aliis invidisse perhibetur.

CENSOR.

I. CENSU, uti diximus, anno Urbis 186. instituto, Regum fuit, tum Consul, illum quinto quoque anno peragere. Cum tamen aliquanto post ob varia, quæ alia ex aliis oriebantur bella, id præstare Consulibus non liceret, anno 310. duo Censores creati sunt; quæ dignitas a parvis profecta initiis, tantum cepit incrementum, ut morum disciplinæque Romanæ regimen, Senatus Equitumque centuriæ, decoris dedecorisque discrimen in ipsius ditione essent. II. Primis quidem temporibus mos fuit, ut Censor legéretur nemo, nisi qui et gesto Consulatu et Patricio stemmate clarus esset: postea tamen et nonnulli Censuram ante Consulatum adepti sunt, et populus pervicit anno 402. ut semper Censorum alter e plebe; anno vero 622. ut uterque interdum crearetur. Mortuo e Censoribus altero, alterum suffici religio fuit; sed alterum abdicare se, ut duo de integro legerentur institutum est: et uni hanc dignitatem bis deferri

post Marcum Censorinum, nefas. III. Quinquennalis primum Censura fuit; paulo post Æmilii Mamercini Dictatoris lege anno 319. annua et semestris facta, a C. Cæsare anno 707. sublata, vetusque tum census agendi, tum lustrum condendi ratio ab Augusto anno 731. revocata; terque ipse, sive Censor, sive Magister morum censum egisse, bisque lustrum condidisse fertur. IV. Censorum fuit civium omnium sobolem, familiam, facultates describere, urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tueri, populum in tribus partiri, in omnium mores inquirere; legere tum Senatus tum Equestris Ordinis principem, cives improbos notare ignominia: si quis enim quid in se gravius criminis admisisset, pro delicti vel levitate vel gravitate varium fuit pœnæ genus; si Senator quid deliquisset, Senatu moveri; si Eques, Equestri Ordine: interdum etiam tribu, nonnunquam ærarium fieri, et in Cæritum tabulas referri.

PRÆTOR.

I. VARIIS districti bellis ab urbe sæpius cum abessent Consules, nec esset qui in civitate jus redderet, Prætor unus anno Urbis 387. creatus est; ob peregrinorum multitudinem anno Urbis 510. alter additus: ille, quod civibus jus diceret, Urbanus vulgo dictus est; hic, quod peregrinis, Peregrinus. Eadem fere utrique quæ Consulibus insignia: sella curulis, trabea, prætexta, duo lictores, tribunal; præterea hasta et gla-

dius. II. Urbani longe major in urbe et dignitas fuit et auctoritas; illius enim erat viduas pupillosque defendere, ludos solennes et sacra quædam facere, Senatum absentibus Consulibus cogere, rogare sententias, comitia habere, interdum etiam ducere exercitum. Peregrini vero fuit de peregrinorum causis cognoscere, modo exercitui, modo classi præesse; et ad hunc honorem primum Patriciis tantum, deinde Plebeiis etiam

anno 417. aditus patuit. III. Quamdiu iisdem, quibus Italia, finibus clausum est Romanorum Imperium, tamdiu hic mansit Prætorum numerus: at ubi victi Carthaginenses Romanis cesserunt, et in bello Punico primo Siciliam et Sardiniam, et in secundo vero utramque Hispaniam, citeriorem et ulteriorem; tum quatuor adjuncti Prætores, duo anno 526. qui Siciliam et Sardiniam; anno vero 556. totidem, qui Hispanias regerent. IV. Mutatis haud multo post civium moribus, hæc mutata ratio est: deleta enim Carthagine, deleta Numantia, Philippo, Antiocho, Perseo devictis, simul cum opibus libido, luxus, ambitio, avaritia crevere: unde admissa tum in urbe tum in provinciis multa et a privatis et a Magistratibus scelera; homicidia, veneficia, rapinæ, &c. quare quæstiones publicæ, quæ prius vel Consulibus, vel lectis Senatoribus extra ordinem, prout res poscebat, committi solebant, perpetuæ factæ sunt, de Repetundis, de Ambitu, de Majestate, de Peculatu, Parricidio, Incestu, &c. eæque anno 609. demandatæ Prætoribus: ita ut

penes illos omnia essent iudicia; penes Urbanum et Peregrinum privata, penes alios publica. Quo munere ut fungerentur, lege sancitum est, ut Prætores omnes annum Magistratum in urbe transigerent, tum inter se Provincias sortirentur, quas cum imperio vel Proconsulari vel Proprætorio administrarent. V. In Provinciis ad Prætores pertinuit, jus secundum leges dicere, tutari socios, perduelles reprimere, ducere exercitum, bellum, si opus foret, gerere, exigere vectigalia; castra, vias, et opera publica munire. VII. A L. Sylla Dictatore anno Urbis 673. duo adjecti Prætores, quorum alter de sicariis, alter de falso cognosceret. Totidem a C. Cæsare anno 707. additi, qui quod frumento præessent, Cereales vulgo nuncupati; tum anno 708. quatuor, denique anno 709. duo. Cæso tamen paulo post Cæsare, Prætores tantum octo, uti prius, creati, donec Augustus sub finem bellorum civilium anno 725. quatuor, et aliquanto post Claudius duo adjecit; ita ut singulis annis deinceps Prætores 14. legerentur.

ÆDILIS.

I. ÆDILES Romæ sex omnino fuisse perhibentur, duo Plebis, Curules duo, totidem Cereales: alia aliis origo, dignitas, munera. Ædiles Plebis a populo ubi e monte sacro in urbem rediit, eodem anno quo Tribuni plebis 269. consensu Patrum instituti sunt; Curules vero anno 387. creati a Patribus, quod Ædiles Plebis ludos, quos Senatus voverat, acturos se negarent. Cereales a C. Cæsare anno 709. II. Ædiles Plebis Plebei semper generis fuere; Cereales Patricii, Curules utriusque. Curules ceteris dignitate præstabant: ipsis enim præmia ob laborem data, antiquior in Senatu sententiæ dicendæ locus,

toga prætexta, sella curulis, jus imaginum, quæ aliis negata. III. Ædilium plebis officia fuerunt Tribunis inservire, matronas insimulare probri, fœneratores coercere, inhibere popinas; ut aquæductus, cloacæ, ædificia, sive privata sive publica, munda essent et integra, curare; providere ne annonæ penuria urbs laboraret; Senatusconsulta et Plebiscita custodire. Curulium vero fuit ludos sacros et soleennes instituire; templa, basilicas, theatra, porticus, stadia, fora, curias, mœnia et reficere et exornare. Ad Cereales pertinuit frumento publico præesse, præterea nihil.

TRIBUNUS PLEBIS.

I. TRIBUNIS Plebis creandis causam dedit secessio Plebis a Patribus anno post Urbem conditam 259. Plebs enim nexu gravata et delusa sæpius in montem, qui inde Sacer dictus est, trans Anienem discessit. Missus ad eam placandam Menenius Agrippa, vir populo ac Patribus iuxta carus: cujus oratione delinita plebs in urbem rediit, ea tamen lege, ut Plebeios haberet Magistratus; qui ideo Tribuni dicti sunt, quod e Tribunis militum lecti essent, teste Varone; vel quod populus tres in partes tum divisus esset, ut auctor est Pomponius; vel potius a tribuum suffragio, ut voluit alii. II. Duos ergo Tribunos anno Urbis 260. plebs habere cœpit, ut verior est sententia, aliter enim placet Dionysio: tres aliquanto post anno 284. lege Publilia additi; et præterea quinque anno 296. modo, ne quis reficeretur eorum qui anno proximo eundem Magistratum gessissent. Decem hi Tribuni pestis Reipublicæ fuere, et inde manavit omne civile nefas. III. Omnis fere auctoritas a Sylla Dictatore anno 672. Tribunis ademta; sed paulo post partim a M. Cotta anno 679. partim a Cn. Pompeio anno 683. eis restituta: donec anno 730. consensu Patrum in Augustum Cæsarem, deinde in alios Imperatores translata est. Nomen tamen et umbra illius Magistratus penes plebem mansisse di-

citur ad Constantini Magni imperium. IV. Hæc plane singularia Tribunis concessa sunt: eos, cum religione, tum lege sacrosanctos esse; ut qui eis noctuisset, ejus caput Jovi sacrum esset: ab urbe diem integrum, nisi Latinis feriis, abesse, nefas; eorum domum interdum noctuque patere omnibus, quippe qui publicæ libertatis custodes essent; vel unius intercessionem aliorum decreta esse irrita; eorum potestatem extra urbem nullam, in urbe maximam: repudiare Senatus decreta, quæ Plebi fraudi esse possent, et solos e Magistratibus non parere Consuli. Tribunalum vel e Patriciis, vel e Senatoribus legi, aut in Curiam venire, diu vetitum; sed postea et Patriciis, si a Plebeis adoptati essent, Tribunatus, et Tribunis Atinia lege Curia patuit. V. Hæc Tribunatus et jura fuerunt et onera; sed longe plura deinceps, jure an injuria, a Tribunis usurpata: Senatus edicta, leges, consulta, acta Magistratum ab iis sæpe rescissa, promulgatæ novæ leges, comitia tum Plebis tum Senatus pro arbitrio et coacta et soluta; tributorum collationes, militumque delectus prohibiti, ducti etiam interdum eorum jussu in carcerem Consules; agri denique, vectigalia, pecuniæ publicæ, Magistratus, Provinciæ civibus seu probis sive improbis pro libidine et datæ et ereptæ.

QUÆSTOR.

I. TRIA Quæstorum apud Romanos genera fuerunt: alii enim Capitales, alii Urbani, seu Ærarii, alii Provinciales. Omnia Capitalibus et aliis erant præter nomen plane diversa; Ærariis et Provincialibus omnia, præter insignia, plane eadem. II. Capitales vel a Romulo, vel a Numa, vel certe a Tullo, a quo enim obscurum

est, instituti sunt. Eorum fuit in maleficia, parricidia, perduellionem, et alia crimina inquirere, donec anno 465. id muneris Triumviris Capitalibus demandatum; et quæstiones publicæ anno 609. uti diximus, constitutæ sunt. Sunt etiam qui eos sub Regibus pecuniæ publicæ et colligendæ et servandæ præfuisse velint. III.

Quæstorum, tum Ærariorum tum Militarium numerus alius alio tempore pro vectigalium ratione, vel minor vel major fuit. Primum quidem anno 244. duo creati a P. Poplicola; tum anno 333. duo additi, qui Consules apud exercitum sequerentur. Ubi vero perdomita Italia est, adjecti quatuor anno 488. qui quatuor Italiæ Provincias una cum Prætoribus regerent: deinde a Sylla auctus ad 20. eorum numerus anno 672. Sub Imperatoribus vero diversus fuit pro Provinciarum numero. iv. Ad Quæsturam, qui primus ad alios honores gradus erat, mos obtinuit, ut legere-tur nemo, nisi qui et 28. annos natus esset, et decem annos stipendia fecisset, et Patricia esset familia genitus: admissi tamen anno 333. Plebeii. v. Quæstoribus Urbanis nullum imperium fuit; non vocatio, non prehensio, nec sella curulis, nec lictores. Militaribus vero et scribæ erant et lictores, et juris dicendi potestas. Illorum munus, ærario Saturni præesse, curare vectigalia, in tabulas, tum accepti tum expensi rationem referre; signa militaria ex ærario depromere, vendere prædam captam ex hostibus;

civium, qui in præliis ceciderant, numerum inire; exterarum gentium legatos excipere hospitio, eisque munera Reipublicæ exhibere. Militarium vero fuit, legatis, cohorti Prætoris, et exercitui suppeditare et annonam et stipendia, privatam militum pecuniam apud signa depositam custodire, manubias recipere, &c. Ad Quæstores denique, qui Provinciis Italiæ præerant, pertinuit vectigalia, tributa, portoria, pecuniam, et frumentum colligere, in rationum tabulas referre; pro majestate populi Romani rem gerere, subigere hostes, et socios tueri. vi. Si quis vero avet scire quænam fuerint illæ quatuor in Italia Quæstoriae Provinciæ: hæc fuerunt, ut conjicit Pighius in Annalibus Romanis ad annum Urbis 488. prima Ostiensis, in qua Latini, Sabini, Marsi, Etrusci, et alii circa Romam populi; altera Calena, in qua Campania, Samnium et Lucania, &c. tertia Ariminensis, seu Gallica, in qua Umbria et Gallia ad Rubiconem usque Picenum; et quarta Lucerina, sive Apulia Calabria, in qua Apuli, Hirpini, Salentini, &c. ad sinum usque Tarentinum.

PROCONSUL ET PROPRÆTOR.

Cum par prope fuerit Proprætoris ac Proconsulis dignitas, eademque fuerint utrique et insignia et munera, hic de utroque brevitatis causa agemus. i. Inter Scriptores non convenit 'Proconsul,' an 'Pro Consule;' 'Proprætor,' an 'Pro Prætoris' legendum sit. 'Proprætor' et 'Proconsul,' ut pronepos, pronepotis, Aldo Manucio probatur; Pighius vero cum Cicerone, tum fastis Capitolinis auctoribus 'Pro Consule' et 'Pro Prætoris' legendum putat: ego utro quis modo legerit, peccatum non crediderim. ii. Alia florente ac eversa Republica Proconsulum ratio fuit: antequam enim Cæsares rerum potirentur, Proconsules erant ii, qui vel

e Consulatu, vel prorogato imperio, vel e privatis extra ordinem in Provincias, ut iis præessent, mitti solebant: iis erant legati, Tribuni militum, Centuriones, Præfecti, Scribæ, lictores duodecim, Aruspices, Medici et Contubernales, quæ cohors Prætoris vulgo dicebatur: his omnibus stipendia, vestes, vasa, vehicula, tabernacula, et alia id genus dari impensa publica mos erat. iii. Proconsules semper cum potestate fuerunt, sæpe cum imperio; semper sine Magistratu et auspiciis: unde honos triumphii, dum vigerent leges, Proconsulibus, ut Africano Majori, re etiam bene gesta, negatus est; postea tamen nonnullis, ut Pompeio

Magno concessus : primis enim temporibus solenne fuit, eorum qui sine Magistratu et auspiciis vicissent, triumphare neminem. iv. Non erit, opinor, alienum, quid potestatem inter et imperium, Magistratum et Proconsulatum interfuerit, admonere paucis. Potestas ad jus dicendum, ad exigenda vectigalia, ad ordinandam sive urbem, sive Provinciam; imperium vero ad socios tutandos armis, pellendos hostes, bellumque gerendum pertinuit. Magistratus alii majores, alii minores: majores, Dictator, Consul, Censor, Prætor; minores, Quæstor Urbanus, Tribunus Plebis, Ædiles, tum Plebis, tum Culinis, tum Cerealis. Sua singulis auspicia fuere, sed alia aliis, majoribus majora, minoribus minoribus: omnibus item semper data potestas; imperium non item, sed Dictatori tantum, Consuli et Prætori; iisque nec semper, nec iisdem quibus Magistratus comitiis, sed et cum res posceret; et comitiis sæpe curiatis, interdum Tributis, nonnunquam etiam Senatusconsulto. v. Quænam vero Consulares Provinciæ fuerint, paucis accipe. Lege C. Gracchi sancitum erat, ut antequam novi, sive Consules, sive Prætores designarentur, alter Consul ad Senatuum referret, quæ Provinciæ Consulares essent, quæ Prætoricæ: quod ubi constitutum, mos fuit, ut designati tum Consules tum Prætores eas vel sortirentur, vel inter se compararent; tum si bellum gerendum, imperium; si minus, sola potestas dabatur: deinde quæ latitudo Provinciæ, quot legiones, quod stipendium

militibus, quis comitatus, et alia id genus, vel pro gravitate belli gerendi, vel pro dignitate, sive Proconsulis sive Proprætoris, modo majora modo minora decernebantur: eadem enim Proprætoris ac Proconsulis ornamenta; tamen Proconsulis comitatus nobilior, robustior exercitus, Provincia clarior, bellum gravius, lictores duodecim, sex tantum Proprætori. vi. Augustus Cæsar devictis Antonii partibus orbem Romanum duas in partes anno 726. tribuit; quarum alteram Senatui populoque regendam permisit, alteram sibi retinuit: quo vero penes ipsum legiones essent et totius Imperii robur, provincias, quæ paterent hosti, sibi; quæ vero procul essent a bellico tumultu, Senatui attribuit: qui Provinciis præerant Senatus nomine Proconsules, qui suo, et Proprætores et Præfectos appellari voluit; sed illis gladium, habitum militare, jusque milites capite plectendi ademit; his hæc omnia concessit. Exinde quæ Provinciæ patebant Senatui Consulares fuere, quæ Cæsari Prætoricæ. vii. Quarum laterculum hic apponere libuit, quo facilius quis intelligat quam late id temporis patuerit Romanum imperium: Italia, Africa, Numidia, Asia, Epirus, Macedonia, Græcia, Sicilia, Creta, Cyrene, Bithynia, Pontus, Sardinia, Hispania Bætica, Senatui permissæ; Cæsaris vero Præfectis suberant Galliæ Narbonensis, Lugdunensis, Aquitanica, et Celtica, Hispania Tarraconensis, Lusitania, Cælesyria, Phœnice, Cilicia, Cyprus, Ægyptus.

DICTATOR.

ANNO post Reges exactos nono, post Urbem conditam 252. cum omne Latinum nomen auctore Mamilio Tarquinii genero in Romanos conjurasset, plebsque ære alieno oppressa detrectaret militiam, nihil e re publica

magis fore Patribus visum est, quam si Magistratus crearetur, penes quem summa belli pacisque potestas esset: qui, quod populo præesset Magister populi, quod a Consule diceretur, Dictator vulgo nuncupatus est. II.

Huic delata sunt omnia Regum tum insignia, tum jura; purpura, sella curulis, equi phalerati, lictores cum securibus 24. summumque imperium domi forisque in militum, civium, Magistratum fortunas et vitam. Nulla tum Consuli, nulla Prætori, nulla aliis, si Tribunos plebis excipias, Magistratibus auctoritas fuit: nec ab eo ulla provocatio fuit ad annum 304. quo lege Duilia cautum est, ne ullus deinceps Magistratus sine provocatione ad populum crearetur. III. Alia legendi Dictatoris, ac ceterorum Magistratum causa fuit et ratio: nec enim annis singulis, uti Consules, sed tum, cum periculum ingens vel ab hostibus, vel a civibus, vel a Diis Reipublicæ imminere putaretur: nullus enim Dictator dictus est, nisi rei gerundæ causa, sedandæ seditionis, comitiorum ha-

bendorum, legendi Senatus, aut religionis ergo; si vel clavus figendus esset, vel ob prodigia, aut ludi Romani, aut feriæ Latinæ instaurandæ. Jubente Senatu Consulum alter penes quem tum fascēs erant, de media nocte captatis auspiciis ex Consulibus quem vellet jubebat Dictatorem. IV. Hæc dignitas Romanæ rei sæpe salutis fuit: quamvis enim Regiæ prope par esset, nec invisā tamen erat populo, nec perpetua, sed semestris tantum, perraro in annum prorogata: nec enim L. Syllæ, nec C. Cæsari sponte delata fuit, sed ab iis oppressa libertate contra jus fasque et usurpata et retenta diutius: vetitum etiam ne extra Italiam cum imperio esset, ne veheretur equo, donec Q. Fabio Dictatori, ut equo uti liceret, a Senatu honoris causa concessum est.

DE ROMANORUM SACERDOTIIS.

SACERDOTUM apud Romanos infinita prope fuit et multitudo et varietas, quorum plane diversa erant tum nomina tum munera: nomina, vel a Diis, quibus inserviebant, vel a rebus, quas curabant ut plurimum petita: munera jam inde a primis urbis temporibus singula singulis præscripta; sed aut pro Numæ arbitrio, aut pro varia, sive Deorum, sive sacrorum indole alia aliis. Erant enim qui Deorum omnium, erant qui singulorum sacris præessent: Deorum omnium curabant sacra Pontifices, singulorum alii omnes; Luperci Panis, Potitii Herculis, Sodales Titii Sabinorum Deorum, Salii Martis, Vestales Vestæ; Flaminum vero

alii Jovis, alii Martis, alii Quirini. Erant præterea Augures, qui auspiciorum; Aruspices, qui extorum; Fetiales, qui belli et pacis disciplinam tenerent; Epulones, qui ludorum epulare sacrificium; Duumviri Sibyllini, qui librorum Sibyllinorum sacra; Rex sacrificulus, qui regia sacra adornaret. Erant denique Fratres Arvales et Curiones, quorum illi pro agrorum frugibus, isti pro Curiis sacrificarent. Non est animus Sacerdotum omnium singula munera hic persequi, sed eorum tantum de quibus et meminit Valerius, et nos, in notis, ne longiores essent, nihil diximus.

PONTIFICES.

I. PONTIFICES, quibus, ut volebat Q. Mutius, a posse et facere; vel, ut Varroni placuit et Dionysio, a Ponte

et facere nomen inditum est, primum a Numa Pompilio quatuor e Patriciis creati sunt; deinde ab

Ogulniis Tribunis anno 454. quatuor e plebe additi, tum a L. Sylla Dictatore anno 671. septem. Unde duplex ordo Pontificum deinceps fuisse dicitur; alter veterum, qui Majores, alter recentiorum, qui Minores fuerunt vulgo nuncupati. II. Cooptare Pontificem a Numæ temporibus ad annum usque 649. penes Pontificum collegium fuit; deinde lege Domitia penes populum: quam haud multo post a L. Sylla anno 671. abrogatam restituit Ti. Labienus Tribunus Plebis anno 690. donec sub Imperatoribus nec Collegii nec populi, sed unius Principis arbitrio Pontifices legi cœpti sunt. III. Pontifices inter et Magistratus hæc maxime tria intererant: unum, quod Magistratus anni essent, Pontifices perpetui; alterum, quod Magistratus ad reddendam rationem, sive Senatui, sive populo tenerentur, Pontifices non item: tertium denique, quod Magistratus semper vel potestatem vel imperium, Pontifices eorum neutrum haberent. IV. Pontificum hæc munera fuere: de causis omnibus quæ ad sacra pertinerent judicare, in Sacerdotum omnium mores, officia, cærimonias inquirere, pro delicti gravitate animadvertere in reos, novasque leges de sacris pro arbitrio condere; ita ut, si Ciceroni credimus,

omnis Reipublicæ dignitas, omnium salus, libertas, aræ, foci, Dii Penates, fortunæ, domicilia illorum sapientia et fidei credita viderentur.

V. Pontificum Collegio præfuit Pontifex Maximus a Numa eo constitutus, ut esset, quo de rebus sacris consultum plebs veniret: illius enim erat, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra tum publica tum privata fierent, præscribere; quibus ritibus justa funebria peragenda, placandive manes edocere; quæque prodigia fulminibus aliove viso missa curarentur. Illum et ex Collegio Pontificum, et tributis populi comitiis legi semper mos fuit: primum quidem e solis Patriciis, deinde etiam e plebe. VI. Hanc dignitatem, mortuo Lepido, cum Augustus ipse, tum ceteri deinceps post illum Imperatores et Paganus et Christiani una cum Imperio assumerunt; ita tamen, ut Christiani, cum ab hisce muneribus abhorrent, solum Pontificis Maximi nomen inter elogia sua ascribi paterentur. Ubi vero Gratianus Pontificem Maximum appellari se vetuit, haud multo post anno Christi 389. Theodosius senior Sacerdotum redditibus fisco additis, perfecit ut Pontifices, Augures, aliive Sacerdotes fieri desierint.

AUGURES.

I. ARTEM augurandi a Chaldæis ad Græcos, a Græcis vero ad Etruscos, ab his vero ad Latinos et Romanos manasse memoriæ traditum est: cetera quæ de illius origine vulgo traduntur meræ sunt fabulæ. II. Tres Augures a Romulo, qui et ipse Augur fuit, singuli ex singulis tribubus creati sunt, quibus a Ser. Tullio, ut multi suspicantur, quartus adjunctus est, itidem ut tres alii, Patricius: deinde ab Ogulniis fratribus anno

454. quinque e plebe additi, quorum numerus uti Pontificum a L. Sylla anno 671. ad quindecim auctus est. Qui ætate senior erat, is præerat ceteris, Magister Collegii vulgo nuncupatus. III. Ut Pontificum, ita Augurum legendorum alia aliis temporibus ratio fuit: jus enim illud ab Augurum Collegio ad populum a Domitio anno 649. translatum est; a L. Sylla anno 671. restitutum, et a Ti. Labieno iterum anno 690. datum po-

pulo: ab Augusto tandem ceterisque Imperatoribus, licet ipsi Augures non essent, usurpatum. iv. Ad Augures pertinuit ex cantu volatue avium, aut ex pullorum tripudiis futura præagire: de prodigiis, somniis, portentis, oraculis responsa dare, quidque per ea Reipublicæ aut boni aut mali portenderetur, vatici-

nari: anguriorum enim quinque potissimum genera recensentur; unum e cælo, alterum ex avibus, tertium ex pullis, quartum ex quadrupedibus, quintum ex diris peti solebat. Quæ, ne longior sim, cum de his nonnihil dixerim in notis, breviter indicasse satis erit.

FLAMINES.

i. FLAMINIBUS, vel pileus quo utebantur, ut vult Plutarchus, vel filum, quo caput redimiti erant, ut auctor est Varro, nomen fecit: illos non Romulus, quod scripsit Plutarchus, sed Numa, testibus Dionysio et Livio, instituit: cum enim videret Reges ab urbe belli gerendi causa sæpius abfuturos; ne sacra regiæ vicis desererentur, Flaminem Jovi assiduum Sacerdotem creavit: huic duos adjecit, Marti unum, alterum Quirino; deinde duodecim in multorum Deorum honorem, alii aliis temporibus additi sunt, ejusdem quidem nominis, sed non ejusdem dignitatis: unde illi Majores; hi vero Minores vulgo dicti sunt, quod illi et antiquiores essent et Patricii, hi vero et recentiores et plebei. ii. At ceteris omnibus, cum auctoritate tum insignibus, longe Dialis præstitit: cui cum aliis commune fuit in comitiis tributis

creari, inaugurari a Pontifice Maximo, et si quid admisisset sceleris, abire flaminio: hæc vero illi plane singularia, lictore, sella curuli regia, et veste insigni uti; vinctum, si ejus ædes introierit, solvere; reum, si ad ejus pedes procubnerit, verberibus eo die prohibere, illi exercitum armatum conspiceret, jurare, annulo uti, Magistratum ullum aut petere, aut gerere nefas fuit. Multo plura refert Gellius lib. xvi. cap. 15. quem, si quis hæc cupit scire, consulat. iii. Flamen Dialis a Numæ temporibus summo semper in honore fuit ad bella usque civilia Marii et Syllæ; tum enim pulso C. Cæsare, qui sacerdotium illud etiam tum juvenis Cinnæ gener adeptus fuerat, a Sylla sublatum est, post annos plus minus centum ab Augusto restitutum, Theodosii tandem ætate una cum aliis Sacerdotibus desiit.

VESTALES.

i. SACRA Vestæ in Italiam fuisse a Trojanis adducta, templumque primum Lanuvii ab Ænea, tum ab Ascanio in Albano monte ipsi dicatum auctores plerique omnes consentiunt: uter vero Romæ Vestales instituerit, Romulus an Numa, inter illos non convenit: ego Dionysio quam aliis assenserim libentius, qui a Numa creatas quatuor, et aliquanto post duas a Tarquinio Prisco additas affir-

mat. ii. Vestalis enim legendæ primum penes Reges jus erat, deinde penes Pontificem Maximum, quibus tamen non quam liberet capere integrum fuit: lege enim cautum erat, ne qua patre aut servo aut liberto nata, aut quavis corporis labe deformis, aut annis vel sex minor, vel major decem legeretur: cui vero aut soror jam Vestalis, aut pater Augur, Flamen, Salius,

Septemvir Epulonum erat, illi oblatum Sacerdotium repudiare fas erat. III. Simul ut in atrium Vestæ deducta Vestalis, illi, cum a Senatu, tum a populo etiam universo, et summa jura tribui, et honores eximii deferri solebant; ea tamen lege, ut et ignem sacrum et virginitatis florem illibatam conservaret: hæc vero singulis hæc stata certaue lex fuit, triginta annis Deæ sacrario inservire,

primo decennio cærimonias, ritus, rationemque sacrorum discere, sequenti exercere, postremo docere alias: quo tempore fas erat, positus Sacerdotii insignibus, cui vellent, nubere: quod a perpauca, nec læto vitæ exitu, factitari memoriæ proditum est. Si vero sacer extinctus ignis esset, aut violatus pudor, certum pœnæ genus definitum erat: de quo in notis egimus.

POTITII ET PINARII.

I. DE Potitiorum et Pinariorum origine, cum a Dionysio, tum a Livio aliisque Historicis hujusmodi textitur, seu historia, seu potius fabula. Simul ut Cacum ob amotas per fraudem boves clava cecidit Hercules, Evander, qui tum ea loca regebat, pastorum clamoribus excitus accurrit, et formam habitumque viri aliquanto angustiorem humana intuens, ab eo quænam facinoris causa, rogat quis esset, unde genus? ubi vero nomen, patrem, patriamque accepit, continuo aram exstrui jubet, et bove eximia sacrum fieri, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis et Pinaris, quæ tum familiæ maxime incly-

tæ ea loca incolebant: forte ita evenit, ut Potitii ad tempus præsto essent, Pinaris non item; inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis solennibus vescerentur.

II. Potitii ab Evandro edocti hujus sacri antistites per multas ætates fuerunt, donec anno ab Urbe condita 461. Potitia gens cum auctore Appio Claudio Censore servos publicos ministerii delegandi causa solennia ejus sacri docuisset, intra annum, licet duodecim familias complecteretur, omni cum stirpe interiit; et Censor ipse Appius haud multo post luminibus captus est. Hæc fere Livius lib. I. et IX.

LUPERCI.

I. ALIA alii de Lupercalibus tradunt auctores: ab Evandro ex Arcadia in Italiam translata volunt Dionysius, Livius, et Plutarchus: a Romulo et Remo instituta propter factam sibi ab avo Numitore Urbis in monte Palatino, ubi educati fuerant, condendæ potestatem tradit Valerius Maximus: a Romanis celebrata refert Ovidius ob beneficium a lupa Romanis præstitum in educandis pueris Romulo et Remo, templumque ad ficum Ruminalem ab iis exstructum testatur, quod Lupercal vocatum est. II. Quod Lupercal

Romanis dictum est Lycæum Græcis fuit: idem enim apud Græcos *λύκος* sonat, quod apud Romanos lupus; sive a lupis arcendis, ne pecori nocerent, vox illa deducta sit, sive a Lycæo Arcadiæ monte, ubi Pan præcipuo honore colebatur. III. Luperci canem immolabant, vel in gratiam lupæ, a qua nutritus Romulus, vel in Panis honorem, cui canis ob fidelem armentorum curam gratus esset. Si tamen Servio credimus, Lupercal spelunca fuit sub monte Palatino, in qua capro litabatur. IV. Mos fuit ut Luperci xv. Kalendas Martias, is

enim dies Lupercalibus sacer erat, rem divinam nudi agerent, et per vicos urbis cursitantes scuticis e caprina pelle, cum obvios quosque, tum præcipue mulieres ferirent, ut fœcundæ magis redderentur. v. Lupercorum vero tres sodalitates fuisse perhibentur, una Fabiorum, altera Quintiliorum, tertia Juliorum: illa jam inde ab Urbis primordiis insti-

tuta, hæc multo post in honorem Julii Cæsaris: illis nomen a suis ducibus inditum est Fabio et Quintilio, quorum alter a Romuli, alter a Remi partibus steterat. vi. Hæc sacra post cædem C. Cæsaris neglecta ab Augusto restituta sunt, teste Suetonio, et ad Anastasii Imperatoris tempora, ut auctor est Onuphrius, Romæ permanserunt.

LIBRI SIBYLLINI ET DUUMVIRI SACRIS FACIUNDIS.

I. SIBYLLÆ apud Ethnicos Deorum Sacerdotes ut plurimum fuisse perhibentur, quas virginitatis honos, et maxime prædictio futurorum posteris commendavit. Afflatus divinus illis nomen fecit: $\Sigma\delta\varsigma$ enim vox est Æolica, idem plane valet quod $\Theta\epsilon\delta\varsigma$, *Deus*, et $\beta\omicron\upsilon\lambda\lambda\eta$ id quod *consilium*: unde *Sibylla*, quasi $\Theta\epsilon\omicron\beta\omicron\upsilon\lambda\lambda\eta$, hoc est, divini particeps consilii, dicta est. Sibyllarum numerus alius ab aliis proditur: unam agnovit Diodorus Siculus, cui nonnulli Sancti Patres subscribere; at de nomine non consentiunt: ab aliis enim Daphne dicitur, ab aliis Manto Tiresiæ filia, quæ 27. annis ante Trojæ excidium direptis Thebis, ubi hactenus manserat, Delphos ab Epigonis missa est. Duas inducit Martius Capella, Cumanam et Erythræam: tres et Plinius et Solinus, Delphicam, Erythræam, et Cumanam; at Lactantius, S. Augustinus, et alii plerique omnes, auctore M. Varrone, decem numerant, Persicam, Libycam, Delphicam, Cumæam, Erythræam, Samiam, Cumanam, Hellesponticam, Phrygiam, Tiburtinam. III. Quænam harum Sibyllarum, Cumæa, an Erythræa, an Cumanana potius, libros Sibyllinos Romam detulerit; utri Tarquiniorum, Prisco an Superbo, illos vendiderit, incertum est. Prisco oblatos volunt Lac-

tantius et Servius, Superbo Dionysius et Gellius. In re igitur perobscura, quod similis vero mihi visum est, paucis accipe. Sibylla Cumanana, in qua plerique consentiunt, cui nomen vel Amalthea, vel Demophile, fuit, regnante Tarquinio Prisco, tempora enim magis congruunt, Romam appulit, Regique libros novem ex multarum Sibyllarum carminibus contextos obtulit, modo trecentos numeros ipsi solveret: despecta a Rege tres libros in ignem abjicit, deinde pro aliis idem iterum pretium poscit; iterumque Rex ridere mulieris insaniam: at illa continuo combussit librorum partem alteram, et tantundem pro reliquis petit. Tum mulieris pertinaciam Rex admiratus, ex Augurum consilio, et pretium persolvi, et libros servari jussit. A nobis Plinius in eo dissentit, quod et tres tantum libros oblatos Tarquinio, et duos a Sibylla exustos, et unum flammis creptum velit. IV. Hos libros inter sacra Romani Imperii Tarquinius haberi, et in Capitolini Jovis sacrario sub terram in area lapidea deponi voluit: qui eos servarent creavit e Patriciis Duumviros, quorum numerus anno Urbis 388. a C. Licinio et L. Sextio Tribunis ad decem eo auctus est, ut eorum pars una e plebe, e Patribus altera, legere-

tur: quibus a L. Sylla anno 671. quinque additi; unde 'quindecimviro sacris faciendis' apud auctores passim legere est. v. Ad illorum munus pertinuit libros Sibyllinos custodire, eosque ex Senatusconsulto, si tumultu, si fame, si peste Urbs laboraret, si ingens accepta clades, aut quid mali Imperio portenderetur, consulere: tum quæ legissent referre Senatui; Indos sæculares, cærimonias, supplicationes, sacrificia, et alia id genus, quæ libri Sibyllini præscriberent, procurare. vi. Quo casu libri Sibyllini perierint affirmare non ausim; quid certi ab Historicis memoriæ proditum sit, proferam: tuum esto, Lector, iudicium. Anno Urbis 670. L. Scipione et C. Norbano Coss. cum Capitolium, sive oblato, sive fortuito incendio deflagrasset, una cum aliis donariis hos etiam libros flammis absumptos affirmat Dionysius, alii non meminerunt. Restituto haud multo post a L. Sylla Capitolio, his in varia loca missi sunt qui carmina Sibyllina undique colligerent: primum anno 677. Erythras ex Senatusconsulto, Cœcio Oc-

tavio et C. Curione Consulibus, P. Gabinius, M. Otacilius, et L. Valerius, qui, ut auctor est apud Lactantium Fenestella, descriptos a privatis versus circiter mille Romam retulerunt: deinde ab Augusto Ilium, Erythras, Samum, et in Africam, et per colonias Italiæ, ut tradit Tacitus: cum enim permulta Sibyllarum nomine ferrentur, quicquid erat fatidicorum librorum Græci Latini que generis supra duo millia contracta undique cremari, ac solos Sibyllinos, hosque delectu per Quindecimviro habitu, teste Suetonio, duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi servari voluit; tum alios e Capitolio in idem templum a Pontificibus descriptos, quia characteres exolescebant, deferri; cumque multo post sub Aureliano templum Apollinis arsisset, a flammis illæsi ablati sunt, ut referunt Flavius Vopiscus et Ammianus Marcellinus: anno tandem Christi 389. cum Theodosius senior omnia Deorum idola everti jussisset, Stilicon, qui tum Italiæ præerat, carmina Sibyllina combussit.

DE MILITIA ROMANORUM.

QUÆ ad Romanorum militiam pertinent, ad quatuor potissimum capita brevitatis causa revocamus: agemus enim primo de militum delectu, tum de exercitu, ejusque partibus; post de variis ducum militumque ordinibus: postremo denique de militum

armis, signis, stipendio, præmiis et pœnis. Si quis plura requirat, e veteribus Polybium, Frontinum, et Vegetium; e recentioribus, Lipsium, Sigonium, Rosinum, et Dempsterum consulat.

DE PEDITUM DELECTU.

QUI Milites; qua ætate, quave ratione, et legerentur, et dimitterentur, paucis accipe. Ubi Servius Tullius populum omnem tribuit in classes:

cum multa, tum hæc duo illius lege præscripta sunt; unum, ut plebs infima, cujus census undecim æris milibus minor erat, Militia esset immu-

nis: alterum, ut in classibus singulis centuriarum pars una seniorum esset, juvenum altera; ut illi urbis mœnia, hi vero fines imperii foris tuerentur. Unde cuivis intelligere licet servos, libertinos, pueros, seniores capite censos, Histriones omnes, si Atellanos exceperis, in legionibus scriptos non esse; sed eos tantum, qui, et ingenui essent, et juniores: Ingenuus fuit, qui in classibus præter sextam ascriptus erat; Juvenis, qui nec 17. annis minor, nec 46. major: his enim terminis juvenus a Tullio rege definita: ita tamen, ut, qui debita stipendia, eques dena, pedes vicena non confecisset; is ad ea explenda ad annum usque quinquagesimum cogi posset; postea non item.

In illis tamen legibus nonnihil aliquanto post immutatum est: cum enim ingens plebis multitudo munerum omnium expers esset, anno circiter ab Urbe condita 500. e re publica fore visum est, si sexta classis, quæ tenuiorum erat, tres in partes divideretur. Prima intra 1200. usque ad 400. drachmarum censum constituta: altera intra 400. ad 150. hoc minor census reliquam multitudinem habuit: qui in secunda parte censabantur, vulgo Proletarii dicti sunt; qui in tertia Capite censi: pars prima, itidem ut aliæ classes, in legionibus deinceps allecta fuit; secunda et tertia non item. Quare Proletarios, Capite censos, Libertinos ante annum 646. ad nauticum usum, quæ militia vilior erat, servari mos fuit: bella vero, aut foris, aut cum legionibus gerere nefas: si quid tamen repentini tumultus oriretur; tum iis arma data, quibus urbis mœnia una cum seniorum centuriis tuerentur; donec anno 646. et Proletarii, et Capite censi a C. Mario ad bellum Jugurthinum; deinde Libertini anno 663. et 664. tum a Prætoribus tum a Consulibus ad Marsicum legi cœpti sunt.

Delectus habendi hæc ratio fuit. Designatis Consulibus, si bellum foris gerendum esset, in quatuor legiones, quæ tum scribi solebant, 24. Tribuni militum, partim a populo, partim a Consulibus legebantur; ex equitibus quatuordecim, decem expeditibus; illi, quod post quina stipendia Tribuni crearentur, Juniores vulgo dicti sunt; hi vero, quod post dena, Seniores: usus enim tum obtinuerat, ut in Tribunum assumeretur nemo, qui dimidiata non confecisset stipendia, quæ equiti dena præscripta erant, pediti vicena: deinde Consules diem edicebant, quo omnes, qui ætate erant militari, vel in Capitolium convenirent, vel in Campum Martium; ne Tribunorum plebi intercessionem locus esset. Tum Tribuni omnes, sive Juniores sive Seniores, eo ordine, quo, vel a populo, vel a Consulibus, lecti erant, in quatuor legiones, sex in singulas, distribuabantur: in primam Juniores quatuor; duo Seniores: in secundam tres Juniores; Seniores totidem; Tertiæ legionis eadem ratio fuit, quæ primæ; quartæ, quæ secundæ.

Postea Tribuni Tribus, si bellum esset grave, omnes: si leve, aliquot tantum in suas, tum classes, tum centurias ire jubebant: et ex tabulis, ubi cujusque ætas, census, vires, genus scripta erant, centurias singulas evocabant, sæpe pro Consulibus arbitrio; interdum etiam sorte; ne qua, aut tribus, aut centuria ad graviora bella injuste legeretur. Ex centuria, quæ sorte exierat, quatuor primum Juniores, deinde ætate majores, et viribus et corporis habitu prope pares simul producebant; unum primæ legionis Tribuni, deinde secundæ, tum tertiæ, postremo quartæ, atque ita deinceps cooptabant in suas quisque legiones: ea tamen habita ratione, ut qui primus una vice legerat, altera ultimus eligeret; ne qua esset legio aliis viribus impar. Si spes aliqua

lucris in bello affulgeret; tum multo ultro sese offerre: si vero laboris multum, utilitatis aut parum aut nihil, pauci: at eos, qui militiam detrectarent, Consulis erat, aut car-

cere aut flagris cogere: nonnullorum etiam, si quid egissent andacius, aut bona vendita, aut ipsi, quæ pœna gravior erat, veluti mancipia venundati.

DE EQUITUM DELECTU.

CUM equites jam in certas classes essent a Censoribus descripti, eorum delectus multo, quam peditum, facilius fuit: illorum duplex erat ordo, quibus præter nomen nihil commune: alii enim equo publico militabant; alii privato: qui publico, jam inde a primis Reipublicæ temporibus instituti; qui privato, multo post in bello Veienti. Si Livio credimus, his, dum mererent, haud aliter ac pediti sti-

pendia dabantur, duplo quidem majora; illis vero ad emendum equum semel æris dena millia, bina in singulos annos ad alendum: quibus id solenne fuit; ubi debita confecerant stipendia, equum publicum ad Censores in forum reducere, et quibus in locis, quibus Imperatoribus, quot annis meruissent adhibitis testibus probare.

DE MILITUM VACATIONIBUS.

UT scribendi militis, sic etiam dimittendi diligens observata ratio est. Missio vero duplex fuit; una honesta, causaria altera: honesta eorum, quibus justa militiæ vacatio esset; causaria eorum, quibus necessaria: justa petitur, vel ab ætate, cum quis major annis 50.: vel ab emeritis stipendiis; si quis, vel dena, si eques, vel vicena, si pedes fecerat stipendia: vel ab honore, si Magistratus esset, aut sacerdos: vel a beneficio; si quis enim quid gessisset fortiter, ipsi aliquando ad tempus, aliquando in omne ævum;

interdum etiam ipsius liberis, aut Senatus aut Consulis jussu militiæ vacatio data est. Vacatio necessaria fuit; si cui, aut manus abscissa, aut membrum debile, aut imbecilla valetudo: ne quid tamen fraudis subesset, Censorum fuit inquirere, quæ cuique causa vacationis esset, justa, an secus. Si tumultus ex improvviso oriretur, nullus tum vacationi locus; si bellum Gallicum ingrueret nulla sacerdotum senumque vacatio; adeo Romanis olim nomen Gallicum terrore fuit.

DE EXERCITU EJUSQUE PARTIBUS.

ROMANORUM exercitum tres in partes tribuimus, in Romanas legiones, socios, et auxilia. Legiones ex civibus, socii ex Italis, auxilia ex nationibus exteris constabant. Legiones a Romulo institutæ; socii, dum res Romana angusta fuit, vel nulli vel pauci: ubi adolevit, pro variis imperii finibus, modo pauciores modo

plures: postquam perdomita Italia est, Romanis semper numero, aut pares fuerunt, aut superiores. Auxilia ante bella Punica, nulla memorantur; primo Punico Galli pecunia conducti, teste Zonara; secundo Celtiberi ex Livio; aliis deinceps bellis alii ab amicis Regibus plerumque in auxilium missi. Socios inter et auxilia

hæc duo maxime intererant : unum, quod socii, si frumentum excipias, gratis militarent; auxiliariis vero copiis stipendia ut plurimum solverentur : alterum, quod socii, et in legiones haud aliter ac Romani describerentur, et militare sacramentum emitterent; auxilia non item. Postquam anno 663. sub finem belli Marsici universæ Italiæ civitas lege Ju-

lia data est; tum, et Socii in Romanas legiones, et Auxiliares in Sociorum locum ascribi cœpti sunt. Quæ de militum Romanorum delectu paulo ante diximus, eadem de Sociis dicito; eadem enim fere ratione, qua a Tribunis militaribus Romani, a suis Magistratibus jussu Romani Consulis legebantur.

DE LEGIONE, COHORTE, MANIPULO, &c.

LEGIO certa peditum equitumque manus fuit; pedites in decem cohortes, equites in totidem turmas distributi: cohors tres manipulos complexa est, manipulus duas centurias, turma tres decurias: unde legio semper habuit peditum cohortes decem, triginta manipulos, decurias sexagin-

ta; equitum alam unam, turmas decem, triginta decurias. Peditibus sex Tribuni præerant, centuriones sexaginta, singulis centuriis singuli: equitibus triginta decuriones; quorum alii turmas singulas regebant, præfectus alam integram.

QUOT MILITES IN LEGIONE.

MILITUM numerus, sive peditum sive equitum, alius aliis temporibus fuit: Legio jam inde a Romulo trium millium peditum, et trecentorum equitum instituta est; ex singulis enim tribubus conscripti sunt pedites mille, et centeni equites: deinde, sive a Romulo post victos Sabinos, ut vult Plutarchus; sive, ut Lipsius, a Tullo Hostilio, mille pedites additi: exactis certe Regibus legio peditum quatuor millium fuit: postea vero pro Senatus arbitrio bellique magnitudine in militum numero variatum est: ita ut legio, modo quatuor, modo quinque, modo sex millium peditum; itemque, modo ducentorum, modo trecentorum equitum scriberetur: Volscis enim bello ut tradit Livius quatuor legiones scriptæ quaternum millium; Gallico quaternum millium et ducentorum peditum; Latino singulis legionibus peditum quina millia data, equites duceni: Punico secundo et Macedonico, in gratiam

Africani Majoris et Æmilii Pauli peditum sena millia, equites treceni: aliquanto post, modo ad quatuor, modo ad quinque millia reditum est, teste Polybio; donec C. Marii, non Senatus imperio contra Jugurtham legiones sex millium et ducentorum peditum scribi jussæ. Caii tamen Cæsaris ætate legiones non Marianis modo, sed Polybianis etiam numero inferiores erant, maxime veteranæ, ut auctor est Hircius.

Ex his, quæ modo diximus, cuius colligere licet, nec certum, nec statum semper fuisse in singulis, sive cohortibus, sive manipulis peditum numerum; sed pro varia legionis ratione, modo majorem, modo minorem. Dum legio 4200. peditum fuit; tum cohors 420. manipulus 140. centuria 70. erat. Cum legio 5000. cohors 500. manipulus 167. centuriæ 83. Si legio 6000. cohors 600. peditum fuit, manipulus 200. centuria 109.

QUÆ PRIMA COHORS : QUÆ PRÆTORIA.

PRIMA cohors ceteris, cum dignitate tum militum numero præstabat: quod in ea Tribuni et nobilitate et fortitudine clarissimi legerentur; et interdum, ut scribit Vegetius, 1100. pedites haberet. Erat præterea cohors Prætoriana, quæ ducem semper sequeretur, ab ipso, vel ex amicis, vel ex fortissimis quibusque delecta. Hujusmodi cohortem prætoriam A. Posthumius Dictator habuisse perhi-

betur a Livio, Africanus major a Festo, Scipio Æmilianus ab Appiano; Marius et Petreius a Sallustio, et ab aliis aliis: novem cohortes Prætorias Augustus ad corporis custodiam adhibuit, quæ primum quidem certum stabiliendi imperii firmamentum et decus extiterunt, postea vero et Imperatorum et Reipublicæ perniciēs.

QUOT EQUITES IN LEGIONE.

Ut peditum, ita equitum varius in legione numerus fuit: Polybius tamen super hac re, nec cum Livio, nec secum consentit: unde aliter Sigonio, aliter Lipsio visum est. Vult enim Sigonius ex Livio equites singulis legionibus, dum erant vel quatuor vel quinque millium, fuisse duccenos; dum sex millium, trecenos. Polybius vero, ut interpretatur Lipsius, jam inde a Romulo trecenos

equites legionibus adjunctos, cum vero centum equites additi dicuntur, tum fuisse quadringenos. Utri assentiri malis, tute ipse videris: id unum certi habeo, quod scribam, in decuria equites fuisse decem, in turma triginta, in ala modo ducenos, modo tricenos ex Sigonio; vel, modo trecenos, modo quadringenos ex Lipsio.

QUOT LEGIONES ROMANI HABUERINT.

DUM summa rerum penes Consules multo ante bella Punica fuit, quatuor legiones in annos singulos scribi solebant, binæ singulis Consulibus: ubi vero multis, tum urbibus tum provinciis auctum imperium est: socii ad quatuor Romanas legiones totidem addere jussi sunt: si bellum gravius esset, crescebat legionum numerus. In bello Punico secundo legiones plus minus 25. per Italiam, Siciliam, et Hispanias dispersas Romani habuerunt. In dissensione Mariana L. Cinna 30. in bello civili Pompeius et Cæsar 40. in Mutinensi Antonius et Consules 50. in Actiaco Octavius Cæsar 40. nec ipsi legionum aut virtute aut numero inferior erat

Antonius. Non mirum quidem est tantas copias ab Romanorum ducibus contractas esse id temporis, cum eorum imperium ab ultimis Europæ finibus ad Euphratem usque pertineret. Unum est, quod magis mireret, Gallico tumultu anno Urbis 528. L. Æmilio Pappo et C. Attilio Regulo Consulibus Romanos exercitum 800. millium militum ex sola Italia collegisse; quod ex Q. Fabio Pictore, qui tum vivebat, referunt Eutropius et Orosius: quibus ego vix assentiar; nisi idem, et a Plinio et a Polybio memoriæ proditum esset: Plinius enim numerat peditum 700. millia. equitum 80. Polybius vero eorum, qui tum Romanis parebant, peditum

500. millia, equitum 60. omnemque exercitum ex sola Italia fuisse peditem 700. millia, equitum 70. Ita ille.

QUIS SOCIORUM ORDO: QUI EXTRAORDINARII: QUI ABLECTI.

SOCI, et in castris et in acie, ita dispositi erant, ut Romanas legiones utrimque tegerent: unde 'alares' vulgo dicti: cum enim eorum pedites Romanos æquarent, et equites duplo superarent: multas in partes, ne quid novi molirentur, eos distrahi moris fuit, et ordinis causa, et securitatis. In iis vero distribuendis hæc habita ratio est, ut ex alaribus equitibus tertia pars, hoc est, ut ex sexcentis ducenti; ex peditibus quinta, id est, ut legio Polybiana nobis exemplo sit, ex quater mille ducentis, octingenti quadraginta in Extraordinarios secernerentur: tum ex Extraordinariis, pars item quinta, hoc est, ex ducentis quadraginta in Ablectos; quorum erat Consul, in via, in castris, in pugna et comitari, et tueri.

Eadem ratione pro militum numero, modo pauciores, modo plures, et in Extraordinarios, et in Ablectos subducti: ut plurimum tamen circa se Consul habuit ex utraque ala duas equitum turmas, alteram ex altera; et cohortes peditem quatuor ceteris aliquanto minores. Ex his quibus intelligat legiones sociorum Romanis equite superiores fuisse, pedite paulo inferiores: nam ex 600. equitibus et peditibus 4200.; si 200. equites. pedites 840. in Extraordinarios detrahas; reliqui erunt equites 400. pedites 3360. qui cohortes decem 336. militum efficiunt: an vero cohortes illæ, in manipulos et centurias, itidem ac Romanæ, descriptæ essent, obscurum est.

QUID CORNU: QUID ALA.

NON abs re fuerit duo hoc in loco annotare: unum, sociorum ducibus, non Tribuni nomen, sed Præfecti inditum fuisse: alterum, quod interdum, vel eruditum negotium facessere solet, in exercitu Romano, non idem per Cornu ac per Alam intelligi. Vult quidem Polybius socios in Cornu dextrum et sinistrum tribui; Cornu tamen, cum apud Livium tum apud alios plerosque omnes, de Ro-

manis etiam legionibus dicitur: unde, ut mihi quidem videtur, inter Cornu et Alam id fuit discriminis; quod Cornu de legionibus Romanorum et sociorum sæpe dicitur; Ala de Romanis perraro, sæpe de sociorum turmis et cohortibus: fuit enim Ala florente Republica aliquando Romanorum, ut plurimum sociorum equitatus; sub Imperatoribus Auxiliares copiarum Ala et Alares dicti sunt.

DE VARIIS MILITUM ET DUCUM ORDINIBUS.

QUATUOR potissimum fuerunt militum genera. Velites, Hastati; Principes, et Triarii: ducum totidem,

Centuriones, Tribuni, Legati, Imperator.

QUI VELITES, HASTATI, PRINCIPES, ET TRIARII.

PEDITUM ordinibus, ut nomen, ita ætas et arma plane diversa fuere. Juniores in Velites selecti: ætate proximi in Hastatos: his et robore et annis paulo majores in Principes: natu maximi in Triarios. In iis tamen legendis non ætatis tantum ratio habita est, sed etiam generis, ita ut opes prodessent multis, paupertas obsesset nemini: qui enim juvenis et dives, is Hastatus erat: qui pauper, at grandior ætate, Triarius. Illis vel ab armis, vel ab ordine quo pugnabant, nomen factum est. Velites a celeritate dicti, quasi volantes: Hastati ab hastis: Principes, quod a principio gladiis; Triarii, quod tertio ordine scuto, hasta, et ense, rem agerent.

Quot erant in legione Principes,

tot erant et Velites et Hastati; Triarii semper numero impares: illorum enim, pro ratione legionis, crescebat numerus; Triariorum non item, qui semper sexcenti, nec plures nec pauciores, quod illis tum Evocatum Imperator ipse in acie jungere-tur. In singulis cohortibus tres erant manipuli, unus Hastatorum, alter Principum, tertius Triariorum: Velitum vero nullus. Illis enim, quod et juniores essent et levis armaturæ, nulli præcipui duces præerant: sed in omnes Hastatorum, Principum, et Triariorum manipulos pro numero æqualiter dispersi, Centurionibus manipulorum, quibus erant ascripti, parebant.

QUI MILITES LEVIS ARMATURÆ.

LEVIS armaturæ milites, quæ minimæ fiduciæ manus erat, alii aliis temporibus fuere. Primum quidem Ferentarii, Rorarii, Accensi, eo nomine ad Censum, ut suppledis legionibus præsto essent: deinde Velites in obsidione Capuana, ut auctor est Valerius, a Q. Nævio Centu-

rione instituti: denique ubi Latinis data civitas est, in eorum locum selecti Antesignani, Veloces, tum Sagittarii et Funditores: eorum fuit, cum et cursu leves essent, nec armis impediti, ante congressum telis, lapidibus, sagittis pugnae præcludere.

QUI FUERINT EVOCATI.

At ceteris militibus, cum dignitate tum fortitudine, longe præstabant Evocati. Miles erat spectatæ virtutis, manu strenuus, et peritus militiæ, qui emeritis stipendiis, e civibus, e sociis, ex pedite, ex equite modo literis, modo precibus, interdum etiam nuntiis ab Imperatore ad bellum evocabatur. Multa illis, quæ aliis negata, jura delata sunt, et ho-

noris ergo et virtutis; nec in legiones, nec in cohortes, nisi illis præesent, ascribi; nullis ducibus, sive Tribunis sive Centurionibus, subesse; sed uni Præfecto: ab excubiis, ab operibus, tum valli tum castrorum, immunes esse; et in castris manere propter prætorium, et in acie una cum Imperatore inter Triarios dimicare.

Delph. et Var. Clas.

Val. Max.

G

DE DUCIBUS.

DUCUM tres veluti classes erant; alii enim solis peditibus præerant; alii solis equitibus, alii omnibus. Qui peditibus, Centuriones et Tribuni dicti sunt; qui equitibus, Decuriones; qui omnibus, Legati et Imperator.

DE CENTURIONIBUS.

CENTURIONES a Tribunis Imperatoris jussu ex singulis militum generibus præter velites legi moris fuit: ita ut hastati hastatis, princeps principibus, et triariis triarii præessent: cum vero in singulis legionibus essent 60. sex in cohorte, in manipulo duo; quo facilius constaret, uter alteri præstaret; non simul omnes, sed alii post alios legebantur; primum triginta, ex singulis aciebus deni; paulo post totidem: qui primum lecti, manipulorum dextra cornua regebant: qui deinde, sinistra: suus quidem singulis honos fuit, sed alius alii, pro genere militum, cohortis numero et centuriæ situ, vel major, vel minor: qui manipuli dextrum cornu ducebat, is altero honestior fuit: qui primæ cohortis manipulum, ceteris ejusdem generis; qui primæ cohortis primum manipulum, aliis omnibus, sive ejusdem, sive diversi generis. Primæ cohortis hæc præcipua dignitas fuit, ut qui in ea hastatorum centurio esset, 'primus hastatus,' qui principum, 'primus princeps,' qui triariorum, 'primipilus' vulgo diceretur, cui hoc plane singulare fuit, aliis centurionibus impere, consilio cum Tribunis adesse, tueri aquilam, eamque et figere humi, et humo vellere.

Apud auctores 'noni' 'decimive,' et 'hastati' et 'principis,' &c. frequens occurrit mentio; quare non erit, opinor, alienum, qui voces illæ

accipiendæ sint, annotare paucis. In legione, uti diximus, cohortes erant decem, in cohortibus sex Centuriones; his a cohortium numero ita nomen inditum; ut qui in decima erant cohorte omnes 'decimi;' qui in nona 'noni;' qui in octava 'octavi;' et sic deinceps 'septimi,' 'sexti,' &c. dicerentur: eo tamen discrimine; ut, qui in legione decima, hæc nobis exemplo sit, triariis præerat, 'decimus pilus;' qui principibus 'decimus princeps;' qui hastatis 'decimus hastatus' vocaretur.

Quo vero fortissimi quique ad gloriam militarem vehementius excitarentur, singulis virtutis ergo superior gradus patebat; militibus Centuriatus; Centurionibus, et Centuriatus honestior, et etiam Tribunatus. Quis quid egerit fortiter, isque tum fuerit in decima cohorte hastatorum, secundus Centurio; hoc enim exemplo conjectura facile fieri potest de ceteris: primum quidem hastatorum primus erit Centurio; hoc est, 'decimus hastatus:' deinde 'decimus princeps,' tum 'decimus pilus,' idque in eadem cohorte; qua expleta ex decimo pilo nonus erit, tum octavus; post septimus: donec, si et fortuna et virtusnaverit, aut primum pilum aut Tribunatum assequatur. Promovendi militis hæc ut plurimum servata ratio est; a duce tamen aliquando, aut immutata aut neglecta.

DE TRIBUNIS MILITARIBUS.

UT Peditum, ita Tribunorum militarium numerus in legione alius aliis temporibus fuit: dum legio trium erat millium, Tribuni lecti sunt in singulas terni, ex tribus singulis singuli: unde illis nomen: dum quatuor millium, quaterni; ubi vero, aut quinque aut sex millium, seni. In Tribunorum lectione, perinde ac in numero variatum est: primum omnes a Regibus et Consulibus creati sunt: tum anno 393. sex populi suffragiis legi cœpti sunt, anno 444. sexdecim, et aliquanto post bellum Persicum Senatus decreto sancitum est, ut a populo duodecim, totidem a Consulibus crearentur: illi a Populi comitiis 'Comitiati,' hi a Rutilio Rnfo, qui de eorum juribus legem tulit, 'Rutuli' et 'Rufuli' dicti sunt. Pom-

peii Cæsarisque temporibus cum legiones non jam, ut antea, temporaneæ essent, sed perpetuæ, Tribuni a Proconsulibus in provinciis ut plurimum creati: eorum insigne fuit florente Republica annulus aureus; sub Imperatoribus, si Dioni credimus, præterea clavus, latus quidem, si Senatorio essent stemmate; angustus, si equestri. Tribunorum hæc partes fuerunt, jus dicere militibus, signum dare excubiis; vigiliis, exercitia, munitiones, et alia id genus curare, legionisque pedites ita regere, ut nullus aliis plus posset, nec unus uni parti præset, et alter alteri; sed integræ legioni singuli: non simul tamen, sed per stas vices bini.

DE EQUITUM DUCIBUS.

EQUITUM duces alii Præfecti, alii Decuriones vocabantur. Illi peditum Tribunis, hi Centurionibus responderunt. Ut enim Tribuni legionem et Centuriones cohortes manipulosque

ducebant, ita Præfecti equitum alam, et Decuriones turmas et decurias. Ala, ut diximus, 300. equitum fuit, turma triginta, decuria decem.

DE LEGATIS.

LEGATI, aut a Senatu Imperatoribus dati, aut ab Imperatoribus ipsis asciti, aut certe lege aliqua extra ordinem delecti; viri, ut plurimum, prudentia insignes et militiæ periti: quorum consilio et opera in rebus, tum belli tum pacis, Proconsul uteretur. Numerus, nec certus fuit, nec ulla lege definitus; tres interdum fuerunt, plerumque quatuor, raro plures: ratio enim habebatur, et Prætoricæ et Consularis dignitatis, et provinciæ et belli: Imperator, cum ipsi, quos vellet, eligere per Senatum li-

cuit, eos maxime, qui jam provinciis cum imperio præfuerant, sibi legavit: Consul Consulares, Prætor Prætorios; amicum amicus, frater fratrem, patremque filius. Legati hæc jura fuere, de causis privatis cognoscere, imperare toti exercitui; Proconsulem juvare consilio, fide, opera; et cum imperii esset particeps, lictoribus et securibus uti. Duo Legatorum genera Augustus induxit; quorum alii Consulares essent, alii Prætorii, ut illi universo præessent exercitui, hi vero legionibus singulis: quod eo con-

silio instituisse fertur, ut cum Legati ipsius, tum nomine tum auspiciis, rem gererent, jus omne triumphi ipsi tribueretur, præterea nemini.

DE IMPERATORE.

TRIPLEX apud Romanos hujus vocis acceptio fuit; una, qua is intelligitur, cui jus datum propriis auspiciis belli gerendi: altera, qua quis profugatis magno prælio hostibus Imperator a militibus appellabatur. Tertia Augustis et Cæsaribus singularis, penes quos eversa Republica imperii summa fuit: sed hæc nihil ad nos: de aliis breviter. Illi tantum propriis auspiciis bellum gerere fas erat, qui aut Consul esset, aut Prætor, aut Dictator, aut Proconsul, aut Proprætor; cui, si tum erat Magistratus, imperium deferebatur lege Curiata; si privatus, Plebiscito. Ubi imperium inierat, continuo in Capitolio votis nuncupatis factoque sacrificio cum paludatis lictoribus, paludatus et ipse,

ex Urbe egrediebatur. Cum nihil, aut domi aut militiæ, inauspicato fieret, auspicia in exercitu unius fuerunt Imperatoris; quare alii alienis, ille suis auspiciis pugnare dicebatur. Unde nec Imperatoris nomen, nec supplicatio, nec triumphus, aut legato aut quæstori delatus unquam est. Duo vero auspiciorum genera adhiberi mos fuit, unum coactum, hoc est, tripudium, alterum ex acuminibus. Cum vero magno prælio, vel per se, vel per legatos, hostes vicisset, tum Imperatoris nomen primum a militibus, deinde a Senatu illi dari solebat, et ante reditum decerni supplicatio, et aliquanto post, si ingens esset victoria, triumphus.

QUÆ ACIEI FORMA FUERIT.

NON abs re fuerit, si hoc in loco, quo ordine aciem ad pugnam instruxerint Romani, paucis describerim: id enim cognoscere habet et voluptatis nonnihil, et etiam utilitatis. Apud Romanos acies, aut duplex fere fuit, aut triplex: duplex, cum tota acies in duo cornua divisa, dextrum et sinistrum: triplex, cum iuter duo cornua tertia acies media fuit; quod usurpatum sæpe, cum, aut duæ tantum essent, aut plures legiones; tum enim Romani in medio positi, socii ad utrumque cornu. At duplicis triplicisve aciei alia ratio est, cum præter simplicem illam divisionem a tergo etiam sectio fit; ut, si quis quatuor habeat legiones, duas in fronte cum sociis collocet, totidem a tergo, velut in subsidiis, seponat: idem in duabus etiam factum est; cum, aut cornu utrumque sociorum subjunctis

legionibus præpositum, aut subductis sociis legiones præmissæ: fuerunt etiam aliæ formæ, cum a C. Cæsare tum ab aliis inductæ ducibus: sed satis erit aciei vulgatæ, quam tradiderunt Polybius et Livius, formam breviter explicare, ut de ceteris conjectura fieri possit.

Exemplo nobis sit exercitus quatuor legionum; quarum duæ Romanorum sint, totidem sociorum: sic instructa acies est: Legiones Romanæ in medio collocatæ; et quæ aut virtute illustrior erat, aut ordine prior, ad dexteram: duæ sociorum in cornibus; una in dextro, in sinistro altera: equites in turmas descripti ad latera ita dispositi, ut socii cornu sinistrum tegerent, dextrum Romani quibus, quod pauciores sociis essent, extraordinarii ad dexteram adjuncti.

Legionis vero singulæ triplex ordo

fuit, unus hastatorum, alter principum, tertius triariorum; prima frons hastatorum manipulos omnes, ex legionibus singulis decem, ex omnibus quadraginta habebat: hastatos interjecto spatio excipiebant principum totidem manipuli. Triarii vero, in quibus maxima spes victoriæ, in extremam aciem rejecti: his in mediis inter secundam aciem et utrumque cornu extraordinarii erant pedites, duas in partes distincti; in una sex manipuli, sex item in altera. Ut legiones a legionibus, ita ab ordinibus ordines, et a manipulis manipuli disjuncti, sive viis sive intervallis, inter manipulos angustis, inter legiones et ordines latioribus, in quibus nullo certo ordine dispersi Velites.

Evocati, vel cum Imperatore, vel in manipulis, pugnabant, ut aliis animos adderent. Centuriones in suis singuli centuriis. Tribuni alii alia in parte, prout res poscebat. Legati duo mediam aciem regebant, duo utrumque cornu, alter alterum. Imperator omnem exercitum, et sæpe Triarios inter et Principes paulo ante aquilas cum Ablectis et cohorte

Prætoria consistebat.

Manipuli ita in quadrum dispositi, ut inde quadrata totius legionis forma existeret; in singulis enim erant lineæ duodecim; in singulis lineis deni milites, hoc est, in legionis Polybianæ 4200. prima fronte centum; Triariorum enim erant tantum lineæ decem, et in singulis milites deni. Ante Velites institutos, cum Rorarii et Accensi in tertio essent agmine cum Triariis; inire pugnam hastatorum fuit, postea Velitum: si, nec ipsi nec hastati sustinendis hostibus pares essent, continuo pede presso per intervalla pone principes se recipere solebant. Tum principum pugna erat; apud quos, si nec satis prospere certatum esset, a prima acie ad Triarios sensim referebantur. Inde rem ad Triarios rediisse, cum laborabatur, proverbio usurpatum est. Ubi hastati et principes in intervalla ordinum recepti, continuo Triarii compressis ordinibus vias claudere, unoque continente agmine in hostem ferri, tumque certa, aut clades, aut victoria.

DE SIGNIS, ARMIS, STIPENDIIS, PRÆMIIS, ET PŒNIS.

SIGNA.

SIGNA alia peditum fuerunt, alia equitum, alia legionis, alia manipulorum. Primum quidem Aquila, Lupus, Minotaurus ex Vegetio, Equus et Aper ex Plinio; tum præ ceteris principatum obtinuit Aquila, ut aliis in castris relictis sola in acie ordines anteiret: quam denique C. Marius secundum Consul, tanquam felix victoriarum omen, repudiatis aliis, legionibus Romanis consecravit. Fuit Aquila aureum aquilæ simulacrum

hastæ præpilatæ suffixum: signum legionis erat Romanæ, una unius, inter Triarios primæ cohortis semper collocata, nec enim sociorum fuit nec manipulorum: quibus alia quædam signorum genera fuisse perhibentur. Primum fœni manipuli e perticis suspensi: deinde in summa parte hastæ transversum ligneolum cruci haud absimile: tum ex ligneolo, et orbiculi et clypeoli appensi, supra quos manus eminebat: denique in orbiculis

positæ, tum Deorum tum Imperatorum imagines. An suum singulis Romanorum cohortibus signum fuerit, an singulis sociorum manipulis, an cohortibus tantum, obscurum est.

Tria signorum genera posterioribus temporibus usurpata, Elephas, Sphinx, et Draco. Elephas a C. Cæsare, quod quinta legio elephantas vicisset. Sphinges unde, incertum est. Draconibus et Daci et Persæ usi sunt, unde illis a Trajano, his ab Aureliano una cum Zenobia victis,

Dracones ad terrorem adhiberi cœpti sunt: ea enim Dacorum signa in columna Trajani etiam nunc videre licet: unde post Trajanum apud scriptores Latinos Draconum frequens est mentio, ante illius ætatem, nulla. Equitum vexilla, quæ flammulas vocat Vegetius, vela quædam erant modica, quæ in quadrum efformata ad hastam appendebantur: in iis Imperatorum nomina aureis literis inscribi moris fuit.

ARMA.

ARMORUM singula genera, et quæque, aut forma aut figura fuerint, sigillatim persequi infinitum sit: quibus quisque miles usus sit paucis accipe. Veliti datus gladius Hispaniæ, hastula trium pedum, spiculum, parma, sive scutum tripedale, et cassis seu galea, aut e pelle aut e corio. Hastatis, principibus, et triariis scutum latum pedes duos et semis, longum quatuor, gladius Hispaniæ, galea ærea cum cristis, ocreæ, lorica, vel e lamina ærea, vel ex catenis aut squamis compacta, pila duo, alterum altero majus: quæ etsi per se gravia; pediti tamen oneri non fuerunt: scutum enim, gladium,

&c. in onere non plus numerabant, quam humeros, lacertos, et manus, cum arma militis esse membra dicerent. Præter arma alia his multo graviora sæpe ferebant, securæ, seram, corbem, lorum, falcem, molam, catenam, ollam, veru, ternos aut quaternos vallos, et nonnunquam frumentum dierum triginta: ætate Polybii gladius ad latus dextrum appensus est, ne movendo scuto obstaret. Sub Vespasiano, si Josepho credimus, Pediti duo erant gladii; longior ad sinistrum latus, ad dextrum brevior. Equitum arma, scutum, lorica, galea, gladius, hasta.

STIPENDIUM.

JAM inde a primis Romæ nascentis temporibus militi datum frumentum est, pecuniæ vero nihil ante annum 348. paulo ante Urbem a Gallis incensam; tum enim pediti in dies singulos dati duo oboli, seu tres asses; quibus fere florente Republica nihil aut subtractum aut additum est; donec C. Cæsar peditibus singulis sex asses tribni voluit; decem Augustus, alii deinceps quindecim, alii viginti: Vespasianus 25. quibus in menses singulos aureos Domitianus

addidit. Centurionibus, Signiferis, Optionibus datum stipendium duplex, equiti triplex, Tribunis et equitum præfectis duplum, quam centurionibus: an equitum, itidem ac peditum, duplicata sint stipendia, incertum est.

Frumentum certo die in mensem distributum; pediti, sive Romanus esset sive socius, medimni attici duæ partes, hoc est, quatuor modii; equiti Romano frumenti medimni duo, quibus, et se et servos, hordei sep-

tem, quibus equos aleret: sociorum equitibus medimni quarta pars eo detracta est, quod, et dignitate Romanis essent aliquanto inferiores, et pauciores servos haberent: præter

frumentum dabatur etiam sal, legumina, et caro suilla: e stipendio non-nihil a quæstore ad vestes et arma diminutum.

PRÆMIA.

PRÆMIA vocamus 'munera militaria,' cohortis Prætoris communio-nem, stipendium, prædam, et dona imperatoria. Munera militaria fuere, aut centuriatus aut præfectura virtutis ergo militi data; de quo paulo ante diximus: cohors prætoria, quæ, nisi civi Romano, patuit nemini, strenuo militi permissa; ex qua qui fuisset, in beneficiis ab Imperatore ad ærarium deferebatur. Stipendium, si quis quid egisset fortiter, datum, vel duplex, vel triplex. Præda etiam interdum capta de hostibus, post pugnam illi concessa. Dona militaria erant, quæ militibus ab Imperatore, vel post victoriam, vel ante triumphum, dari solebant; ut torques, phaleræ, armillæ, hastæ puræ, cornicula, coronæ, et alia id genus: de quibus singulis breviter agemus.

Parta victoria moris fuit Imperatorem pro tribunali sedere, vocatoque exercitu laudare milites, quid a quoque fortiter gestum prædicare, nominatim appellare singulos, illis-

que dona militaria largiri. Hasta Pura sive graminea erat sine ferro: Phalerarum nomine dicitur, quicquid equorum fronti, maxillis, et pectori ad ornamentum additur: armillæ brachiis, torques collo, coronæ capiti decori erant: at sicut coronæ aliæ aliis præstabant, ita aliæ aliis de causis dabantur: qui victoriam suis virtute militari peperisset, donabatur aurea corona: qui subiisset primus murum hostilem, murali: qui obsidione liberasset aut cives aut socios, obsidionali: qui primus in hostium castra vi irrupisset, castrensi: qui in navem, navali: qui hoste cæso civem servasset, civica. Castrensis, muralis, navalis plerumque aureæ, sed obsidionalis graminea; civica primum ilignea, deinde æsculea, denique quænea: qui civicam retulerat id habuit præ ceteris singulare; ut et ipsi, et patri, et avo vacatio omnium munerum daretur, locusque ad ludos spectandos Senatui proximus.

PCENÆ.

NON eadem apud Romanos militaris disciplina fuit, quæ urbana; aliisque in castris militi, alius in Urbe civi terror propositus: civem aut cedere virgis, aut securi ferire, magistratibus vetitum; at Imperatori, aut mortis, aut alterius, ut libebat, supplicii metu militem in officio coërcere fas erat. Animadversiones vero aliæ aliis graviores erant; quæ ignominiam tantum inu-

rerent, leviores, ut stipendio legitimo privari, hastam dare, ab exercitu removeri, tentorii locum mutare, hybernare extra oppidum, cibum stantem capere, fossam fodere, discinctum destitui, hordeo pasci, sanguinem mitti; graviores erant, quæ detrimentum inferrent, ut virgis cædi, venire, fuste et securi percipi, decimari, in crucem tolli. Sed de his hactenus.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

| | |
|----------------|---|
| Ald. 1. | Editio Aldina, an. 1502. |
| — 2. | ————— an. 1503. |
| — 3. | ————— an. 1508. |
| — 4. | ————— an. 1514. |
| — 5. | ————— an. 1534. |
| Aldd. | Hæ omnes Aldinæ. |
| Ascens. | Editio Ascensii, quam citat Perizonius. |
| Atreb. | Codex Atrebatensis Pighii. |
| Barb. 1. | Codex Barberinianus primus, ex Bibliotheca Cardinalis Francisci Barberini, designatus lit. F. 1. a Gudio. |
| Barb. 2. | Codex Barberinianus secundus, ex ejusdem Cardinalis Bibliotheca, designatus lit. F. 2. a Gudio. |
| Barth. | Caspar Barthius in schedis suis manuscriptis. |
| Bip. | Editio Bipontina an. 1806. |
| Bitur. 1. | Codex Bituricensis primus ab Joanne Barrio scriptus an. 1408. designatusque lit. B. 1. a Gudio. |
| Bitur. 2. | Codex Bituricensis secundus, corruptissime scriptus, qui lit. B. 2. designatur a Gudio. |
| Bongars. 1. 2. | Codices Bongarsii, quibus usus erat Colerus. |
| Brand. 1. 2. | Duo codices in Bibliotheca Electorali Brandenburgica, quos citat Vorstius. |
| Camp. | Codex Campensis Pighii. |
| Cauch. | Codex Cauchianus, quo usus erat idem Pighius. |
| Chalc. | Editio Demetrii Chalcocondylæ, quem citat Vorstius. |
| Coler. | Christophorus Colerus in Editione sua Hanoviæ an. 1614. |
| Colin. 1. | Editio Colinæi prima, Paris, an. 1527. |
| — 2. | ————— secunda, Paris. an. 1543. |
| Colon. | Codex Coloniensis Pighii. |
| Copes. | Codex Copesianus, quo usus erat Perizonius. |
| Dan. | Codex Petri Danielis, quem contulit Colerus in Ed. an. 1614. |

- Donac. Editio quæ Douaci prodiit an. 1619. exhibens margini ascriptas Collationes duorum codd. cum Conjecturis (Dousæ) V. D. cujusdam, quamque Bibliothecæ Lugd. Bat. legavit Gudius.
- Dous. Janus Dousa in Conjecturis.
- Exc. Steph. Variæ Lectiones ex vetustis codd. ad calcem Ed. Steph. an. 1544.
- Gembl. Codex Gemblacensis Pighii.
- Gryph. 1. Editio Gryphiana prima, an. 1536.
- 2. ————— secunda, an. 1541.
- 3. ————— tertia, an. 1543.
- 4. ————— quarta, an. 1546.
- 5. ————— quinta, an. 1547.
- 6. ————— sexta, an. 1550.
- 7. ————— septima, an. 1556.
- 8. ————— octava, an. 1566.
- Gud. Variæ Lectiones Marq. Gudii, ex viginti amplius codd. excerptæ.
- Guy. Guyetus, cujus conjecturas edidit Gudius.
- Harl. Codex Ecclesiæ Cathedralis Harlemensis, quem litera G. designat Gudius.
- Heins. 1. Codex Nic. Heinsii, olim ex Bibliotheca Marchionis Estensis, ita a Gudio designatus, H. 1.
- Heins. 2. Codex Nic. Heinsii alter, scriptus an. 1421. et a Gudio designatus ita, H. 2.
- Herbip. Editio Martini Herbipolensis, an. 1501. qua usus erat Vorstius.
- Kapp. Joannes Kappius in Ed. sua Lips. 1782. cujus textum exhibendum curavimus.
- Klok. Matthæus Klokkius in Epistola Critica ad Lipsium.
- Leid. 1. 2. 3. &c. Codices octo Leidenses, quos citat Torrenius.
- Lips. Codex Lipsiensis, quem contulit Fellerus.
- Medic. 1. 2. 3. &c. Codices Medicei sex, ita a Gudio designati: M. 1. M. 2. M. 3. &c.
- Mediol. 1. Editio Mediolanensis an. 1480.
- 2. ————— an. 1487.
- 3. ————— an. 1508.
- 4. ————— an. 1510.
- 5. ————— an. 1513.
- Mog. Editio Moguntina an. 1471.
- Mur. Codex qui extat in Collegio Jesuitarum Romæ, olim ex Bibliotheca Mureti, quem litera J. designat Gudius.
- Par. 1. 2. 3. &c. Codices quatuor ex Bibliotheca Regia Parisiensi, quos ita designat Gudius: L. 1. L. 2. L. 3. L. 4.
- Perizon. Perizonius in Notis a Torrenio editis.
- Pont. Joannes Isacius Pontanus.
- Pulm. Codex Pulmanni.

- Rhem. 1. Codex Rhemensis primus, quem habuit Gudius ex Bibliotheca Canonicorum Eccles. Cathedr.
 ——— 2. Codex Rhemensis secundus, quem habuit idem Gudius ex Bibliotheca S. Dionysii.
 ——— 3. Codex Rhemensis tertius, in monasterio S. Remigii servatus.
- Rup. Christophorus Adam Ruperti in Obs. Valerianis, Norimberg. an. 1663.
- Steph. Editio Rob. Stephani an. 1544. penes A. J. Valpy.
 Sus. Codex quem Pighio præstitit Jacobus Susius.
- Torren. Torrenius in Ed. sua an. 1726.
- Ultraj. 1. 2. Duo codices Ultrajectini, quos contulit Arn. Drakenborchius. His etiam usus erat Lipsius.
- Vat. 1. 2. Codices Vaticani, quos Gudius ita designavit: P. 1. P. 2.
- Venet. 1. Editio Veneta per Spirenses an. 1471.
 ——— 2. ————— per J. de Colonia an. 1474.
 ——— 3. ————— an. 1475.
 ——— 4. ————— a Bono Accursio an. 1478.
 ——— 5. ————— per Bononienses an. 1485.
- Vet. Editio omnium princeps, Fabricio non cognita, quam contulit Kappius.
- Vindob. Codex Vindoboniensis.
- Vorst. Vorstius in Ed. sua an. 1672.
- Voss. 1. Codex Vossianus primus, a Gudio designatus lit. V. 1.
 ——— 2. Codex Vossianus secundus optimæ notæ, sed mutilus, olim Petri Puteani, in quo ad marginem ascriptæ erant VV. LL. ex alio codice.
- Winck. 1. 2. 3. Codices Collegii Winckeliani, quibus usus erat Pighius.

VALERII MAXIMI
FACTORUM DICTORUMQUE
MEMORABILIMUM

LIBRI IX.

AD TIBERIUM CÆSAREM AUGUSTUM.¹

PRÆFATIO.

URBIS Romæ² exterarumque gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffusa sunt, quam ut breviter cognosci possint, ab illustribus electa³ auctoribus deligere constitui: ut documenta sumere volentibus longæ inquisitionis labor absit.^a Nec mihi cuncta

^a *Ut, qui cupiunt discere exempla virtutum, id possint sine magno labore consequi.*

.....

1 *Valerii Maximi factorum ac dictorum memorabilium Urbis Romæ exterarumque gentium incipit liber primus ad Octavianum Imp. in Mur. Publii Valerii Maximi Medic. 2. Marci Valerii Maximi Leid. 1. ceteri omnes codd. prænomen prorsus omittunt. Vide Lud. Carrion. Emend. lib. 1. cap. 7. et Vitam Val. Max. huic editioni præmissam. Inscriptionem Pighius fecit sic: Valerii Maximi exemplorum memorabilium liber primus. Vorstius malit: Valerii Maximi factorum dictorumque memorabilium liber. Brand. 1. habet Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium liber primus incipit; et sic multi codd. probantibus Colero et Vorstio. Codex Cop. præterea addit: domesticarum exterarumque gentium.—2 Populi Romani exterarumque Sus. et Rem. 2. unde in ed. Pighii, Coler. Thys. Delph. et alias fluxit. Nostram lect. confirmant Brand. 1. 2. aliique codd. cum Vet. Mog. Venett. Aldd. Gryph. et Steph.—3 Lipsius malit electa delere: Meursius legit: electa . . . digerere; et sic conj. vir quidam doctus in marg. Douac. Torrenius proposuit: ab illustribus edita auctoribus deligere. Lectionem nostram exhibent omnes codd. et*

complectendi cupido incessit. Quis enim omnis ævi gesta modico voluminum numero^a comprehenderit? Aut quis compos mentis, domesticæ peregrinæque historiæ seriem, felici superiorum stylo⁴ conditam, vel attentiore⁵ cura, vel præstantiore facundia, traditurum se speraverit?^b Te igitur huic cœpto, penes quem hominum Deorumque consensus maris ac terræ^b regimen esse voluit,^c certissima salus patriæ, Cæsar, invoco:⁶ cujus cœlesti providentia virtutes, de quibus dicturus sum, benignissime foventur; vitia severissime vindicantur. Nam si prisca oratores ab Jove Opt. Max. bene orsi sunt; si excellentissimi vates a numine aliquo principia traxerunt: mea parvitas⁷ eo justius ad favorem tuum decurrerit, quo⁸ cetera divinitas opinione colligitur, tua præsentis fide paterno avitoque^c sideri^d par

^b Aut quis prudens confidat Romanorum ceterarumque nationum res gestas, scriptas eleganter ab antiquioribus auctoribus, aut diligentius aut elegantius se ex ordine literis mandaturum?

^c Qui ex consensu Deorum et hominum mari et terræ imperas.



edd. vett. probante Kappio.—4 Codd. Bong. Par. 1. et Heins. 1. *felicitis seculi stilo*: Dan. Leidd. septem, uterque Ultraj. Medic. 1. et Vat. 1. *felici superiori stilo*. Vet. *felicitè superiori stilo*. Lectionem vulgarem non sollicitandam putat Kappius.—5 Multi codd. *attentiori*.—6 Codex unus Torren. *Cæsar Tiberi invoco*.—7 Lipsius voces *mea parvitas* contra omnium librorum veterum fidem expungit, et legit: *ego justus ad favorem tuum decurrero*. Pro *decurrerit*, Dan. et aliquot alii codd. et edd. vett. exhibent, *decurrerit*.—8 In quibusdam est, *quod*, improbante Kappio, nam subintelligitur ‘magis,’ quia præcedit: *eo justius*. Plene: *quo magis cetera*, &c. *quo* est etiam in plus quam triginta Mss. et vetustissimis editt. a Torrenio inspectis, et in Vet. Lips.

NOTÆ

^a *Voluminum numero*] Sunt, qui volumen inter et librum hoc interesse velint; quod liber aliquanto latius, quam volumen, pateat: cum liber pro codice integro, volumen vero pro libri tantum parte sumatur. Recte an male, viderint alii. Idem certe, quod illi, sentire videtur Plinius Orator, cujus hæc verba sunt: ‘Libri tres in sex volumina propter eorum amplitudinem divisi.’

^b *Maris ac terræ*] Non orbi tamen universo imperabat Tiberius; cum et

immensi illi Oceani tractus, qui ad Indias usque pertinent, ne noti quidem istis essent temporibus; et multi populi suis legibus uterentur, non in Asia solum, ubi Parthicum florebat imperium Romani æmulum, sed in Africa etiam, et Europa; in qua nec omnes Germanorum gentes domitæ, nec devicti Britanni.

^c *Paterno avitoque*] Augustum Juliumque Cæsares intelligit; illumque Tiberii patrem, hunc avum appellat. Nec Julii tamen Augustus, nec Au-

videtur: quorum eximio fulgore multum cærimoniis^e nostris inclytæ claritatis⁹ accessit.^d Deos enim reliquos accepimus, Cæsares dedimus.^f Et quoniam initium a cultu Deorum petere in animo est, de conditione ejus summatim disseram.

^d *Si poëtæ præstantissimi solent invocare Deum aliquem initio operum suorum, multo magis ego longe illis inferior debeo implorare tuum favorem: quod incerta tantum opinione cognoscimus divinitatem aliorum Deorum, tuam vero præsentem oculis cernimus, æqualem divinitati tui patris Augusti, et tui avi Julii Cæsaris; quibus in Deorum numerum ascriptis, ingens cærimoniis Romanorum splendor accessit.*



Venett. 1. 2. Mediol. et Mogunt.—9 In quibusdam codd. Torren. *inclytæ alacritatis.*

NOTÆ

gusti Tiberius natura filius fuit: sed ille a Julio ex Accia sororis filia nepos; hic ab Augusto ex Livia conjuge privignus, hæres testamento scriptus est.

^d *Sideri]* Dum in honorem, sive Veneris genitricis, ut vult Plinius, sive Julii Cæsaris, ut scribit Suetonius, ludos ederet Augustus: crinitum sidus per septem dies Septemtrionem versus fulsisse dicitur; creditumque vulgo est animum Cæsaris esse in cælum recepti: ideoque illius, tum stans, tum nummis, stella addita. Ita Suetonius. Unde etiam Virgilius: 'Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.' Et Horatius: 'Micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.' Stellam vero post Augusti obitum apparuisse nemo, quod sciam, memoriæ prodidit: non defuit tamen, si Suetonio

credimus, vir Prætorius, Numerius nomine, qui animum illius euntem in cælum vidisse se jurejurando confirmaret; cujus mendacii præmium, teste Dione, lib. LVII. decies sestertium a Livia dono accepit. Utrique tamen sidus non immerito tribuitur, cum in Deorum numerum uterque ascriptus esset.

^e *Cærimoniis]* Cærimonia ritus est sacer, voce deducta, vel a Cerere, vel potius a Cære Hetruriæ oppido, quod Livius lib. VII. appellat 'Sacrarium populi Romani, diversorium sacerdotum, ac receptaculum sacrorum.' Quod etiam paulo post affirmat Valerius n. 10.

^f *Cæsares dedimus]* Julium et Augustum, quorum ille ab Augusto, hic a Tiberio, in Deorum numerum ascriptus est.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER I.

CAP. I.

DE RELIGIONE.

OBSERVATA

- 1 A populo Rom.
- 2 L. Metello Pont. Max.
- 3 Ti. Graccho et Coss.
- 4 Sacerdotum collegiis.
- 5 Q. Fab. dict. et C. Flaminius mag. equ.
- 6 P. Crasso Pont. Max.
- 7 Æmiliæ Vestalis discipula.
- 8 M. Marcello v. Cos.
- 9 L. Furio Bibaculo prætore.
- 10 L. Alvanio.

- 11 C. Fabio Dorsone.
- 12 Q. Petilio Spurino præt.
- 13 L. Tarquinio rege.
- 14 M. Atilio Regulo.
- 15 Senatu Romano.

NEGLECTA

- 16 A C. Terentio Varrone.
- 17 Ap. Cæco et gente Potitia.
- 18 Milite Romano et Brenno Gallo.
- 19 P. Turullio præfecto classis.
- 20 Q. Fulvio Flacco cens.
- 21 Q. Pleminio legato prætore.

EXTERNA EXEMPLA OBSERVATÆ VEL NEGLECTÆ RELIGIONIS.

- | | |
|---------------------------------------|------------------------------|
| 1 Pyrrhus Epirotarum rex. | 5 Alexandri regis milites. |
| 2 Massinissa Numidarum. | 6 Persæ. |
| 3 Dionysius major Siculorum. | 7 Athenienses. |
| 4 Timasitheus Liparitanorum princeps. | 8 Diomedon Atheniensium dux. |

DE RELIGIONE OBSERVATA.

1. MAJORES [nostri^a] stas solennesque cærimonias,^b Pontificum scientia;^c bene gerendarum rerum auctorita-

1 Vocem *nostri* uncis inclusit Kappius, quam Leid. octo, Gudiani omnes,

NOTÆ

^a *Majores nostri*] Hic locus, quod operarum negligentia corruptus sit, aliter ab aliis legitur. Nos Pighium secuti sumus, qui præclare, ut solet, illum emendavit ex Ciceronis oratione de Aruspicum responsis, unde

tantum non ad verbum expressus est. Ciceronis vero locum; cum et sententiæ sententiis, et verba verbis fere respondeant, hic ascribere nihil opus est.

^b *Stas solennesque cærimonias*] Hoc

tes,^{2 d} augurum observatione;^e Apollinis prædictiones,^f vatum libris;^g portentorum depulsiones,^{3 h} Hetrusca disciplina,ⁱ explicari voluerunt.^a Prisco etiam instituto rebus

^a *Majores nostri voluerunt cærimonias certo die constitutas et solennes explicari scientia Pontificum; auspicia vero et ritus sacrificiorum, quæ ad res feliciter gerendas multum valere putantur, observatione Augurum; obscura Apollinis de rebus futuris oracula, libris Vatum; rationem, qua mala a portentis prænuntiata depelli debent, disciplina Hetruscorum.*



Ultraj. 1. 2. et Copesianus Cod. item editt. antiquæ, in quibus etiam Vet. Lips. et Lugd. bene omittunt. In Cod. Barber. loco glossematis ascripta est. Deinde pro *statas* Vet. habet *statutas*.—2 Codd. Cop. et Medic. 2. soli exhibent nostram lectionem: ceteri fere omnes codd. cum Vett. *auctoritate*. . . *prædictione*. In quibusdam codd. cum Medioli. 3. *prædicationes*. ‘Valer. Max. sine dubio hæc ex oratione Ciceronis de Aruspice. Responsis mutuatus est; qui et ipse quaternis clausulis sententiam finit, ex quo etiam Pighius et ante eum jam Aldus, immo et Olivarius Nostrum correxerunt.’ Kapp.—3 Nullus codex præ se fert, *depulsiones*; sed plerique omnes cum edd. antiq. *depulsis*. Gronov. conj. *depulsus*: Codd. Basilienses et Leidd. cum edd. Aldd. habent, *depulsas*; et sic legendum putat Kapp. vel *depulsa*, cum Pigh. Thys.

NOTÆ

est, sacrificia, quorum alia, ut tradit Festus Pompeius, quod certis quibusdam et diebus et statutis celebrarentur, stata, alia vero, quod singulis quibusque annis semel fierent, solennia dici moris erat.

^c *Pontificum scientia*] A quo fuerint instituti Pontifices? quæ eorum dignitas? Illa te docebit, quam præmissimus, de sacerdotiis Romanorum disputatio.

^d *Bene gerendarum rerum auctoritates*] Quæ erant sacrificia ante prælium fieri solita, et felici quodam exitu confirmata: quod exemplo planius fiet. In more positum erat, ut ante pugnam, vel Jovi, vel Marti, aliive Deorum ab Imperatore litaretur: deinde vero, si adversa esset in prælio fortuna, infandum sacrificium, si secunda, solenne haberi solebat: quod e re bene gesta fuisse Diis acceptum nosceretur.

^e *Augurum observatione*] Consule disputationem de sacerdotiis Romanorum.

^f *Apollinis prædictiones*] Si quando,

vel gravi peste, vel bello diuturno, aliave calamitate urbs laboraret; e civibus Delphos mittebantur, qui Apollinem, quid facto opus esset, consulerent. Tum si Phœbas erat Apollinis sacerdos, vel tauro, vel agno, illo aliove ritu, Neptuno, aut Mercurio, aliisque Diis sacrificandum præcepisset: hoc sacrificium inter solennia non referri nefas erat.

^g *Vatum libris*] Præcipue libris Sibyllinis, de quibus dicemus infra.

^h *Portentorum depulsiones*] Si quid enim mali ostenta portenderent: et sacrificia et preces, quibus depelleretur, imperabant Aruspices.

ⁱ *Hetrusca disciplina*] Aruspicinam intelligit, cujus ortum paucis accipe. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, et sulcus altius esset impressus, extitisse repente puerili quidem specie, sed senili prudentia. Ejus aspectu cum obstupisset bubulcus, clamoremque majorem edidisset, concursus ingens factus est. Tum ille plura locutus, oratioque illius fuit ea, quæ Aruspici-

divinis opera datur, cum aliquid ⁴ commendandum est, precatione: cum exoscendum, voto: cum solvendum, ⁵ gratulatione: ^j cum inquirendum, ^k vel extis vel sortibus ¹ impetrato: ^{6m} cum solenni ritu ⁿ peragendum, ⁷ sacrificio. ^o Quo etiam ostentorum ac fulgurum ^p denuntiationes procurantur. ^b

^b *Malu etiam, quæ portentis et fulguribus denuntiantur, sacrificio alio, ne eveniunt, avertuntur.*

et Delph. in quibusdam *depulsoria*.—4 Klok. monet in cod. Basil. esse, *cum aliquem*, seque id valde probare.—5 In uno Braud. uno Basil. et Medic. 1. *exsolvendum*.—6 Sic correxit Turnebus, cum in omnibus codd. legeretur, *impertito*. Joh. Bapt. Bellus de Part. Templi Aug. cap. 1. legit, *vel impetrato*, i. e. auspicio, fixo augurio.—7 Verbum *peragendum* debere induci judicavit

NOTÆ

cinæ disciplina contineretur. Hæc paulo pluribus Cicero de Divinatione lib. II.

^j *Gratulatione*] Id est, gratiarum actione. Nam ‘gratulari,’ cum ad Deos refertur, idem valet, quod gratias agere.

^k *Cum inquirendum*] Si quid adversi accidisset, tria vulgo inquirebant: an irati Dii? qua de causa? qua ratione placandi? Id vero, vel per exta, vel per sortes explorabant. Exta, si pallida, si aliqua parte mutila, si pustulis aut livore deformia, aut duritie contracta; Deos iratos: si vero læta, vivida, et integra; placatos significabant.

¹ *Sortibus*] Sortes tessellis talisve jactatis captabantur: cumque ex tesserarum superficie de eventu judicarent; si sortes auctæ, omnia prospera; si diminutæ, tristia portendebantur.

^m *Impetrato*] Augurale est vocabulum, quasi ad impetrandum faustum rei exitum: quasi impetratum, inquit Festus, hoc est, firmum vel stabile; vel ex aliis in petra fixum. Ita Plautus in *Asinaria*; ‘Impetratum inauguratu’st quovis admittunt

aves.’ Unde ad inquirendos rerum futurarum eventus, sacra impetrata celebrari mos erat, quæ certa petentibus denuntiarent.

ⁿ *Solenni ritu*] Qui non semel tantum in anno fieret, ut quidam volunt; sed qui admodum celebris esset.

^o *Sacrificio*] Infinitus ego sim, si quo ritu, quibusve cærimoniis singula sacrificia celebrarentur, persequi velim. Varia enim erant genera; alia votiva pro votis publicis; alia soteria pro salute principum; alia gentilitia, et cujusque gentis propria; alia Ambarvalia, quibus arva et fruges porco lustrabant.

^p *Quo etiam ostentorum ac fulgurum*] Si lapidibus, si sanguine pluisset, aliaque id genus contigissent, portentum fuit. Si vero tecta publica de cælo tacta, fulgur. Non eodem tamen sacrificio ostentum et fulgur curabantur: illud enim novemdiali sacrificio, hoc vero majoribus hostiis: et præterea ex Tagetis præscripto sancitum erat, ut locus ille, bidental deinceps appellatus, aris etiam positus in posterum religiose coleretur.

Tantum autem studium antiquis non solum servandæ,⁸ sed etiam amplificandæ religionis fuit, ut, florentissima⁹ tum et opulentissima civitate, decem¹⁰ principum filii⁹ S. C. singulis Hetruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia, traderentur.¹¹

Cererique,¹² quam more Græco^r venerari instituerant, sacerdotem a Velia,⁵ cum id oppidum nondum civitatis nomen accepisset, Calcitanam peterent, vel, ut alii dicunt, Calliphennam:¹³ ne Deæ vetustis ritibus¹⁴ perita deesset antistes. Cujus cum in urbe pulcherrimum templum^t haberent,¹⁵ Gracchano tumultu^{16 u} moniti Sibyllinis¹⁷ libris,^v

Merula; et sic in ed. Mediol. 3.—8 Leid. 7. *observandæ*: ceteri codd. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. 3. *servandæ*. Cf. I. 1. 11. et III. 8. 6. Hoc placuit Gudio, qui notat Guyetum frustra maluisse, *observatæ*.—9 In quibusdam edd. *ut e florentissima*: præpositio abest a quamplurimis codd. et omnibus edd. antiq.—10 Lipsius suspicatus est, legendum esse, *duodecim*.—11 Vocem *traderentur* Lipsius ad oram libri sui pro glossa expunxerat; sic tamen iterum III. 2. 21. III. 3. 3. et III. 7. 3. et retinetur ea vox in codd.—12 Vulgo, *Cereri quoque*; sed omnes fere codd. cum antiquis edd. *Cererique*.—13 *Calliphannam* Cicero appellat, et ita Ms. Coleri. *Caliphocnam* Vet.—14 Ita Codd. Brand. 1. 2. Basil. Copes. et antiquiores typis expressi cum Vet. Alii: *vetusti ritus*. Sed si *vetustis ritibus* construitur cum *deesset*, omnia plana sunt.—15 Heins. 2. *haberetur*; et ita ab alia manu in Leid. 7.—16 *Gracchano interitu pollutum* plerique codd. cum Ald. et Chalc. *Gracchano tumultu moniti ex S. Camp. Gracchamo motu moniti* Winck. 3. Lipsius ex edd. antiq. citat *Gracchano nutu*; unde ille, *motu*, ut in codd. Pulm. et Brand. 1. *Græco tuitu* in altero Brand. *Græco ritu* in cod. Perizon. In codd. Torren. *Græco nutum*, vel, *Græco ritum*, quod recentiori manu in duobus correctum ita: *Graccano interitu pollutum*, vel *Graccano tumultu*, vel *Græco tu multu*, *Graccano tumultu*, *Grachi nutu*, *Græco nutu*, *Gracco nutu*, *Gracchiano motu*, *Gabino ritu tuonito*.—17 Unus Douac. cum Ultraj. 2. *ex Sibyllinis*: Leid. 7. auctior: *moniti*

NOTÆ

⁹ *Decem principum filii*] Sex tantum numerat Cicero de Divinatione: at non dubium est, quin et illius et Valerii locus corruptus sit: cum enim constet apud omnes duodecim fuisse Etruriæ populos, et singulis, singulos principum filios in disciplinam traditos uterque velit; inde consequens est, nec sex, ut Cicero, nec decem, ut Valerius, sed duodecim, ut neuter, principum filios, legendum esse.

^r *More Græco*] Fama tenet ab Arcadibus, qui a Græcis oriundi sunt, in monte Pallantio, quem illis Fau-

Delph. et Var. Clas.

nus concesserat, Cereri, et ædem exstructam, et sacra instituta: quibus id, teste Livio, præ ceteris singulare fuit; ut ad ea, nec vinum, nec alios sacerdotes, quam matronas adhibere fas esset. In his vero duobus nihil a Romanis immutatum testatur Dionysius lib. I.

⁵ *Velia*] Oppidum est Lucaniæ a Phocensibus in sinu Pæstano conditum. Elea quoque a fluvio cognomine dicitur apud Strabonem. Nunc destructa.

^t *Pulcherrimum templum*] Ab A. Postumio Dictatore anno Urb. 257. de

Val. Max.

H

ut vetustissimam Cererem placarent, Ennam,^{18 w} quoniam sacra ejus inde orta credebant,^x decem viros¹⁹ ad eam propitiandam miserunt.* Item matri Deum^y sæpenumero imperatores nostri, compotes victoriarum, suscepta vota Pessinuntem^z profecti solverunt.²⁰

2. Metellus^a vero Pontif. Max.^b Postumium^c consulem, eundemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem,^d ne a sacris discederet, multa indicta,²¹ ur-



et docti Sibyllinis.—18 Multi codd. *Hennam* habent. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. i. 93. et Duker. ad Flor. III. 19. 8.—19 Torrenius invenit, *quindecimviros* in viginti septem Mss. ut est in edit. vett. et Lips. Pighius edidit *decemviros*, quia primo, Cicero in Verrina sexta, eandem historiam referens, *decemviros* appellat, secundo, ex Dionys. Halicarn. lib. IV. apparet, *quindecimviros* quinquaginta demum annis post, nempe A. U. C. 670. ortos esse. Perizonius tamen Valer. Maximum errasse putat, et scripsisse *quindecimviros*, quod probat Kappius.—20 Leid. 7. *persolverunt*. Vide Curt. VII. 11. 7.—21 Brand. 1. 2. Dan. et undecim codd. Torrēnii, *multa dicta*: Heins. 2. in marg.

NOTÆ

Volscorum spoliis conditum, non procul a Circo maximo. Illud enim, cum initio belli victus inopia laboraretur, libris Sibyllinis monitus voverat.

^u *Gracchano tumultu*] Id paulo post cædem Ti. Gracchi, P. Mutio, L. Calphurnio Coss. contigit. Ex Ciceronis Verrina VI.

^v *Sibyllinis libris*] Quæ ad hos libros pertinent, vide in disputatione de sacerdotibus Romanorum, pluribus explicata.

^w *Ennam*] Siciliæ oppidulum, juxta montem Ætnam, nunc *Castro Joanni*.

^x *Orta credebant*] Vetus est opinio, insulam Siciliæ totam esse Cereri et Liberæ consecratam; et natas iis in terris Deas; raptamque fuisse Proserpinam ex Ennensium nemore: qui locus, quod in media insula est situs, ‘Umbilicus Siciliæ’ appellatur. Ita Cicero.

* An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

^y *Matri Deum*] Quæ vulgo Cybele dicitur, apud Syros Astarte, apud Persas Mithra, apud Ægyptios Luna,

ex Plut. apud Afros Urania, ex Herodiano.

^z *Pessinuntem*] Urbem Phrygiæ templo Cybeles nobilitatam: cui hoc ἀπὸ τοῦ πεσεῖν nomen inditum est; quod illius Deæ simulacrum e Cælo lapsum divinis honoribus ibi coli cæptum sit. Ita Herodianus. Nunc *Possene*.

^a *Metellus*] L. Cæcilius Metellus duobus Consulatibus, Magisterio equitum, Dictatura, et triumpho illustris. Vide quæ de Cæcilia gente diximus.

^b *Pontif. Max.*] De Pontifice maximo multa Sacerdotiis Romanorum, item de Flamine Martiali, et de potestate Consulium in Magistratibus Romanorum.

^c *Postumium*] A. Postumium Albinum e Patricia Postumiorum gente, quæ his præcipue cognominibus distincta fuit, Tuberti, Regillensis, Albi, et Albini: quæ familia fuit omnium nobilissima.

^d *Africam petentem*] Dum bellum in Sicilia utrimque acriter geritur.

bem egredi passus non est: ^e religionique summum imperium cessit: quod tuto se Postumius Martio certamini commissurus non videbatur, cærimoniis Martis desertis.†

3. Laudabile duodecim fascium ^f religiosum obsequium: laudabilior quatuor et viginti in consimili re obedientia. ^e A Ti. enim Graccho ^g ad collegium augurum literis ex provincia missis, ²² ^h quibus significabat, ‘se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animadvertisse, vitio tabernaculum captum, ⁱ comitiis ^j consularibus, ^k quæ ipse

^e *Laudabilis quidem religiosa obedientia unius consulis Postumii, cui duodecim erant lictores cum fascibus: sed laudabilior est duorum consulum C. Figuli et Scipionis Nasicæ, quibus erant 24. lictores cum fascibus.*



inconsulta Dea; et sic in contextu Leid. 7. et Venett. 1. 2. sed in Mediol. 3. *inconsulto Deo*, quod correxit Theophilus in, *inconsulto eo*, sc. Pontifice: in Leid. 8. *ml'cta dea*.—22 Perizonius legi jussit: *literis ex provincia missis*; et sic est in omnibus fere codd. et edd. ante Pighium, qui edidit: *literæ sunt*

NOTÆ

^e *Egredi passus non est*] Quod causæ fuit, ut duo Prætores Romæ primum crearentur: quorum alter in urbe civibus jus diceret, alter in bello adesset Consuli. Quod ex Liviana Epitome probant Sigonius et Pighius.

† An. M. 3812. Ol. 134. 3. Urb. C. 511. Ant. Ch. 241.

^f *Duodecim fascium*] Primum regiæ, deinde consularis potestatis fuerunt insignia, quæ lictores, seu Regibus, seu Consulibus ad terrorem præferabant. Virgarum erant fasciculi, in quibus ita securis erat alligata, ut ferrum in summo fasce extaret. Hoc instituit Romulus, sive ex numero avium, quæ augurio regnum ipsi portenderant, sive ab Etruscis adsciverit, de quibus hoc ab auctoribus proditum est; quod cum ex duodecim constarent populis, singuli singulos lictores, omnium consensu, creato Regi mitterent.

^g *Ti. enim Graccho*] Gracchorum, qui novarum rerum cupidi in tribu-

natu necati sunt, ille pater fuit: vir belli pacisque artibus clarissimus. Vide plura in gente Sempronia.

^h *Ex provincia missis*] Sardinia, quam ex secundo Consulatu prorogato imperio extra ordinem obtinuerat.

ⁱ *Vitio tabernaculum captum*] Tabernaculum vitio captum dicebatur, si is cujus erat augurium capere, capto tabernaculo, egisset quidpiam aliud, quod ad augurium nihil pertineret. Ita Plut. In eo vero peccaverat Gracchus, quod cum cepisset tabernaculum in hortis Scipionis, et pomærium postea intrasset, Senatus habendi causa; in redeundo, cum idem transiret pomærium, auspicari esset oblitus: sicque imprudens inauspicato pomærium transgressus est. Hæc Cicero de Natura Deorum lib. II. et de Divinatione lib. II.

^j *Comitiis*] A cœundo dicta sunt: quod vero populus modo in tribus, modo in curias, modo in centurias divisus suffragium ferret; ideo tripli-

fecisset ;¹ eaque re ab auguribus ad senatum relata,²³ jussu ejus C. Figulus^m e Gallia,ⁿ Scipio Nasica^o e Corsica^p Romam redierunt, et se consulatu abdicaverunt. †

4. Consimili ratione P. Clælius^q Siculus,²⁴ M. Cornelius Cethegus,^r et C. Claudius,^s propter exta parum^t curi-

ex provincia missæ.—23 Codd. Harl. Bit. 1. et Copes. *delata.*—24 *Consimili ratione post P. Clælius* in edd. vett. *post Clælius* in cod. Bongarsii ; unde Coler. conj. *Consimili ratione postea Clælius.* Heins. 1. 2. Barb. 1. 2. cum uno Leid. hæc ita constituunt : P. *Celius*, M. *Corvinus*, Gneus *Cethegus*, G. *Claudius* ; sed Leid. pro *Corvinus* habet *Cornelius* : quatuor alii, *Publius Celius* M. *Cornelius Cethegus*, G. *Claudius*. Bitur. 1. *Post Celius Siculus*, Mesus *Cornelius Cethegus*, G. *Glaudius*. Leid. 1. P. *Celius*, M. *Cornelius*, Gn. *Cethegus*,

NOTÆ

cis erant generis comitia Tributa, Curiata, et Centuriata : in quibus omnibus ea fuit populi auctoritas, ut quod plures, sive tribus, sive curiæ, sive centuriæ jussissent, id ratum haberetur.

^k *Consularibus*] Centuriata erant, in quibus Consules, Censores, Prætores, Proconsules, interdum Reges sacrorum, Tribuni militares consulari potestate, et Decemviri creari moris erat. Nominis ea fuit ratio, ut si Consulis eligendi causa convocarentur, Consularia : si Censoris, Censoria : si Prætoris, Prætorica dicerentur. Idem de aliis Magistratibus intellige : fuerunt enim Comitia Ædilitia, Tribunitia, et Quæstoria.

¹ *Quæ ipse fecisset*] Fuit illius, qui tum erat Consul, indicere Comitia ; quibus tum Consules, tum alii omnes Magistratus in annum sequentem legerentur : nec enim Prætori Prætorica, nec Censori Censoria cogere licebat. Si ambo Consules essent in urbe, inter se sortiebantur, uter eorum præesset comitiis. Si abesset uterque, ducta sorte alter redibat. Si vero nullus esset : tum Comitiorum causa Interregem creari opus fuit.

^m *Figulus*] E Martiorum gente non patricia, sed plebeia. Ipse Prætor

in bello Macedonico classi præfuit, et iterum Consul contra Dalmatas rem bene gessit.

ⁿ *E Gallia*] Cisalpina, quæ in Cispadanam et Transpadanam vulgo dividi solet.

^o *Scipio Nasica*] ‘Corculum’ vulgo dictus, vir ingenio, eloquentia, et juris scientia præstantissimus.

^p *Corsica*] Insula inter mare Ligusticum et Tyrrhenum, rupibus et montibus aspera. Nunc *Corse*.

† An. M. 3892. Ol. 154. 3. Urb. C. 591. Ant. Ch. 161.

^q *P. Clælius*] Clælii patricii fuerunt, Alba diruta, in urbem ab Hostilio Rege translati ; quos nomen a Clælio Æneæ comite traxisse auctor est Dionysius. Tres quatuorve hujus nominis Consules memorantur. Quis hic fuerit, incertum : is forte qui Tribunus militaris anno Urb. 376. appellatur a Livio.

^r *M. Cornelius Cethegus*] E gente Cornelia : hujus familiæ hic princeps fuit.

^s *Claudius*] Duplex Romæ gens Claudiorum fuit, altera patricia, altera plebeia, utraque nobilis. Ille Caius, quisquis est, anno Urb. 545. Flamen Dialis erat.

^t *Extæ parum, &c.*] Cæsa victima, sacerdotis erat exta primum diligen-

ose admota aris²⁵ Deorum immortalium, variis temporibus bellisque diversis flaminio^u abire jussi sunt, coactique etiam. At Sulpicio^v inter sacrificandum apex^w e capite prolapsus, eidem²⁶ sacerdotium abstulit.

5. Occentusque²⁷ soricis auditus, Fabio Max.^x dictaturam,^y C. Flaminio^z magisterium equitum^a deponendi causam præbuit.²⁸ *

G. Claudius.—25 Vox aris deest in quindecim codd. aris Deorum immortalium omittitur in uno Rem. Deorum immortalium admota aris, variis temporibus conj. Torrenius.—26 Nostram lectionem exhibent codd. supra viginti et edd. antiq. Lipsius conj. idem.—27 Occentus autem in quibusdam edd. sed Codd. Coleri, Perizonii et Brand. 1. 2. nostram lectionem testantur. Bit. 1. et Leid. 1. vocem auditus delent.—28 Copes. cum cod. Col. Jesuitarum

. NOTÆ

ter admovere altaribus, tum suscipere, denique comedere.

^u *Flaminio*] Id est, sacerdotio Flaminis: ut enim a Pontifice Pontificatus, ita a Flamine Flaminium dicitur.

^v *Sulpicio*] Ser. Sulpicio Galba, e patricia Sulpiciorum familia, qui Fabio Maximo in Pontificatu successit.

^w *Apex*] Erat in summo Flaminis pileo tenuis virga, in qua extrema floccus eminebat.

^x *Fabio Max.*] Cunctatori, qui et a Verruca in labris 'Verrucosus,' et a mansuetudine 'Ovicula' dictus est: de quo multa reperies in gente Fabia. Hic oritur quæstio perdifficilis: Cunctator enim ille Fabius, cum apud Livium, tum in fragmentis etiam Capitolinis, bis Dictator fuisse perhibetur: at quo anno, quave de causa Dictaturam primam gesserit, nec Livius nec fragmenta illa produunt: alteram enim eo anno, quo C. Flaminus ad Thrasimenum cæsus est, gessisse apud omnes liquet. Cum vero et Plutarchus in Marcello Polybium secutus, illum hoc fere tempore Dictatorem fuisse dicat, et uterque Consul propter bellum Istricum abesset; non temere, nisi mea me fallit opinio, suspicor, illum hoc anno Dictatorem co-

mitiorum causa dictum fuisse. In eo tamen Plutarchus a Valerio dissentit, quod Dictaturam non a Fabio Maximo, sed a M. Minutio ob soricis occentum depositam velit. Cur Valerio potius, quam Plutarcho hac in parte assentiar, duo me movent: unum, quod M. Minutius a nemine, si Plutarchum exceperis, Dictator appelletur: alterum, quod Minutii nomen, pro Maximo, in Plutarchi textum librariorum vitio facile poterit irrepere; cum præcipue Minutius Fabio Maximo iterum Dictatori Magister equitum fuerit.

^y *Dictaturam*] Quæ fuerit illa dignitas, diximus in militia Romanorum.

^z *C. Flaminio*] E Quintiorum gente patricia. Ille ipse est, qui in primo Consulatu triumphavit de Gallis: in altero ad Thrasimenum ab Annibale victus cecidit.

^a *Magisterium equitum*] Ubi creatus erat Dictator, continuo sibi ipse deligebat Magistrum equitum; cujus eadem fuit apud Dictatorem potestas, quæ, et antea apud Reges Tribuni Celerum, et multo post apud Imperatores Præfecti prætorio. Summum enim jus illi fuit, tum in milites, tum in accensos omnes: vetitum tamen

6. Adjiciendum his, quod P. Licinio^{29 b} Pontifici Max. virgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis^c custos fuisset, digna visa est, quæ flagro admoneatur.^{30 d †}

7. Maximæ^e vero virginis Æmiliæ^f discipulam,³¹ extincto igne, tutam ab omni reprehensione Vestæ numen^g præstitit; qua adorante,^{32 h} cum carbasum,ⁱ quam opti-

//////////

Rom. præstitit.—29 Heins. uterque: *Postumio Licinio*. Copes. *Postumio Lucinio*.—30 Multi codd. *admoveretur*, et sic Delph. Vide Græv. ad Flor. i. 1. et Dempst. ad Rosin ii. 12.—31 ‘Pro *discipulam* malim *disciplinam* cum Torrenio, et multis Mss. et editionibus, in his Vet. et Lugd. Ad marginem ed. Lips. vir doctus ascripsit: *disciplinam*, non *discipulam*.’ Kapp.—32 Perizo-

NOTÆ

illi fuit injussu Dictatoris configere cum hoste, oppugnare urbes, et quicquid ad summam rerum pertineret, aggredi.

* An. M. 3833. Ol. 139. 4. Urb. C. 532. Ant. Ch. 220.

^b P. Licinio] Crasso, qui Pontifex Maximus etiam tum juvenis, cum sella curuli necdum sedisset, Crassorum familiam ad summos honores evexit. Ipse, aliquanto post, et Consul et Censor factus. Consule Liciniorum gentem.

^c Æterni ignis] Cavebant enim diligenter, ne sacer ille ignis restingueretur, ‘ut ad simulacrum cœlestium siderum,’ inquit Florus, ‘custos imperii flamma vigilaret.’ Si quando tamen, seu Vestalis culpa, seu quovis alio casu extinctus esset; alio igne, quam cœlesti, illum accendi nefas: puram enim et sinceram e Solis radiis flammam elicere noverant, qua sopitus ille ignis excitaretur.

^d Flagro admoneretur] Quicquid Vestalis deliquisset, illam certum supplicii genus manebat: aliud tamen pro genere delicti alio gravius. Si sacer restinctus ignis, virgis cædi; si damnata incestus crimine, suffodi viva jubebatur. Erat ad portam Collinam caverna altius humi depressa et incul-

ta tenebris, in qua stratus lectulus, ardens lucerna, ac, ne rea continuo fame periret, panis, lac, oleum. Hunc in locum postquam demissa erat Vestalis, clausumque ostium, altum fuit illo die per totam urbem silentium, ingensque mœror. Ita Dionys. et Plut.

† An. M. 3848. Ol. 143. 3. Urb. C. 547. Ant. Ch. 205.

^e Maximæ] Non familiæ, sed honoris hoc nomen fuit: sicut enim inter Pontifices Pontifex Maximus, ita inter Vestales Virgo Maxima principem locum tenebat, quæ et doceret alias, et earum collegio præsideret.

^f Æmiliæ] Gens una fuit Æmilliorum, multæ familiæ: ex quam hęc fuerit Æmilia, obscurum est.

^g Vestæ numen] Seu a vi stando, seu a vestiendo Vesta dicatur, Ovidio terra est, quod et vi sua stet, et floribus herbisque vestiatur; Ciceroni vero ignis, voce a Græcis deducta: *ἔστια* enim ad *focos* pertinet. Quænam autem fuerit Vesta; docet vel historia, vel fabula potius. Diodorus Saturni filiam, Fabius Pictor Jani uxorem facit, quæ ignis æterni custodiam puellis mandaverit.

^h Qua adorante] Insons Æmilia extensis super aram manibus, Vestam

mam³³ habebat, foculo^j imposuisset, subito ignis emicuit.^d

8. Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo, custodiendoque pertinax eorum indulgentia Deorum³⁴ semper excubuit; quod tam scrupulosa cura, parvula quoque momenta religionis examinare videtur:^{e 35} quia nunquam remotos ab exactissimo cultu cærimoniæ oculos habuisse nostra civitas existimanda est. In qua cum Marcellus^k quintum consulatum gerens templum Honori et Virtuti,^l Clastidio^m prius deinde Syracusisⁿ potitus, nuncupatis

^d Ipsa vero Vesta discipulam Æmilie virginis Maximæ vindicavit a supplicio, quod illi parabatur ob ignem extinctum; cum enim Æmilia adorans Vestam, iniecisset in foculum pallium, quod optimum habebat, subito ignis emicuit.

^e Quod maxima diligentia examinet res vel minimas, quæ ad religionem pertinent.

.....

nus conj. quam adoranti.—33 Codd. Pulmanni et Gembl. quem optimum, probante Ruperto: Leid. 7. quod.—34 Sic ed. vet. cum multis Mss. et editt. Vulgo: pertinax Deorum indulgentia. Non pauci quoque Mss. eorum Deorum ind.—35 Aliquot Mss. et editt. quo . . . examinari videntur, sensu eodem.—

NOTE

alta voce precatæ est, fasciamque a carbæa veste discissam super altare projecit: tum ex frigido cinere flamma per carbasum subito emicuit; ita civitati nec lustratione, nec novo igne opus fuit.

^l Carbasum] Pallium e serico, vel tenui lino, quo fœminæ nobiles utebantur.

^j Foculo] Locus est in quo fovetur ignis.

^k Marcellus] Fabii Cunctatoris æmulus: his genus, ætas prope æqualia fuerunt, magnitudo animi par, item gloria: sed alia alii. Fabius cunctando, ne vinceret Annibal, obstitit: Marcellus pugnando illum vinci posse docuit; eamque laudem uterque adeptus est, ut populi Romani, ille scutum, hic gladius vulgo dicentur.

^l Honori et Virtuti] Quibus tria Romæ templa a summis Imperatoribus

dicata sunt: unum a Q. Fabio Maximo bello Ligustico; ex Cicer. de Nat. Deorum lib. II. Alterum a M. Marcello captis Syracusis, quo de hic agitur. Tertium a C. Mario Cimbris devictis, teste Vitruvio lib. VII. Quo vero Romana juvenus una virtute veram solidamque gloriam comparari intelligeret, ea ratione hæc templa erant inter se disposita, ut ad Honoris ædem nullus, nisi per Virtutis templum pateret aditus.

^m Clastidio] Urbe Gallie Cisalpinæ, supra Placentiam. Strabo lib. V.

ⁿ Syracusis] Urbs fuit Sicilie totius his temporibus amplissima, ad montem Pachynum; quæ tum ex quatuor quasi urbibus constabat, teste Cicer. in Verrem IV. Una Insula, altera Acradina, tertia Tyche a nobili fortunæ templo, quarta Neapolis dicebatur. Quintam addit Strabo Epipolas: nunc vocatur Saragossa.

debitum votis³⁶ consecrare vellet, a collegio pontificum impeditus est, negante, ‘ unam cellam duobus Diis recte dicari.† Futurum enim, si quid prodigii in ea accidisset, ne dignosceretur, utri rem divinam fieri oporteret : nec dubus nisi certis Diis^p una sacrificari solere.’ Ea pontificum admonitione effectum est, ut Marcellus, separatis ædibus, Honoris ac Virtutis simulacra statueret.^q Neque aut collegio pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adjectio impensæ impedimento fuit, quo minus religionibus suis tenor, suaque observatio redderetur.

9. Obruitor tot etiam³⁷ illustribus consularibus^r L. Furius Bibaculus,^s exemplique locum vix post Marcellum invenit.* Sed pii simul ac religiosi animi laude fraudandus non est : qui prætor a patre suo collegii Saliorum magistro^t jussus, sex lictoribus^u præcedentibus, arma ancilia^v tulit :



36 Ita codd. Brand. et edd. antiq. pro eo quod Pighius et alii ediderunt : *nuncupatis votis debitum*.—37 Pro *tot etiam* Lips. conj. *tot et tam*. Coler. *tot tamque*. Pro *consularibus* Lipsius conjecit *consulatibus*, quod Periz. et Torrenius etiam in Ms. invenerunt. Placuit *consulatibus* quoque Colero, Guyeto,

NOTÆ

° *Nuncupatis debitum votis*] Votum duplex, conceptivum, quod animo tantum concipitur : nuncupativum, quod exprimitur verbis. Qui vota nuncupassent, ea libellis inscripta affigebant porticibus.

‡ An. M. 3846. Ol. 143. 1. Urb. C. 545. Ant. Ch. 207.

^p *Nisi certis Diis*] Quibusdam enim, quod societate quadam inter se conjuncti crederentur, una sacrificandi mos fuit, ut Castori et Polluci ; item Apollini et Dianæ.

^q *Statueret*] Ne hoc templum dedicaret mors improvisa impediit, ex Plinio : dum enim tumulum dumis obsitum explorat imprudentius, insidiis Annibalis circumventus occubuit.

^r *Consularibus*] Qui Consulatu perfuncti essent.

^s *Furius Bibaculus*] An ex nobili Furiorum gente fuerit, incertum. Hu-

jus filius in prælio Cannensi Quæstor cecidit.

* An. M. 3817. Ol. 135. 4. Urb. C. 516. Ant. Ch. 236.

^t *Saliorum magistro*] Salios alii a saltando, alii a Salio quodam Samothrace, qui Æneæ comites saltationem docuisse fertur, dictos volunt. Duodecim a Numa primum instituti ; totidem a Tullo Hostilio additi : illi Palatini, hi vero Collini appellati : quibus omnibus insignia data sunt, super pectus tegmen æneum ; dextra lorica, læva ancile, ense ad latus, in capite apices gestare : jussique per Urbem carmina canentes cum tripudiis solennique saltu incedere.

^u *Lictoribus*] Lictores dicuntur, inquit Festus, quod fasces virgarum ligatos ferant. His Consules, Prætores, Interreges, Dictatores utebantur, ut summoerent populum ; son-

quamvis vacationem hujus officii, honoris beneficio haberet.^f Omnia namque post religionem ponenda semper nostra civitas duxit: etiam in quibus summæ majestatis conspici decus voluit. Quapropter non dubitaverunt sacris imperia servire: ita se humanarum rerum futura regimen³⁸ existimantia, si divinæ potentiæ bene atque constanter fuissent famulata.^g

10. Quod animi judicium in privatorum quoque pectoribus versatum est. Urbe enim a Gallis capta,^w † cum Flamen Quirinalis^x virginesque Vestales sacra onere partito ferrent, easque pontem Sublicium^y transgressas, et clivum, qui ducit ad Janiculum,^z descendere,³⁹ incipientes, L. Alva-

^f *Quamvis beneficio dignitatis Prætorie non teneretur ad portanda ancilia.*

^g *Quapropter Imperatores non dubitaverunt servire rebus divinis, existimantes se futuros rectores rerum humanarum, si famulati ipsi fuissent bene et constanter divino numini.*



et Torrenio.—38 Ita plurimi codd. et edd. cum Vet. Lips. et Ludg. *ita se humanarum rerum velut curam gerere existimantia* in cod. Pulm. *ita se rerum h. curam gerere, si codex Coleri, qui rō existimantia glossam vocat. Pro futura* Harl. Vat. 2. et septem Leidd. exhibent, *habere*; unus Basil. *habitura*; Leid. 8. et Ultraj. 2. *futurum*.—39 Lipsius, Perizon. et Torren. malint *escen-*

NOTÆ

tesque, vel cæderent virgis, vel securi ferirent. Ita Livius.

^v *Arma ancilia*] Regnante Numa scutum breve e Cælo lapsum dicitur; simulque audita vox potentissimam fore Civitatem, quamdiu cæleste illud munus in ea mansisset. Scutum a figura, ex utroque enim latere recisum erat, ancile dictum est: ne vero ab hostibus dolo sublatum nascentis Imperii ruinam secum traheret, Mamurio cuidam negotium datum est, complura hujus similia effingendi, ne cæleste dignosceretur: quod, cum ille mira arte perfecisset, mercedis loco petiit, ut Salii sub extremos suos versus ipsius nomen recitarent: idque per multa tempora, tum in Sacris tum in Comitiiis, servatum esse testantur Festus et Plut.

^w *A Gallis capta*] Brenno Duce, ut

dicemus infra.

† An. M. 3665. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

^x *Flamen Quirinalis*] In honorem Romuli a Numa institutus. Quirinalis vero vocatur, vel a Romulo, qui Quirinus dictus est, vel a Curibus Sabinorum oppido, ex Varrone, vel ab hasta, quam Flamen ipse ferebat, ex Festo: Curis enim et hasta, idem est.

^y *Pontem Sublicium*] Qui Pontificibus nomen dedit, quod ab iis, et primum factus, et sæpe restitutus sit. Pons etiam Sacer, Æmilius, Hercules, et Lepidi dicitur. *Sublicum* non secus ac ‘obliquum’ dici putat Scalliger. Apparent etiam nunc illius fundamenta ex solido marmore in alveo fluminis.

^z *Janiculum*] Mons fuit trans Tiberim ab Anco Martio urbi additus, ce-

nius,^{40 a} plaustro conjugem et liberos vehens, aspexisset,⁴¹ propior publicæ religioni, quam privatæ caritati,^b suis, ‘ut plaustro descenderent,’ imperavit: atque in id⁴² virgines et sacra imposita, omisso cœpto itinere, Cæretem^{43 b} oppidum pervexit. Ubi cum summa veneratione recepta, grata memoria, ad hoc usque tempus hospitem humanitatem testantur. Inde enim institutum est, sacra ‘cærimonia’ vocari, quia Cæretani ea, infracto⁴⁴ Reip. statu perinde ac florente, coluerunt. Quorum⁴⁵ agreste illud et sordidum plastrum tempestive capax, cujuslibet fulgentissimi triumphalis currus, vel æquaverit gloriam, vel antecesserit.ⁱ

^a *Præferens cultum religionis publicæ, privato amori erga suos.*

ⁱ *Quare agreste illud plastrum et sordidum, quod opportune simulacra Deorum exceperit, vel adæquasse, vel superasse videtur gloriam cujuslibet currus triumphalis etiam fulgentissimi.*



dere. Cf. Martial. iv. Epig. 64. In primo Ultraj. erat *adscendere*, ut et in Leid. 7. et Heins. 1. sed ab alia manu.—40 *L. Albinus* cod. Dan. *L. Albinus* conj. Coler. et sic Leid. 1. *L. Albinus* in codd. quibusdam Vorstii, probante Ruperto. Codd. Torrenii dant, *L. Alvanus, Alvarius, Alvarus, Albanus, et Alvatus*.—41 Codd. Perizon. et Vat. 2. *conspexisset*.—42 Copes. cum compluribus aliis, *ad id*; tres, *super id*.—43 *Cære oppidum* cod. Dan. *Cære in oppidum* ex uno cod. Pigh. et sic Thys. Coler. et Delph. *Cærete oppidum* Aldd. 1. 2. *Cæretem oppidum* in aliis codd. *Cærete in oppidum* conj. Torren.—44 Pro *infracto* tredecim codd. *fracto* habent; et mox pro *florente* cod. Dan. *florentes*; tres alii *florentem ante*; Heins. 1. 2. Bit. 1. Ultraj. 1. 2. et octo alii, *florente ante*; et sic in edd. antiq. *florentes ante* unus Leid. et Voss. unde Vossius conj. *florente sancte*.—45 *Quare* in edd. vett. *Quarum* Vet. cum quibusdam Lips. unde ille, *Quorum*, sc. sacrorum, ut in Leid. 7. et Ultraj. 2. Mox

NOTÆ

teris quidem altior, sed ob aëris gravitatem infrequentior, licet inde prospectus in totam urbem pateret. Inde nomen invenit, si Festo credimus, quod per hunc collem, quasi per januam in agrum Hetruscum populus Romanus irrumperet. Si Macrobio, quod ibi Janus, vel habitavit, vel sepultus sit, quod verius putem: a flavis arenis ‘mons aureus’ nunc dicitur.

^a *L. Alvanus* [*Albanus*] Melius le-

geris *Albinus*, qui homo plebeius fuit.

^b *Cæretem*] Urbem Hetruriæ olim nobilissimam, quæ primum a Pelasgis ‘Agilla,’ deinde a Lydis ‘Cære’ appellata fuit; inde Cærites tabulæ, in quibus Censores scribebant eorum nomina, quos notæ causa privarent suffragiis: Cæretanis enim, jus quidem Civitatis concessum, suffragii non item. Nunc *Ceructere*.

11. Eadem Reipub. tempestate † C. Fabius Dorso^{46 c} memorabile exemplum servatæ religionis dedit. Namque Gallis Capitolium^d obsidentibus, ne statum⁴⁷ Fabiæ gentis^e sacrificium interrumpetur, Gabino ritu cinctus,^f manibus humerisque sacra gerens, per medias hostium stationes, in Quirinalem collem^g pervenit: ubi omnibus solenni more peractis, in Capitolium post divinam⁴⁸ ve-



codd. quatuordecim et Vet. *sordidius*; unde Lips. conj. *sordidans*.—46 *Dorso suo* Mss. plus quam triginta et Vet. *Dorsuo* malit Colerus, sed *Dorso* defendit Sigon. ad Liv. v. 46. alii codd. habent, *dorso suo*.—47 Atrebatensis Collegii codex Brand. 1. et Gembl. *statum* habent pro eo quod Aldus aliique ediderunt *statutum*; et hoc exhibent septem Leidd. et Ultraj. 1. 2. et Copes.—48 Codd. Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. et tres Leidd. cum Vet. *propter divinam*. Pighius, et ante eum jam Lips. post *venerationem* comma ponit, et *victricium*,

NOTÆ

‡ An. M. 3665. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

^c C. Fabius Dorso] Vel *Dorsuo* ex nobili Fabiorum familia.

^d *Capitolium*] Templum in monte Tarpeio Jovi sacrum: cui id nomen inditum est; quod, dum illius fundamenta jacerentur, hominis caput reperlum sit; ut voluit Liv. et Plut. vel ut mavult Scaliger, quod supra totam urbem emineret: quod enim Græcis ἄκρα, verbum e verbo Latinis *capitolium* est. Illud bello Sabino novit Tarquinius Priscus, jecitque illius fundamenta; ex hostium spoliis Servius Tullius altius extruxit; perfecit Tarquinius Superbus: Horatius Pulvillus Consul dedicavit. Post hæc tempora ter, seu incendio, seu ruina eversum est: semel in dissensione civili Marius inter et Syllam, L. Scipione et C. Norbano Coss.; iterum sub Vitellio, tertium sub Tito: ter etiam restitutum, primum a L. Sylla Dictatore, tum ab Imperatore Vespasiano, denique a Domitiano, cujus ea fuit hoc in opere munificentia, ut in deauratione duodecim talentorum millia, hoc est, septem milliones impenderit. Erant in

hoc templo tres ædes, una Junonis, altera Minervæ, tertia, quæ, et media, et maxima fuit, Jovis. Illius limina ænea, inaurata laquearia, vasa argentea, ambitus duodecim jugerum, &c. si quis plura requirat Dionysium consulat.

^e *Statum Fabiæ gentis*] Quod gens Fabia certis diebus in colle Quirinali sacrificare teneretur.

^f *Gabino ritu cinctus*] Quænam togæ componendæ ratio ‘ritus Gabinus’ diceretur, sic commode explicari potest. Togæ lacinia, quæ sinistro brachio imponi vulgo solebat, primum in tergum rejicienda, post contrahenda, tum ita retrahenda ad pectus; ut in nodum, qui togam breviorē redderet, necteretur. Hic ritus a Gabiis Latii urbe nomen invenit, quod illi cives dum forte sacris operantur togati, ingruentibus hostibus, subito contractis ea ratione togis obviam ire ausi sint, iisque fuis victores redierint. Hoc modo præcinctus Consul solebat bella indicere, Imperator sacra facere, cremare hostium spolia, &c.

^g *In Quirinalem collem*] Sextæ regionis pars erat præcipua: nomen

nerationem victricium armorum perinde ac victor, rediit.^j

12. Magna conservandæ religionis etiam P. Cornelio et Bæbio Tamphilo^{49 h} Coss.* apud majores nostros acta cura est. Siquidem in agro L. Petilii⁵⁰ scribæⁱ sub Janiculo cultoribus terram altius versantibus,^j duabus arcis^k lapideis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus Numæ Pompilii,^l Pomponis filii,⁵¹ fuisse; in altera

^j *Ubi sacrificio peracto solenni ritu, rediit in Capitolium quasi victor, postquam veneratus esset arma victricia Romuli ibi posita.*

&c. cum sequentibus conjungit.—49 Pro *Tamphilo* multi codd. habent *Pamphilo*, vel *Pamphilio*.—50 Ita codd. Dan. Brand. 1. 2. cum aliis Torrenii et edd. vett. in aliis codd. *Petillii*, probante Pighio.—51 *Pomponis filii* abest ab omnibus Leidd. Copes. Ultraj. 1. 2. et plerisque aliis. Ante Pighium edebatur: *Numæ Pomponii filii*, sed hoc profectum videtur ab Aldo, nam in vettioribus, scilicet Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Mediol. 1. 2. extat modo

NOTÆ

illi factum, vel a Curetibus, qui una cum Tatio Curibus Romam venerunt, ita Varro; vel a templo, quod ibi Quirino dicatum est, ut placet aliis apud Festum. Multis annis post 'Caballus' dictus est a duabus Statuis marmoreis Alexandri magni Bucephalum domantis, quarum alteram Phidias, alteram Praxiteles finxerat; utramque Constantinus Imperator Alexandria Romam deferri, et in thermis, quas ipse in colle Quirinali exstruxerat, collocari jussit. Hæc Onuphrius.

^h *P. Cornelio et Bæbio Tamphilo*] De his Consulibus certum est, unum P. Cornelium, alterum M. Bæbium nominatum fuisse, illumque e patricia Corneliorum, hunc vero e plebeia Bæbiorum gente: at, quod utriusque cognomen fuerit, incertum. Cornelius enim a Livio et Cassiodoro vocatur Lentulus; a Probo in Annibale, Plinio lib. XIII. c. 13. et tabulis Capitolinis Cethegus appellatur. Bæbius etiam, ab aliis Tamphilus, ab

aliis Pamphilus dicitur. Cum Ligures ad duodecim millia improviso oppressos cepissent, omnium primi, inquit Livius, nullo gesto bello triumpharunt.

* An. M. 3873. Ol. 149. 4. Urb. C. 572. Ant. Ch. 180.

ⁱ *Scribæ*] Erant Librarii in multas translati decurias, Quæstoriorum, Ædiliciorum, Prætoriorum, &c. quorum erat rationes publicas in tabulas referre; leges actaque omnia perscribere, &c.

^j *Altius versantibus*] Hoc est, dum terram fodiendo inverterent: ita etiam scribit Livius. Plutarchus vero tumulum, in quo arcæ defossæ erant, imbribus perruptum tradit, arcasque aquarum impetu e loco avulsas.

^k *Duabus arcis*] Cassius Hemina apud Plinium in duobus a Valerio dissentit; quod et scribam Cn. Terentium nominet, et unius tantum arcæ meminerit.

^l *Numæ Pompilii*] Qui genere Sabinus, Curibus oriundus, Tatii gener

libri^m reconditi erant Latini septem de jure pontificum, totidemque Græci de disciplina sapientiæ:ⁿ Latinos magna diligentia^o asservandos curaverunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existimabantur, Q. Petilius^{52 p} prætor Urbanus ex auctoritate senatus^q per victimarios^r igne facto,⁵³ in conspectu populi cremavit. Noluerunt enim prisci viri quicquam in hac asservari civitate, quo animi hominum a Deorum cultu avocarentur.

13. Tarquinius^s autem rex M. Tullium^{54 t} Duumvirum,^u



Numæ Pompilii.—52 Quos *Petilius prætor* Vat. 1. unde Torr. conj. eos Q. *Petilius*. Pighius primus edidit quod habent quædam edd. *L. Petilius*; codd. enim plurimi, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Aldd. et Steph. prænomen omittunt. Q. extat in quatuordecim Torrenii codd. et uno Perizonii.—53 In multis codd. *igni facto*. Mox *concremavit* pro *cremavit* in iisdem.—54 Dionysius Halic. lib. iv. *M. Atilium* vocat.—55 Aldd. Colin. Gryph. et

NOTÆ

post Romulum Rex electus, clauso Jani templo perpetuum suis otium fecit, sacra constituit, &c.

^m *In altera libri*] Quæ titulum Regis sepulti habuerat, inanis inventa sine ullo vestigio humani corporis; in altera vel lapis repertus, ut vult Plinius lib. XIII. c. 13. vel duo fasces, ut Livius lib. XL. candelis involuti, et in singulis septem libri non integri modo, sed recentissima specie. Ut arcarum, ita librorum numerum alii alium produnt: Livius quidem Valerius consentit, sed apud Plinium duodecim Varro, quinque Valerius Antias numerant.

ⁿ *De disciplina sapientiæ*] Pythagoricos fuisse tradit Valerius Antias; Pythagoræ enim discipulum fuisse Numam multi putarunt; vere an secus, nihil ad hunc locum pertinet.

^o *Latinos magna diligentia*] Omnes sine discrimine combustos memorant Livius et Plut.

^p *Q. Petilius*] Dicitur a Livio Q. Petilius Spurinus, qui Consul anno Urbis 578. dum adversus Ligures pugnat incautius, hastili trajectus occubuit.

^q *Auctoritate senatus*] Cum eos libros perlegisset Prætor, palam asseveravit illos, nec legi, nec servari oportere: quare Senatus in comitio primo quoque tempore cremandos censuit. Hæc pluribus Livius lib. XL. Nefanda quamplurima edoctum a Dæmone Numam scribit S. Angustinus; quæ, cum perficere non auderet, humi secum defoderit.

^r *Per victimarios*] Erant Sacerdotum ministri, quorum fuit ligare victimam, cultrum, aquam, molam, et alia hujusmodi parare, quæ in sacrificiis usui esse possent.

^s *Tarquinius*] Prisco, an Superbo libri Sibyllini oblatis sint, non liquet. Prisco, Solinus, Lactant. et Servius: Superbo datos volunt Varro et Dionys. Quod similis vero videtur, cum Duumviros a Superbo creatos testentur plerique.

^t *M. Tullium*] Virum nobilem fuisse ex eo patet, quod Tarquinius Duumviros e Nobilium numero legerit.

^u *Duumvirum*] Lege quæ in Sacerdotiis Romanorum multis super hac re et de Sibyllis disseruimus.

quod librum secreta civiliū sacrōrum continentem, custodiae suae commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum^v in mare abjici jussit: idque supplicii genus multo post⁵⁵ parricidis^w lege irrogatum est. Justissime quidem: quia pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda est.

14. Sed in his,⁵⁶ quae ad custodiam religionis attinent, nescio an omnes M. Atilius^x Regulus praecesserit, qui ex victore speciosissimo,^y insidiis^z Hasdrubalis,^a et Xan-

//////////

Steph. non multo post: Pighius voculam non expunxit; nam Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Mediol. 1. 2. cum Collat. Gnd. octo Leid. Ultraj. 1. 2. et Copes. hanc particulam non agnoscent. Mox pro *parricidis* in aliquot codd. est *patricidis*. —56 Voces in his deest in duodeviginti codd. Torrenii, et Vet. Mog. et Venett. Mox ad omissum in edd. Francof. Thys. Delph. et Minellii. Torrenius conj. Auctorem scripsisse: *sed quod ad custodiam, &c.* et sic Bitur. et

NOTÆ

^v *Culeo insutum*] Corium erat lupinum, in quo gallus, serpens, simia, et reus inclusi in fluvium projiciebantur, idque supplicii genus eo fuit gravius, quod gallus serpentem, serpens simiam, simiaque hominem dilaceraret.

^w *Multo post parricidis*] Cum Hostius quidam patrem occidisset haud multo post bellum Punicum secundum, latam hanc legem vult Sigonius; quam, et Sylla Dictator renovavit, et Pompeius Magnus Consul; qui jussit parricidas primum virgis sanguineis caedi, deinde una cum cane, gallo, vipera, et simia consui in culeo, tum in mare projici. Ita Modestinus et Justinianus.

^x *M. Atilius*] Regulus suis et victoriis et cladibus illustris ex nobili Atiliorum gente.

^y *Ex victore speciosissimo*] Navali pugna Hannonem et Amilcarem, terrestri tres alios hostium duces vice rat: centum ceperat urbes ex Eusebio, oppida ducenta, ducentaque hominum millia, ex Victore; tantamque spem delendae Carthagini con-

ceperat, ut et pacem æquis conditionibus oblatam repudiarit, et Carthagini portas metu obsignatas tenere se Romam scripserit.

^z *Insidiis*] Dum Romani castra tententur negligentius, Xanthippus ex improvise eos adortus victoriam retulit. Ita Zonaras: refert tamen Polybius, cui libentius crediderim, non insidiis actum esse, sed instructa utrimque acie justo prælio dimicatum.

^a *Hasdrubalis*] Cum in Valerio nomen illud sæpius occurrat, pluresque fuerint hoc nomine Pænorum duces; ne cui forte errorem objiciat nominum similitudo, operæ pretium facturum me putavi, si hoc in loco paucis apponerem ea, quibus alius ab alio facile dignosci possit. Quinque potissimum fuerunt Carthaginiensium duces, quibus omnibus idem Asdrubalis nomen fuit. Unus is, quem hic appellat Valerius, Hannonis filius, qui haud multo post a Metello victus a suisque occisus est. Alter Amilcaris et gener, et in Hispania successor, qui necatus a servo Annibali ux-

thippi^b Lacedæmonii ducis ad miserabilem captivi^c fortunam deductus, ac missus ad S. P. Q. R. legatus, ut ex se⁵⁷ et uno, et sene, complures Pœnorum juvenes pensarentur: in contrarium dato consilio,^d Carthaginem^e repetiit; ⁵⁸ ^f † non ignarus, ad quam crudeles, quamque merito sibi infestos^g Deos⁵⁹ reverteretur: verum quia⁶⁰ his juraverat, ‘ si cap-

Par. 1.—57 Perizonius cum Lipsio delet *ex*, quod tamen in omnibus Mss. et Vet. Lips. aliisque extat.—58 Vet. *petit*: Lips. Lugd. cum multis Mss. *petiit*. Mox Vet. cum Leid. sept. et oct. *non quod ignarus*, i. e. non quod ignarus esset.—59 ‘ *Deos* omittunt Dan. unus Brand. et delet Guyetus. Lipsius legit *eos*. Perizonius *dominos*. Rupertus cum duobus Mss. *hostes*. Torrenius cum Klokkio *Pœnos*. Sed *Deos* ceteri Mss. cum Vet. Lips. et Lugd. Fateor *Deos* parum aptum esse; at cum plerique libri *Deos* habent, et a librariis non expectari potest eos hanc difficiliorem lectionem faciliori substituisse, Valerius etiam more suo tam in verbis quam in sententiis granditatem affectat, et forte hoc verbo indicare voluit, jusjurandum non tam hominibus quam Diis ipsis præstari; fero lectionem tot testibus firmatam *Deos*, usque dum melior iuveniatur.’ *Kapp.*—60 Pighius expunxit *quia*, quod in Camp. id non reperiret; sed agnoscunt hoc verbum Brand. 1. 2. alique cum Vet. Mog. Venett.

NOTÆ

oris fratri imperium reliquit. Tertius frater Annibalis, cui dum auxilium ferret in Italiam, a Claudio Nerone et Lívio Salinatorum victus ad Metaurum flumen cecidit. Quartus Gisconis filius, et Sophonisbæ pater, qui ab Africano Majore sæpius, tum in Hispania tum in Africa superatus est, missusque Romam pacem obtinuit. Quintus ille fuit, qui Carthagine a Scipione Æmiliano capta, clam ad ipsum perfugit, relicta in arce conjuge, quæ liberos, ut Asdrubali ignaviam exprobraret, sua manu interfecit.

^b *Xanthippi*] Lacedæmonii, qui Carthaginensibus auxilio venerat.

^c *Ad miserabilem captivi, &c.*] Capti etiam cum duce Romani quingenti, cæsa vero viginti millia ex Polyb. et Orosio. Numerum auget Entropius, qui quinque millia capta scribit, occisa vero triginta millia; tantaque accepta clades, ut ex potentissimo exercitu, vix duo millia Clupeam fuga pervenerint.

^d *In contrarium dato consilio*] Cum negaret se, aut diu victurum, qui dudum Carthagine venenum ebibisset: ita enim Gellius et Zonaras; aut mansurum in ea civitate, in qua dignitatem honesti civis Pœnorum captivus retinere non posset: ita Eutropius. Eaque fuit, seu fide in Pœnos, seu severitate in suos, ut nec urbem ingredi, nec uxorem ad colloquium admittere sustinnerit.

^e *Carthaginem*] Romæ his temporibus æmulam. Tyrionum colonia fuit in ora Africæ maritima, suis etiam victoriis et clade clarissima. *Cartin* ex ejus ruinis Tunetum exercuit. De his fusius in Justino.

^f *Repetiit*] Jurejurando enim strictus erat, ut, si nec pacem nec captivorum permutationem obtineret, rediret ad vincula.

† An. M. 3803. Ol. 152. 2. Urb. C. 502. Ant. C. 250.

^g *Merito sibi infestos*] Quod multa ipse Pœnorum millia occidisset.

tivi eorum redditi non forent, ad eos se rediturum.' Potuerunt profecto Dii immortales efferatam mitigare sævitiam: ceterum quo clarior esset Atilii gloria, Carthaginienses moribus suis uti passi sunt; tertio Punico bello^h religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati,ⁱ urbis eorum interitu justa exacturi piacula.^k

15. Quanto nostræ civitatis senatus venerabilior in Deos! qui post Cannensem cladem † decrevit, 'ne matronæ ultra tricesimum diem^j luctus suos extenderent,' uti ab his sacra Cereris peragi possent: quia majore pæne Romanarum^k virium⁶¹ parte in execrabili ac diro solo jacente, nullius penates mœroris expertes erant. Itaque matres ac filiæ, conjugesque, et sorores nuper interfectorum, abstersis lacrymis, depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem, et aris dare thura coactæ sunt. Qua quidem con-

^h *Visi sunt Dii permittere ut Carthaginienses sibi innata crudelitate Atilium lacerarent, ut ipsi Dii sumerent supplicia merita ob Regulum virum religiosum tam crudeliter vexatum, eversione illorum civitatis in tertio bello Punico.*



1. 2. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. et Steph.—61 Sic cum plurimi codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Lips. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius cum in uno et altero cod. reperisset, *Romanorum virorum*, hoc substituit, et eum secuti sunt Coler. Thys. Delph. et Minellius, improbante Vorstio.—62

NOTÆ

^h *Tertio Punico bello*] Cum a Scipione Æmiliano capta et incensa Carthago est, penitusque subversa.

ⁱ *Tam crudeliter vexati*] Diris sane suppliciis cruciatus est Atilius: primum quidem, et id tantum cibi datum est, unde vitam ægre sustentaret; et adductus elephas, a quo terribus, nec animo nec corpore conquiesceret: tum præcis palpebris, ne connivere posset, solis radiis obiectus est: in dolio denique inclusus præfixo claviculis, quorum aculeis misere laceratus interiit. Hæc fere Gellius et Zonaras. Quod ubi Romam allatum est, Pœnorum captivorum nobilissimi quique Atilii liberis dediti sunt, et ab iis haud absimili

mortis genere interemti.

† An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

^j *Tricesimum diem*] Per annum lugere moris erat.

^k *Majore pæne Romanorum*] Quadraginta millia peditum cæsa dicuntur, tria fere equitum. In his Consulum alter Æmilius Paulus, duo præcedentis anni Consules, Quæstores duo, viginti Tribuni militares, Consulares quidam, Ædilitii, Prætoresque multi, octoginta præterea Senatores, capta peditum tria millia, equitesque trecenti. In hoc omnes consentiunt auctores: de annulis infra.

stantia obtinendæ religionis, magnus cœlestibus injectus est rubor ulterius adversus eam sæviendi gentem, quæ ne injuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu absterreri potuerit.¹⁶²

NEGLECTA.

16. Creditum est,⁶³ Varronem¹ consulem apud Cannas^m cum Carthaginiensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Junonis:⁶⁴ quod cum ludos Circensesⁿ ædilis^o faceret, in

¹ *Quæ quidem constantia in observanda religione pudore quodam affectit Deos, et illos movit ne deinceps adversarentur illi nationi, quæ non potuerat avocari ab eorum cultu magnitudine cladis acceptæ.*

~~~~~

Vulgo potuerat: lectionem nostram ex quibusdam codd. restituit Torrenius; quam exhibent etiam Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. et Steph.—63 Novum caput *De Neglecta Religione* hic ordiuntur omnes codd. et edd. ante Pighium.—64 Klok. notat in Basil. esse: *ab ira Junonis*.—65 Schottus in suo

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Varronem*] C. Terentius Varro dicitur est, humili loco natus; pater enim illius, teste Livio, lanuus fuit, mercisque institor, filioque in servili ejus artis ministerio usus. Is mortuo patre, proclamando pro sordidis hominibus adversus rem famamque bonorum, primo in populi notitiam, deinde ad honores pervenit. Quæstura duplici, Ædilitate tum plebeia tum curuli, Præturaque perfunctus, Consulatum adeptus est homo temerarius; cui post cladem Cannensem, cujus auctor fuerat, in urbem redeunti, et a populo et a Senatu gratiæ actæ sunt, quod de Republica non desperasset, oblataque Dictatura. Ita Livius.

<sup>m</sup> *Apud Cannas*] Apuliæ oppidum, non procul ab Anfido flumine. Nunc illius tantum supersunt rudera, diciturque *Canna destrutta*.

<sup>n</sup> *Ludos Circenses*] Ludi apud Romanos duplicis erant generis; alii Scenici, a Scena; alii Circenses, a Circo dicti. De Circensibus tria potissimum hic quærenda mihi visa

*Delph. et Var. Clus.*

sunt, quid Circus fuerit, unde hoc illi nomen, quique ludi in eo exhiberentur. 1. Cum Romana res nondum adolevisset, in insula Tiberina ludi primum celebrati: erant pro metaenses ex una parte, ex altera Tiberis. Ita Servius. Deinde Tarquinius Priscus inter Palatinum et Aventinum montem Circum maximum extruxit, cujus longitudo trium stadiorum cum dimidio, latitudo quatuor jugerum: tum tectum impositum, sedilia facta, loca in triginta curias divisa: a duobus lateribus Euripo cingitur, qui aquas recipiat; post Euripum extructæ triporticus, ex quibus una conficitur amphitheatralis octo stadiorum amplitudine, capax 150. millia hominum. Hæc et plura Dionysius. Omnia persequi ornamenta infinitum sit. 2. Circus dicitur, vel quod circum metas et pompa ferretur et equites currerent, vel quod spectaculis undique in circuitu ædificatis in medio ludi celebrarentur. 3. Hi ludi in septem quasi classes tribui possunt; quarum prima, pugna fuit

*Val. Max.*

I

Jovis Opt. Max. templo <sup>65</sup> p eximia facie puerum histrionem <sup>q</sup> ad excubias tenendas posuisset: \* quod factum post aliquot annos memoria repetitum, sacrificiis expiatum est. <sup>m r</sup>

17. Hercules quoque <sup>s</sup> detractæ religionis suæ et gravem et manifestam pœnam exegisse traditur. Nam cum Potitii <sup>t</sup> sacrorum ejus ritum quem, pro dono genti eorum ab ipso assignatum, velut hæreditarium obtinuerant, <sup>n</sup> auctore Appio <sup>u</sup> Censore, <sup>v</sup> ad humile servorum ministerium transtu-

<sup>m</sup> Quod scelus revocatum in memoriam post aliquot annos, purgatum est sacrificiis.

<sup>n</sup> Nam cum Potitii permisissent servis peragere sacra ipsius Herculis: quod munus ab Hercule suæ genti assignatum pro dono semper obtinuerant tanquam hæreditarium.



cod. pro templo reperit *tensa*; hinc Heins. et Perizon. legi jubent, *thensa*.—

#### NOTÆ

cum cæstibus, pugnis, fustibus, gladiis, pilis, hastis, &c. ad quam pertinet, tum gladiatura tum certamen cum bestiis, quorum utrumque ingenius infame fuit; tum etiam lucta, cum alter alterum seu vi seu agilitate corporis humi sternere nitentur. Altera, cursus. Tertia saltatio in æquo campo, aut ex inferiori loco ad superiorem, et contra: aut cum in equos insiliebant, vel nudi vel cataphracti. Quarta, jaculatio discorum, sagittarum, pilarum, telorum. Quinta, equestris pugna. Sexta, aurigatio, qua bigæ quadrigæve certabant. Septima, naumachia, qua navalis certaminis species exhibebatur.

<sup>o</sup> *Ædilis*] Quæ fuerit hæc dignitas, in Magistratibus Romanorum explicuimus.

<sup>p</sup> *Jovis Opt. Max. templo*] Capitolio. Jupiter ob beneficia, optimus; ob vim, Maximus dicitur.

<sup>q</sup> *Histrionem*] Sunt qui histrionem ab Istria dictum putent: quod, qui primus Romæ scenicam artem exercuit, ab Istria venerit; verius tamen Livius lib. vii. testatur Ludiones

anno Urbis 389. ex Hetruria accitos, qui sine carmine ullo ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant: cumque ludio Tusco vocabulo diceretur hister; inde iis omnibus, qui personati, tum voce, tum corporis gestu, seu Comædias seu Tragædias agerent, histrionis nomen factum est.

\* An. M. 3833. Ol. 139. 4. Urb. C. 532. Ant. C. 220.

<sup>r</sup> *Sacrificiis expiatum est*] In eo peccaverat Varro, quod ad excubias posuisset et histrionem, quod genus hominum infame, et eximia facie puerum, a quo cum ipse tum populus posset ad libidinem incitari.

<sup>s</sup> *Herculis quoque*] Quot fuerint Hercules, quidque singuli gesserint, fabulis notissimum.

<sup>t</sup> *Potitii*] De Potitiis in Romanorum Sacerdotiis egimus.

<sup>u</sup> *Auctore Appio*] Claudio, qui vulgo Cæcus dicitur, quique et senex et cæcus turpes pacis cum Pyrrho conditiones oratione sua discussit. De illo plura reperies in Claudiorum gente.

<sup>v</sup> *Censore*] Consule Magistratus Ro-

lissent: omnes, qui erant numero super xxx.<sup>66</sup> puberes, intra annum<sup>w</sup> extincti sunt, nomenque Potitium in duodecim familias<sup>x</sup> divisum prope<sup>67</sup> interiit. Appius vero luminibus captus est.<sup>y†</sup>

18. Acer etiam sui numinis vindex Apollo, qui, Carthagine a Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit, ut sacrilegæ manus inter fragmenta ejus abscisæ inveni-  
rentur.<sup>o†</sup> Brennus<sup>z</sup> Gallorum<sup>68</sup> dux Delphis<sup>a</sup> Apollinis templum<sup>b</sup> ingressus,<sup>69c</sup> Dei voluntate<sup>d</sup> in se manus vertit.<sup>e</sup>

<sup>o</sup> Cum Apollinis simulacrum aurea veste nudatum esset a milite, effecit, ut illius manus sacrilegæ abscissæ a corpore repirentur inter fragmenta vestis illius.

//////////

66 Heins. 1. delet numero: unus Douac. super num. xxx.—67 Alii: omnes interiisse scribunt. Cod. Barb. 1. *propere*. Vatic. 2. *proprie*.—68 Brennus usque ad *vertit* desunt in Mss. pluribus et in ed. vet. Nec huic loco conveniunt: in aliis: *Brennus quoque, &c.* Paulo ante in multis Mss. *abscissæ*, varietate consueta. Vide Bentl. ad Hor. II. Sat. 3. 304. Drakenb. ad Sil. Ital. xv. 473. Duker. ad Flor. I. et Gronov. ad Liv. XLIV. 5.—69 Oliverius legit, *aggressus*, contra omnium codd. et edd. vett. fidem.—

#### NOTÆ

manorum, ubi quæ fuerit Censoria potestas, pluribus disserrimus.

<sup>w</sup> *Intra annum*] In duobus Festus dissentit a Valerio, quod et omnes Potitios, et intra diem trigesimum interiisse dicat, ob spretum Martis numen; cujus sacrificiis adesse servis, libertis, mulieribusque nefas erat.

<sup>x</sup> *In duodecim familias*] Hoc gentem inter et familiam interest, quod gens multo latius quam familia pateat. Sed hac de re in familiis Romanorum superius egimus.

<sup>y</sup> *Luminibus captus est*] Non cæcus fuit Appius, si Diodoro credimus: sed ut Senatus effugeret invidiam, se continuit domi, cæcitatemque simulavit; Censor enim multos in Senatum eo ordine indignos, etiam e libertinorum censu legerat, qui paulo post, cum Senatus cogeretur a Consulibus repudiati sunt. Ex Livio.

† An. M. 3742. Ol. 117. 1. Urb. C. 441. Ant. D. 311.

‡ An. M. 3908. Ol. 158. 3. Urb.

C. 607. Ant. C. 145.

<sup>z</sup> *Brennus*] Qui vastata Pannonia cum 150. peditum, 20. equitum millibus in Græciam penetravit.

<sup>a</sup> *Delphis*] Urbs fuit Phocidis, ad Parnassum montem, Apollinis oraculo celeberrima. *Delpho* etiam nunc, *Castri Sophiano*, et *Salona Nigro*.

<sup>b</sup> *Apollinis templum*] Hujus templi originem ita tradit Diodorus. Erat ingens terræ hiatus, quo forte accedentes capellæ continuo sonos et gestus mirificos edere: quod ubi vidit pastor, et ipse accessit; quem incolæ plerique imitati, idem, quod capellis acciderat, experti sunt: quare quisque hoc oraculo rebus in dubiis pro se uti cœpit: cum vero alienata mente in patentem hiatum præcipitentur, placuit vaticinandi munus, primum virgini, deinde vetulæ sacerdoti committi, quo ut tutius fungeretur, machina super hiatum exstructa; quæ, quod tres pedes haberet, tripodis nomen obtinuit.

<sup>c</sup> *Ingressus*] Templum non ingres-

19. Nec minus efficax ultor contemptæ religionis filius quoque ejus Æsculapius,<sup>f</sup> qui consecratum templo suo lucum a Turullio <sup>g</sup> præfecto Antonii,<sup>h</sup> ad naves ei faciendas, magna ex parte succisum dolens, inter ipsum nefarium ministerium devictis partibus Antonii,<sup>i</sup> imperio Cæsaris<sup>j</sup> destinatum morti Turullium,<sup>70</sup> manifestis numinis sui viribus, eum in locum, quem violaverat, traxit: effecitque,<sup>71</sup> ut ibi potissimum a militibus Cæsarianis occisus, eodem exitio, et eversis jam arboribus pœnas lueret, et adhuc superantibus<sup>72</sup> immunitatem<sup>73</sup> consimilis injuriæ pareret: suamque venerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, Deus multiplicavit.<sup>p 74</sup>

<sup>p</sup> *Dum naves fierent sacrilego illius ministerio, superato ad Actium exercitu Antonii, Æsculapius potentia suæ divinitatis Turullium destinatum neci jussu Augusti traxit in lucum ipsum, quem violaverat; et effecit, ut a militibus Cæsaris interfectus in eo loco potius, quam alibi, et puniretur ob succisas jam arbores, et impediret, ne similis injuria inferretur arboribus adhuc extantibus, et multum augeter venerationem, quam cultores ipsius Æsculapii ergu illum semper habuerant maximam.*

~~~~~

70 Codex unus habet, *Turulium*; alius, *Turulum*; duo, *Turilium*; totidem, *Rutilius*; unus etiam, *Turullum*; alii omnes, *Turullium*. Mox pro locum Pighius scribi jussit *lucum*.—71 Ita omnes codd. Torrenii et Vorstii, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Mediol. 1. 2. Pighius maluit, *effecitque Deus*. ‘Verum *τὸ Deus* supervacuum hic est; et rectius paulo post, ubi Pighius expunxit, locum obtinet.’ *Vorst.*—72 In uno Brand. *adhuc spirantibus*: quidam *superstitibus* ex glossa.—73 Omnes libri et scripti et typis impressi, *impunitatem*, quod vir doctus in margine ed. Lips. 1512. explicat: ‘ne postea impune ea audeat facere.’ Cum vero huic loco accommodatius sit *impunitatem*, *Vorstius* auctoritate *Mitalerii* in textum recepit, et *Torrenius* retinuit.—74 Ita Vet.

NOTÆ

sus est, illius enim potiundi spoliandique causa cum montem superare niteretur, repulsus est.

^d *Dei voluntate*] Qui in speciem juvenis mira pulchritudine apparuisse, animosque suis addidisse fertur.

^e *In se manus vertit*] Pugione vitam finiit, ex Justino, cum dolorem vulnerum ferre non posset. Veneno, ex Pausania: largius hausto mero, ex aliis.

^f *Æsculapius*] Medicinæ præses, ideo Apollinis filius fingitur. Multa de illo fabulantur poëtæ.

^g *Turullio*] Qui inter C. Cæsaris

percussores proscriptus Cassii Quæstor fuit, postea in bello Actiaco ab Antonii partibus stetit: sed ab illo jam victo traditus Octavio, cujus jussu in insula Coe, ubi lucum Æsculapii classis parandæ causa succiderat, occisus est; ut habet Dio.

^h *Antonii*] Triumviri, qui Antonii Cretici filius fuit: de cujus moribus et gestis Antoniorum familiam consule.

ⁱ *Devictis partibus Antonii*] Ad Actium, ubi, cum æquo Marte pugnaretur, Antonius subito refugientem temere Cleopatram homo uxorius per-

20. Q. autem Fulvius Flaccus^k impune non tulit, quod in censura tegulas marmoreas^l ex Junonis Laciniae^{75 m} templo in ædem Fortunæ Equestris,ⁿ quam Romæ faciebat,^o transtulit.† Negatur enim post hoc factum,⁷⁶ mente constitisse: *quin etiam per summam ægritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico^p militantibus, alterum decessisse, alterum graviter audisset affectum. Cujus casu motus senatus, tegulas Locros^{77 r} reportandas curavit, de-



Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. et Steph. item codd. Brand. 1. 2. alique omnes, quatuor exceptis, qui habent *Diis*, vel *aliis*. Vide supra ad n. 71. Pighius, *habuerat, multiplicaret*.—75 Codd. Torrenii suppeditant, *Locrina*, aut *Locrinia*, aut *Lacunia*, aut *Lucinia*.—76 In cod. Harl. *factum* abest, probante Gudio; in ed. Thys. an. 1670. abest *hoc*.—77 Cod. Pulmanni habet, *loco*; Gudius conj. *loco suo*. ‘Alii codd. exhibent vel *Locros* vel *Locris*, quod Vet. habet. Pighius invitis libris *illico*. Torre-

NOTE

sequitur, pugna deserta, in qua de orbis imperio dimicabat.

* Au. M. 4024. Ol. 187. 3. Urb. C. 723. Ant. Ch. 29.

‡ *Imperio Cæsaris*] Octavii, qui ab avunculo Julio Cæsare hæres scriptus sibi Cæsaris nomen assumpsit.

^k *Q. autem Fulvius Flaccus*] Fulvii Flacci quater Consulis filius, qui ex Prætura sortitus Hispaniam, ter Celtiberos vicit. Vide gentem Fulviam.

^l *Tegulas marmoreas*] In quibus, si quis nomen suum ferro incidisset, illa scriptura, dum ille viveret, mansisset; ubi mortuus esset, continuo evanuisse dicitur. Servius.

^m *Junonis Lacinia*] Fuerunt Junonis varia pro variis illius officiis nomina: Regina, Moneta, Sospita, Lucina, &c. dicebatur, et Lacinia, vel a Lacinio promontorio, vel a Rege, qui hoc templum condidit, vel a Lacinio latrone nobilissimo, quem cum occidisset Hercules, Junoni, quam sibi iratam senserat, templum dedicavit, cui a latronis nomine nomen indidit. Unde Virgilius: ‘Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti Cernitur: at-

tollit se diva Lacinia contra.’

ⁿ *Fortunæ Equestris*] Ut Junoni, sic Fortunæ multa Romæ fuerunt et templa et nomina: erat Primigenia, Obsequens, Publica, et Equestris, quod illius effigies equo insideret.

^o *Quam Romæ faciebat*] Decedentem e Provincia Fulvium Celtiberi in loco saltuoso adoriantur: tum ille pro re et tempore instruere aciem, suos hortari; ubique, ut potest, resistere: facies tamen totius negotii varia, fæda, et miserabilis: equi, viri, hostes, cives permisti: nihil consilio, nihil imperio agi, fortuna omnia regere; cum equites una impetu facto initium victoriæ fecerunt: quod ubi advertit Fulvius, Fortunæ Equestri templum, Jovi ludos vovet. Nec mora, fusi fugatique hostes, et ad 17. millia cæsi.

† An. M. 3880. Ol. 151. 3. Urb. C. 579. Ant. Ch. 173.

^p *Illyrico*] Quod ex una parte ad mare Adriaticum, ex altera ad Panoniam et Macedoniam pertinebat.

^r *Tegulas Locros*] Vix dubium est, quin *illico*, non *Locros*, legendum sit; licet enim montem Lacinium in agro

cretique circumspectissima sanctitate impium opus censoris retexuit.⁷

21. Tam me hercule quam Q. Pleminii,⁷⁸ legati s Scipionis,^t in thesauro^u Proserpinæ^v spoliando⁷⁹ sceleratam avaritiam justa animadversione vindicavit.⁷ † Cum enim eum vinctum⁸⁰ Romam^w protrahi⁸¹ jussisset, ante causæ dictionem in carcere teterrimo genere morbi⁸² consum-

⁷ Cujus Fulvii calamitate permotus Senatus et jussit tegulas referri Locros, et impium facinus Censoris reparavit prudentissima sanctitate edicti.

⁷ Mehercule Senatus prudenti edicto tam delevit crimen Censoris, quam punivit avaritiam Pleminii, &c.



nus timide conjicit sociis. Glareanus: *Crotonem*. Mihi non liquet. Kapp.—78 P. Leminii habent Vet. Mog. et Venett. 1. 2. cum aliquot codd. alii tamen codd. dant, Junii Levinii, vel Postumi Levini, vel post Publii Levinii, vel post Leminii.—79 Proserpinæ exspoliando in duobus Torrenii codd.—80 Cum enim vinctum edidit Pighius: eum agnoscunt omnes codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. 1. 2. et Steph.—81 Nonnulli codd. pertrahi, probante Vassio ex Phædr. III. 30. et sic in Vet. et Mog. Mox, is ante idem Pighius, quod tantum in uno aut altero id comparebat, et quidem superscriptum: unus codex, qui ante.—82 Quidam codd. genere mortis. Lectionem

NOTÆ

Locrensi fuisse dicat Plinius; Livius tamen lib. xxxiv. Strabo lib. vi. Servius, allique omnes in Crotonensium ditone collocant. *Locros*] Fuit magnæ Græciæ civitas ad Zephyrium promontorium in Brutiorum confinio, quæ et Naricia a Virgilio dicitur, vel a Locrensibus Ozolis Evante duce, vel ab Ajace Oileo condita, ut ait Solinus. *Gieraci*.

^s Q. Pleminii legati] Penes quem absente Imperatore summa potestas erat. Plura leges in Militia Romanorum.

^t Scipionis] Africani Majoris, de quo sæpius dicemus.

^u In thesauro] Pleminius a Scipione cum præsidio Locris præfectus, templum Proserpinæ, quod ibi nobilissimum erat et opulentissimum, diripuit.

^v Proserpinæ] Non est animus, quæcumque de Diis poetæ commenti

sunt, hunc in librum transferre; cum vel pueris nota sint: quis enim Proserpinam Jovis fuisse Cererisque filiam nesciat, raptamque a Plutone dum in campis Ennæis flores legeret?

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

^w Vinctum Romam, &c.] Post direptam pecuniam, tantus omnibus est injectus furor, ut dux in ducem, milesque in militem insurgeret: cumque Pleminius in Tribunos seditionis auctores animadvertisset paulo severius, a militibus naso auribusque abscissis, exanguis relictus est. Qua re audita Scipio Messana Locros advolat, Tribunosque in vincula conjectos Romam duci jubet. At Pleminius ira impotens, cum Tribunos omnes, tum multos etiam Locrensium omnibus laceratos supplicii enecat: quare legati a Locrensibus Romam

tus est: ^x pecuniam Dea ejusdem senatus imperio, et quidem ⁸³ summam duplicando, recuperavit.*

EXTERNA EXEMPLA OBSERVATÆ VEL NEGLECTÆ
RELIGIONIS.

1. Quæ quod ⁸⁴ ad Plemirii facinus pertinuit, bene a patribus conscriptis vindicata est: quod ad violentas regis Pyrrhi sordes ^y attinuerat, seipsam potenter atque efficaciter defendit. ^s ⁸⁵ Coactis enim Locrensibus ^z ex thesauro ejus magnam illi pecuniam dare, cum onustus nefaria præda navigaret, ^a vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis Deæ littoribus illisus est: ^t in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodiæ restituta est. ^b [†]

2. At non similiter Masinissa ^{86 c} rex. Cujus cum præ-

^s *Dea ulta est potenter et efficaciter violentam avaritiam Pyrrhi.*

^t *Tota illius classis illisa est littoribus vicinis templo Deæ Proserpinæ.*



nostram testantur codd. Vorstii et edd. vett.—83 Unus cod. *eque*; alius, *et que*; dno *et quinquies*, quod tertius pro emend. habet in marg.—84 *Quæ quidem* Vet. *Quod quidem . . . vindicatum est* ex uno cod. dedit Pighius. *Quæ quod . . . vindicata est* vindicant Brand. 1. 2. et omnes Torrenii, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Mediol. 1. 2. *est* omittunt nonnullæ vett.—85 Pighius edidit: *seipsam . . . efficaciter Dea defendit* contra omnium codd. et edd. vett. fidem. Nonnulli codd. *seipsa*.—86 *Masinissa rex Numidarum* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *Numidarum* expunxit Pighius; certe id non habent Brand. 1. 2. codd. Vorst. Torrenii, Vet. Mog. et Venett. Pighius maluit, *Massanisa*: plures Torrenii habent, *Massinissa*: Brand. 1. 2. et edd. vett. *Masinissa*.—87

NOTÆ

missi, qui de Plemirii crudelitate querantur. Ita Livius lib. xxxvi.

^x *Consumtus est*] Clodius Licinius apud Livium in Tulliano carcere necatum tradit, quod de urbe per sceleratos homines incendenda cogitasset: id tamen multis post annis, Scipione iterum Consule contigit; alii volunt illum continuo in vinculis mortuum.

^y *Pyrrhi sordes*] Epirotarum Regis, qui genere materno ab Achille, paterno ab Hercule oriundum se gloriabatur. De illo postea.

^z *Coactis enim Locrensibus*] E Sicilia rediens cum Locros classe præter-

veheretur, Proserpinæ thesauros ad eam diem intactos secum abstulit.

^a *Navigaret*] Ipse relicta classe terra iter habebat.

^b *Custodiæ restituta est*] Fractis tempestate navibus nihil integrum præter pecuniam relictum est. Qua clade admonitus Pyrrhus pecuniam omnem Locros referri jussit.

[†] An. M. 3778. Ol. 126. 1. Urb. C. 477. Ant. Ch. 275.

^c *Masinissa*] Gelæ Massæsulorum Regis filius, primum Carthaginien-sium, deinde Romanorum amicus, cujus frequens fiet mentio.

fectus classisi Melitam^d appulisset, et æque ex fano⁸⁷ Junonis dentes eburneos eximiæ magnitudinis sublato, ad eum pro dono attulisset, ut comperit unde advecti essent, quinqueremi^e reportandos Melitam, inque templo Junonis collocandos curavit, insculptos gentis suæ literis, significantibus, ‘ regem ignorantem eos accepisse; libenter Deæ⁸⁸ reddidisse.’ † Factum Masinissæ animo, quam⁸⁹ Punico sanguini conveniens: “ quanquam quid attinet natione perpendi? ”⁹⁰ in media barbaria ortus, sacrilegium rescidit alienum.^v

3. Syracusis Dionysius^f genitus, * tot sacrilegia sua, quot jam recognoscimus, jocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit: “ fano enim Proserpinæ spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridens, amicis, ‘ Videtisne,’ ait, ‘ quam bona navigatio ab ipsis Diis immortalibus sacrilegis tribuatur?’ Detracto etiam Jovi Olympio^g

^u Quod factum magis conveniens animo Masinissæ, qui pius erat, quam genti Punicæ.

^v Quanquam non debent mores æstimari a loco in quo contigit nasci: sacrilegium enim quod alter commiserat, vir pius, licet in media ortus barbarie, expiavit.

^w Dionysius natus Syracusis delectabatur jocari dictis impiis de tot sacrilegiis suis, quot jam recensemus.



In quibusdam Torrenii: *et æque Junonis ex fano*: in septemdecim aliis et Vet. *et eque ex fano*.—88 Pighius legit: *accepisse, et libenter Deæ, &c.* Particulam copulativam non agnoscunt codd. et edd. antiq.—89 ‘Pighius ex Camp. legit: *Masinissæ plus animo, quam*; Guyetus conjicit: *Mas. animo magis, quam*. Sed neque *plus*, neque *magis* opus. Subintelligenda est particula *magis*, uti sæpissime in scriptoribus veteribus. Vid. supra ad Præfat. Gronovius pro *animo* conjicit, *Romano*.’ Kapp. Codd. Brand. 1. 2. et Torrenii non habent *plus*, quod tamen exhibet unus Ultraj. *magis* extat in duobus Leidd.—90 Pighius, *natione pendi*. At Brand. 1. 2. omnes Vorst. et Torrenii, et Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Mediol. 1. 2. habent *perpendi*: Steph.

NOTÆ

^d *Melitam*] Insulam maris Siculi, in qua templum erat Junonis perantiquum. Nunc *Malte*.

^e *Quinqueremi*] Genus navis quoddam est, cui quinque remorum ordines.

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

^f *Dionysius*] Senior, qui occupata

per fraudem tyrannide, sua crudelitate nobilitatus est: vir tamen bello strenuus, a quo victi sæpius Carthaginienses.

* An. M. 3657. Ol. 95. 4. Urb. C. 356. Ant. Ch. 396.

g *Jovi Olympio*] Haud procul a Syracusis templum illud fuit, ex Cicer. Orat. in Verrem. Jupiter dicitur

magni ponderis aureo amiculo, quo eum tyrannus Hiero^{91 h} e manubiis Carthaginiensium ornauerat, injectoque ei laneo pallio, dixit, 'æstate grave amiculum aureum esse, hyeme frigidum: laneum autem ad utrumque tempus anni aptius.' Idem Epidauriⁱ Æsculapio barbam auream^j demi jussit: quod affirmaret, 'non convenire patrem Apollinem imberbem, ipsum barbatum conspici.'⁹² Idem mensas argenteas atque aureas e fanis sustulit: quodque in his more Græciæ scriptum erat, bonorum Deorum eas esse, 'uti se bonitate eorum' prædicavit. Idem Victorias⁹³ aureas,^k et pateras, et coronas, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, et 'eas se accipere, non auferre,' dicebat: 'perquam stultum esse' argumentando, 'a quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere.'^{*} Qui

^{*} Sic enim ille argumentabatur: perabsurdum esse a Diis multa bona precari, ea vero quæ ultro ipsi porrigere videntur, nolle accipere.



tamen, pendi.—91 Dan. Gello: unus Leid. a m. sec. Gelo; et sic Cicero: Vat. 2. Gero. Porro in multis codd. desideratur præpositio e.—92 Pulmanni codex: quod affirmaret, Apollinem patrem imberbem, et ipsum barbatum conspici non oportere.—93 Exc. Gud. pro v. l. Victoris, ex Voss. 2. vel Leid.

NOTÆ

Olympius ab Olympo Thessaliæ monte, in quo, quod olim habitavit, Cæli regnum sortitus a Poëtis fingitur: eadem enim est, et Cæli, et hujus montis propter altitudinem appellatio.

^h Hiero] Tres fratres Syracusis rerum potiti sunt, Hiero, Hippocrates, et Gelo: non tamen ab Hierone, ut vult Valerius, sed a Gelone victi Carthaginienses. Dum Xerxes invadit Græciam, Carthaginienses icto cum ipsis fœdere impulit, ut Siciliam totis viribus aggredierentur: sed ut Xerxes a Græcis victus fugatusque est, ita ipsi Gelonis dolo et virtute tanta strage cæsi, ut amissis suorum 150. millibus, vix pauci cladis nuntii

domum redierint. Sed hæc pluribus in Justino.

ⁱ Epidauri] Falsus est opinione sua Servius, dum Epidaurum in Epiro collocat. Sita enim est in Peloponneso ad sinum Saronicum; ibique Æsculapius religiosissime colebatur. Dicitur nunc *Malvasia*: Sophiano vero, *Esculapio*: Nigro, *Pigiada*.

^j Barbam auream] Apud Sicyonios tamen Æsculapii simulacrum imberbe fuisse testatur Pausanias. Barbatus ille pingi solebat, quod Medicorum princeps esset; imberbis Apollo, quod vi Solis floreat omnia.

^k Victorias aureas] Deæ Victoriæ statuas quas Imperatores parta de hostibus victoria consecrabant.

tametsi debita supplicia non exsolvit,¹ dedecore tamen filii,^m mortuus pœnas rependit,⁹⁴ quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira: tarditatemque supplicii gravitate compensat.⁹⁵

4. In quam ne incideret Timasitheus,⁹⁶ Liparitanorumⁿ princeps, consilio sibi pariter,⁹⁷ atque universæ patriæ,^o utili providit exemplo. Excepta namque in freto a civibus suis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo,^y ut comperit a Romanis Pythio Apollini^p decimarum nomine^q dicatam, manibus venundantium ereptam Deo Delphos perferendam curavit.⁹⁸ r †

^y Cum cives, qui exercebant piraticam, cepissent in mari auream crateram ingentis ponderis, et populus vellet illius pretium partiri in singulos, &c.



7. et pro conjectura ibidem, *Victoriis*.—94 Pro rependit sunt qui habent, *pependit*.—95 Multi codd. et Vet. *pensat*.—96 Ita scribendum esse nomen istud, non, ut Pighius edidit, *Thymasitheus*, monet Rutgers. Var. Lect. p. 593. Vide Liv. Plut. et Diodor. Sicul. xiv. p. 307. et ita Medic. 2. Leid. 7. et Perizon. *Thimasitheus* habent Leid. 6. et Ultraj. 2.—97 Brand. 1. 2. cum multis aliis, et Vet. Mog. Lips. Leid. Aldd. Colin. et Steph. *sibi aliter*: edd. Chalc. et Herbip. *sibi et aliis*: Venett. 1. 2. *sibi et aliter*: Exc. Steph. et Leid. 6. cum omnibus Pighianis *sibi pariter*.—98 Codd. plerique cum vet. editt. ita constituunt: *quam Romani Pythio Apollini decimarum nomine dicaverant, incitato ad eam partiendam populo, ut comperit, eam Delphos perferendam curavit*: omissis: *manibus venundantium ereptam*, quæ vero in cod. Pulm. et Vet. sunt, et stilo Valerii satis conveniunt, si *venundantium*, in animo habentium ve-

NOTÆ

¹ *Non exsolvit*] Obiit ex crapula, cum in Lenæis ludis victorem Athenis se renuntiatum audiisset.

^m *Dedecore tamen filii*] Dionysii Junioris, qui ob crudelitatem Syracusis a Timoleonte pulsus Corinthum missus est, ubi ludimagistrum professus, pueros in triviis docere non erubuit, ut narrat Justinus lib. XXI. Unde Ovid. ex Ponto: 'Ille Syracusia modo formidatus in urbe, Vix humili duram repulit arte famem.'

ⁿ *Liparitanorum*] Qui Liparam insulam unam ex Æoliis incolunt, cui a Liparo Ausonii filio nomen datum est. Nunc *Lipari*.

^o *Universæ patriæ*] Ubi legati Romanam redierunt hospitium cum eo ex Senatusconsulto factum, donaque publice data.

^p *Pythio Apollini*] Pythius a Pythio serpente dicitur.

^q *Decimarum nomine*] Camillus decimam prædæ partem, si Veis potiretur, voverat Apollini; quare in exilium pulsus est: ubi vero e Gallis victor in urbem rediit, verecundiam viri non tulit Senatus, quin statim votis liberaretur: Delphosque missi legati, qui ferrent crateram auream, donum Apollini.

^r *Perferendam curavit*] Thymasithe-

5. Milesia⁹⁹ Ceres,³ Mileto¹ ab Alexandro capta,^u † milites, qui templum spoliaturi irruerant, flamma objecta privavit oculis.

6. Persæ¹⁰⁰ mille navium numero^v Delum^w compulsi templo Apollinis religiosas¹ potius manus quam rapaces adhibuerunt.*

7. Athenienses Protagoram^{2x} philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, ‘primum ignorare se, an Dii essent: deinde si sint, quales sint.’³ Idem Socratem^y

numdare, exponas. Alii: *Delphos perferendam ad eum curavit: unus, portandum; alius, reportandum.* Totum Exemplum sic extat in Dan. *Timasitheus Liparensis crateram, quam Romano Pythio Apollini miserant, interceptam a piratis, curavit Delphos perferendam.*—99 ‘Hæc et quæ sequuntur usque ad verba Cap. iv. *Deiotaro vero,* desunt in plurimis Mss. et editt. ante Aldum, etiam Vet. Habent tamen unus Brand. Harl. Bitur. prim. et Leid. tert. et sept. manu secunda. Mihi videntur ex opere Valeriano excerpta.’ *Kapp.*—100 Hoc et sequens exemplum in quibusdam desunt, in ed. Lugd. supra sunt inserta inter Exempl. 15. et 16.—1 Pighius, Colerus, Thys. Delph. aliique, *irreligiosas:* sed unus Brand. et Leid. 7. habent, *religiosas:* in illo deest, *potius.*—2 Multi, *Diagoram;* quod Pigh. Thys. et Delph. reposuerunt: Harl. Bitur. 1. et Leid. 3. *Pythagoram:* Leid. 7. *Protagoram;* et sic legit Leopardus, observante Perizonio in Epist. ad N. Heins.—3 Ultimum *sint* delent codd. ali-

NOTE

us, vir, inquit Livius, lib. v. Romanis similior, quam suis: qui tum erat in summo magistratu, legatos in publico hospitio excepit: eosque cum præsidio navium Delphos usque prosecutus est, Romam inde sospites restituit.

† An. M. 3664. Ol. 97. 3. Urb. C. 363. Ant. Ch. 389.

^s *Ceres*] Saturni et Opis filia, frugum inventrix: de qua multa Poëtæ.

¹ *Mileto*] In finibus Cæriæ et Ioniæ urbs clarissima, a Mileto Myconis filio condita, ex Eustathio: vel a Sarpedone, ex Strabone lib. XII. Hodie *Melasso.*

^u *Ab Alexandro capta*] Persæ ad Granicum victi, Miletum, Memnone duce, fugerunt. Urbs continuo ab Alexandro terra-marique obsessa, et per muri disjecti ruinas vi capta.

‡ An. M. 3720. Ol. 111. 3. Urb.

C. 419. Ant. Ch. 333.

^v *Mille navium numero*] Eundem numerum habet Æschylus: at multo plures recenset Diodorus, 1200. triremes, Hippagogas 850. et 3030. remis instructas.

^w *Delum*] Maris Ægei insulam Apollinis et Dianæ incunabulis nobilem, ubi templum clarum oraculis. Hodie *Sdilles.*

* An. M. 3574. Ol. 75. 1. Urb. C. 373. Ant. Ch. 479.

^x *Protagoram*] Qui *ἄθεος* cognominatus est: metu populi profugit ex Attica; talentumque argenti præconis voce ei, qui ipsum occidisset, ab Atheniensibus oblatum. Ex Diodoro.

^y *Socratem*] Philosophorum in Græcia principem. Is ab Anyto et Melito, et læsæ pietatis in Deos, et corruptæ juventutis accersitus, capite damnatus est, haustaque cicuta pe-

damnaverunt, quod novam religionem introducere videbatur. Iidem Phidiam^z tulerunt, quamdiu is ‘marmore potius quam ebore Minervam^a fieri debere’ dicebat, quod diutius nitor esset mansurus: sed ut adjecit, ‘et vilius,’ tacere jusserunt.^{z b †}

8. Diomedon unus ex decem ducibus, qui Arginusæ^{4 c} eadem pugna Atheniensibus victoriam,^d sibi vero damnationem^e pepererunt,† cum jam ad immeritum⁵ supplicium duceretur, nihil aliud locutus est, quam ‘ut vota pro incolunitate exercitus ab ipso nuncupata solverentur.’

z Idem Athenienses libenter audierunt Phidiam, quamdiu is dicebat statuum Minervæ debere fieri potius e marmore, quam ex ebore, quia candor mansurus erat diutius in marmore; sed jusserunt silere, postquam addidit, minore etiam impensa statuum fieri ex marmore.

quot.—4 *Arginusæ* restituit Pighius ex Camp. cum ab ed. Ald. abesset. quibus *Argivi se eadem* Herbip. quibus *Arginusæ eadem pugna, et victoriam et damnationem peperit* in codd. Torrenii: *pepererit* in Harl. quibus *musæ . . . pepererunt* in Bitur. 1.—5 Herbip. *cum ad jam meritum*: Camp. *cum ad immeritum*; at Pighius edidit: *cum jam non ad meritum*: Ald. *cum jam ad meritum*. ‘Vera lectio: *cum jam ad immeritum*, sive potius: *cum ad immeritum*, omisso *jam*.’ Kapp.

NOTÆ

riit. Ita Diodor. Sunt qui velint Socratem, Judæorum more, unum Deum prædicasse.

^z *Phidiam*] Statuarius fuit clarissimus, Diis quam hominibus effingendis artifex melior, teste Quintiliano lib. XII. Illius maxime laudantur et Atheniensis Minerva, et Olympius in Elide Jupiter.

^a *Ebore Minervam*] Ex auro et ebore Plinius, ex ære et ebore Ovidius, ex auro conflata fuisse scribit Plut.

^b *Tacere jusserunt*] Quasi non recte de ipsorum pietate locutum, cum diceret, illos parcere sumtibus in iis, quæ ad Deorum cultum pertinerent.

† An. M. 3640. Ol. 91. 3. Urb. C. 339. Ant. Ch. 413.

^c *Arginusæ*] Sunt tres modicæ insulæ Lesbo vicinæ, ad Maleam Mi-

tylenæ promontorium.

^d *Atheniensibus victoriam*] Spartiatarum dux Callicratidas Atheniensium classem adortus, lævum quidem cornu vicit, sed dum in dextrum impressionem facit imprudentius, seu in mare delapsus, seu telis confossus, ut vult Diodorus, nusquam comparuit, partaque illius morte Atheniensibus victoria.

^e *Damnationem*] Quod occisorum corpora sepulturæ non mandassent, primum coniecti in vincula, deinde capite damnati, excepto Conone, qui prælio non affuerat; cumque paulo post populum facti pœniteret, acriter in accusatores sævitum est, ut tradunt Diod. et Xenoph. lib. I.

‡ An. M. 3648. Ol. 93. 3. Urb. C. 347. Ant. Ch. 405.

CAP. II.¹

DE RELIGIONE SIMULATA.

A ROMANIS

- 1 Numa Pompilio rege.
- 2 P. Scipione Africano majore.
- 3 L. Cornelio Sylla.
- 4 Q. Sertorio.

AB EXTERNIS

- 1 Minoë Cretensium rege.
- 2 Pisistrato Atheniensi.
- 3 Lycurgo Spartano.
- 4 Zalenco Locrensi.

1. NUMA Pompilius, ut populum Romanum sacris obligaret,^a volebat videri 'sibi cum Dea Ægeria^a congressus esse nocturnos: ejusque monitu se, quæ accepta Diis immortalibus sacra forent, instituere.'² *

2. Scipio Africanus^b non ante ad negotia publica vel privata ibat, quam in cella Jovis Capitolini^c moratus esset, et ideo Jove genitus^d credebatur.†

3. L. Sylla^e quoties prælium committere destinabat, parvum Apollinis signum Delphis sublatum, in con-

^a *Ut populum Romanum redderet magis addictum rebus divinis.*



1 In Leid. 3. nec inscriptio apparet, nec Capitis mentio, tantum erat aliquantum vacui spatii.—2 Pighius ex duobus codd. *ejusque monitu accepta Diis immortalibus sacra instituere*; eumque secuti sunt Colerus, Thys. Delph. alii. Nostram lect. exhibent Harl. Bitur. 1. Brand. 1. 2. Aldd. Colin. Herbig. et Steph. et sic Leid. 8. nisi quod habet *acceptis*. Leid. 3. *seque attempta Diis*

NOTÆ

^a *Ægeria*] Vel Nympha, vel Musarum una, cui Romæ, et ædes, et lucus juxta portam Capenam, ex Festo. Lucum medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quo se Numa sine arbitris sæpe inferebat. Ita Livius lib. I. multaque addit Dionysius.

* An. M. 3344. Ol. 17. 3. Urb. C. 43. Ant. Ch. 709.

^b *Scipio Africanus*] Major, qui etiam tum adolescens paternæ cædis

ultor in Hispaniam missus est.

^c *In cella Jovis Capitolini*] A Capitolio Capitolinus dictus est: illi cella inter Junonis et Minervæ media fuit.

^d *Jove genitus*] Interdum se a Jove sub specie serpentis genitum dicere solebat.

† An. M. 3347. Ol. 143. 2. Urb. C. 546. Ant. Ch. 206.

^e *L. Sylla*] Dictator ex nobilissima Corneliorum gente.

spectu militum^f complexus, orabat, ‘uti promissa maturaret.’[†]

4. Qu. Sertorius[§] per asperos Lusitaniæ^h colles cervam albamⁱ trahebat: ‘ab ea se, quænam aut agenda aut vitanda essent,’ prædicans ‘admoneri.’

EXTERNA.

1. Minos^j Cretensium rex nono³ quoque anno in quodam præaltum⁴ et vetusta religione consecratum specus secedere solebat: et in eo moratus, tanquam a Jove, quo se ortum ferebat,^k traditas sibi leges prærogabat.^{5*}

2. Pisistratus^l in recuperanda tyrannide,⁶ quam amiserat,



sacra forent.—3 Harlem. et sept. Leid. a manu prima *novo*; et sic ed. Lips. ad cuius marginem manus docta ascripsit *nono*. Thysius contra omnem historiam *unoquoque*: et sic Delph.—4 Brand. *in quendam præaltum specum.*—5 Ita Aldus edidit: *prorogabat* Brand. 1. et Bitur. quod probat Perizonius. *Prorogabat* est: in proximos quosque novem annos decreto continuabat. Ceteri Mss. *perrogabat*, quod non damnat Torrenius, et sic jam Gifanius. cf. VIII. 6. 4.—6 Ita quoque Brand. at Aldd. et Herbip. *in recuperandam tyran-*

NOTÆ

^f *In conspectu militum*] Dum ad portam Collinam cum Telesino Samnitium duce de summa rerum dimicaret, illud Apollinis signum exosculatus est, cum diceret: ‘Felicemne Cornelium Syllam, Pythi Apollo, quem tot in præliis præstitisti victorem; hunc in locum adduxisti, ut in ipso patriæ limine una cum civibus turpi clade victus caderet?’ Hæc Plut. in Sylla.

‡ An. M. 3970. Ol. 174. 1. Urb. C. 669. Ant. Ch. 83.

§ *Q. Sertorius*] Marianarum partium dux nulli secundus, qui desperatis in Italia Marii rebus, ex fuga Hispaniam occupavit. De illo sæpe agemus inferius.

^h *Lusitaniæ*] Quæ id temporis Durio flumine a Tarraconensi provincia, Ana fluvio a Bætica discreta erat. Hodie *Portugal*.

ⁱ *Cervam albam*] Quomodo Lusita-

nos hujus cervæ ope sæpe Sertorius luserit, narrat Plut. in illius vita.

^j *Minos*] Qui, quod vivus iudex fuerit integer, iudex etiam mortuus apud Inferos a Poëtis fingitur.

^k *Quo se ortum ferebat*] Ex Europa et Asterio, ut scribit Eusebius; ut Apollodorus, ex Jove ortus est: fratresque illi fuerunt Radamanthus et Sarpedon.

* An. M. 2650. Ant. Ch. 1403.

^l *Pisistratus*] Hippocratis filius, vir doctrina et eloquentia insignis; de quo, ut quæ sequuntur, intelligas, hæc paucis accipe. Tyrannidem Athenis ter occupavit, primum quidem omnium consensu, uno Solone repugnante: quatuor post annis Megadis factione dejectus, conciliato sibi nuptiarum pactione Megade eodem, denno per subornatam specie Minervæ mulierem in arcem receptus est; unde Megadis conspiratione rursus

simulatione reducentis se in arcem Minervæ est usus: cum per ostentationem ignotæ mulieris, quæ Phya⁷ vocabatur, formatae ad habitum Deæ,^m Athenienses deciperet.†

3. Lycurgusⁿ consilio Apollinis^o gravissimæ Lacedæmoniorum civitati leges compositas ferre se persuasit.‡

4. Zaleucus^p sub nomine Minervæ apud Locrenses prudentissimus habitus est.*



nidem.—7 Sic Polyænus et Herodotus. Ed. Lips. *Phia*. Cod. Brand. ed. Herbip. et quidam libri Pighiani *Ero*, alii: *afro*, *fro*, *sto*.

NOTÆ

expulsus, undecimo demum anno, quod Athenienses prælio victos dimisisset, restitutus est. Hæc Thucydides.

^m *Formatae ad habitum Deæ*] *Phia* prægrandi statura mulier a Pisistrato in eum habitum composita, quo et vultus pulchritudine et corporis majestate se Minervam simularet: præconesque præmissi, qui Deæ jussu dicerent: ‘Athenienses, benigne excipite Pisistratum, quem Minerva ipsa in suam reducit arcem.’ Qua fraude, et decepti Athenienses, et mulier pro Dea habita, et receptus Pisistratus. Hæc pluribus Herodotus.

† An. M. 3496. Ol. 55. 3. Urb. C. 195. Ant. Ch. 557.

ⁿ *Lycurgus*] De Lycurgo inter Herodotum et Plutarchum non convenit: ille ex Eurystenidarum, hic ex Proclidarum familia; ille Echestrati, hic Polydecti Regis fratrem; ille Leobotæ, hic Charilai pupilli tuto-

rem facit: utri assentiri malis, tute elige. Ut ut est, Spartanum regnum diu tutorio nomine administravit, non minore laude fidei quam prudentiæ. Ubi vero nepos adolevit, ipse peregre profectus, variorum ex usu populorum eas leges didicit, quibus domum reversus Lacedæmoniorum astrinxit disciplinam.

^o *Consilio Apollinis*] Leges illas alii ab Oraculo, alii a Cretensibus acceptas apud Pausaniam crediderunt: cum primis sentire videtur Herodotus, apud quem Lycurgum Delphos profectum his verbis alloquitur Pythia: ‘Ad mea venisti propinqua tecta, Lycurge, Grate Jovi,’ &c. Tum illi pluribus tradidit ea, quæ diu Spartæ vigerunt, instituta.

‡ An. M. 3183. Ant. Ch. 870.

^p *Zaleucus*] Thaletis una cum Lycurgo discipulus fuisse, legesque Locris Epizephyriis posuisse dicitur.

* An. M. 3200. Ant. Ch. 853.

CAP. III.

DE PEREGRINA RELIGIONE REJECTA

1 A senatu Romano.

3 A L. Æmilio Paulo, Cos.

2 A C. Cornelio prætore.

1. BACCHANALIUM ¹^a sacrorum mos novus institutus, cum ad perniciosam vesaniam ^b iretur, ² sublatus est. ^c†

Lutatius, ^d qui primum Punicum bellum ^e confecit, ^f‡ a



1 Hæc in quibusdam codd. cum superioribus sine ullo tituli novi vestigio cohærent: in aliis cum sequentibus de Auspiciis. Pighius novum hic caput constituit.—2 Brand. Leid. 3. et Ultraj. *iret*; et sic Pighius in Erratis:

NOTÆ

^a *Bacchanalium*] Festa Libero patri dicata, quæ, ut auctor est Livius lib. xxxix. Græcus quidam homo ignobilis, sed ejusmodi sacrorum antistes, in Etruriam attulit: ex Etruria ea mali labes mox Romam penetravit.

^b *Ad perniciosam vesaniam*] Singula quæque illius festi attingere scelera pudor vetat: ibi enim promiscua et stupra et adulteria ingenuorum fœminarumque erant. Falsi testes, falsa signa inde exibant; venena identidem, intestinæque clades, et plura alia; quæ in eo, quem dixi, libro multis explicat Livius.

^c *Sublatus est*] Cum nefanda hæc crimina, conspiracyemque factam, muliercula quædam aperuisset Ebnutio adolescenti; ille ad amicum, hæc ad Consulem, Consul ad Senatum rem detulit. Continuo sacrorum illorum sacerdotes, seu viri seu fœminæ, comprehendi ex Senatusconsulto jussi sunt; edictisque, tum in urbe tum per totam Italiam, vetitum, ne quis hæc sacra celebraret.

† An. M. 3868. Ol. 148. 3. Urb. C. 567. Ant. Ch. 185.

^d *Lutatius*] C. Lutatius Catulus,

familiæ Lutatorum princeps, quam licet plebeiam, singulari virtute patriciis parem reddidit.

^e *Primum Punicum bellum*] Cum in bellis Punicis pæne totus versetur Valerius, non erit, opinor, ingratum, si quæ cujusque causa, quisve fuerit exitus, quoque tempore gestum sit, breviter perstrinxerim. Punica bella tria fuere. Primi principium fuit auxilium datum Mamertinis: secundi, Saguntus deleta ab Annibale: tertii, a Carthaginiensibus neglectum fœdus, bellumque Masinissæ illatum. Primum ab anno Urbis 489. ad 513. gestum est: alterum ab anno 536. ad 552. tertium ab anno 605. ad 608. Primum post annos 23. Q. Lutatius Catulus; secundum post annos 17. P. Scipio Africanus Major; tertium post annos 4. P. Scipio Æmilianus Africanus Minor confecit. Carthaginiensibus ademptæ sunt primo bello omnes maris Mediterranei insulæ: secundo, Hispania, et pars Africae: tertio, Carthago ipsa.

^f *Confecit*] Ea fortitudine et felicitate contra Pœnos ad Ægates insulas pugnavit, ut naves eorum 50. vel fractæ vel demersæ, 70. captæ, reliquæ

senatu prohibitus est, ‘sortes Fortunæ Prænestinæ^g adire.’³ Auspiciis enim patriis,^{4h} non alienigenis, remp. administrari oportere judicabant.

2. C. Cornelius Hispallus⁵ prætor peregrinusⁱ M. Popilio Lænate, Cn. Calpurnio^j Coss.* edicto Chaldæos^k ‘intra decimum diem abire ex Urbe atque Italia’ jussit: levibus et ineptis ingeniis, fallaci siderum interpretatione, quæstuosam mendaciis suis caliginem injicientes.^{a6}

Idem, qui Sabazii Jovis^l cultu simulato⁷ mores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coëgit.

^a Quia injiciebant levibus et ineptis vulgi mentibus obscuram prædictionem, sed quæstuosam, rerum futurarum, mendaci explicatione eorum, quæ sidera portenderent.

~~~~~  
iretur in aliis codd.—3 Prænestinæ audire Steph.—4 Pighius et Colerus, patris, pro patriis.—5 Dan. Hispalus.—6 In eodem codice, caliginem inicientes.—7 In Cauchii cod. Batavo, ut et in Brand. 1. 2. non habetur, simulato; quod

## NOTÆ

fugatæ; decem millia hostium capta. Cladem more suo anget Orosius; ex ipso enim naves Punicæ 63. captæ, 125. demersæ, captaque hostium 32. millia, cæsa 14. Quare domitis Pœnis, pax iis legibus concessa, ut iis, quæ sunt Italiam inter et Africam, insulis cederent, penderentque in 20. annos 2200. talenta.

‡ An. M. 3812. Ol. 134. 3. Urb. C. 511. Ant. Ch. 241.

<sup>g</sup> Sortes Fortunæ Prænestinæ] De quarum sortium origine hæc pauca dixisse satis erit. Numerius quidam Suffius jussus in somnio secare sili- cem, in eo insculptas priscarum literarum notas reperit: cumque eodem loco lac fluxisset ex olea, responderunt Aruspices, sortes illas nobiles admodum futuras, eorumque jussu ex illa arbore arca facta, qua conderentur: unde quotannis Kalendis Januariis eximi solebant eoque, quo educatæ erant, ordine. Si una jungerentur, responsa dabant integra, quæ

Delph. et Var. Clas.

vim Oraculi vulgo habere putabant.

<sup>h</sup> Auspiciis enim patriis] Auspicio- rum apud Romanos tria genera: avium inspectio, observatio de cælo, et tripudii animadversio. Primum ad centuriata et curiata comitia; alterum ad comitia omnia; tertium ad res gerendas adhiberi solenne fuit.

<sup>i</sup> Prætor peregrinus] Primum quidem unus erat Prætor, qui jus civibus diceret; sed ob peregrinorum multitudinem, alter additus, qui peregrinus dictus est.

<sup>j</sup> M. Popilio Lænate, Cn. Calpurnio] Patricius uterque, sed neuter rebus gestis illustris, nisi quod Popilius a Numantinis fusus est.

\* An. M. 3915. Ol. 160. 2. Urb. C. 614. Ant. Ch. 138.

<sup>k</sup> Chaldæos] Astrologos, qui, ex Assyria vel Babylonia oriundi, ex astrorum inspectione futura prædicebant.

<sup>l</sup> Sabazii Jovis] Nomen Diis omnibus commune; σαβαζεύω, quasi σεβά-

Val. Max.

K

3. L. Æmilius Paulus<sup>m</sup> consul, cum senatus 'Isidis<sup>n</sup> et Serapis<sup>s</sup> ° fana diruenda' censuisset, eaque nemo opificum attingere auderet, posita prætexta<sup>p</sup> securim arripuit, temple ejus foribus inflixit.†

tamen extat in marg. Camp. *sublato* in aliis; et sic ediderunt Ald. et Herbip. In codd. Bitur. 1. et Leid. 1. ita habet: *Idemque sublato Jovis cultu Romanos inficere conati erant, repetere domos suas coëgit*: Leid. 3. *Idem qui*: Leid. 8. exhibet ut editur, nisi quod habet *erant pro sunt*.—8 *Isidis et Serapidis* Pigh. Coler. et Thys. *Serapis* in codd. et edd. antiq.

## NOTE

ξew, venerari. Licet illa sacra a Romanis repudiata tum fuerint, a posteris tamen recepta docent illius Dei pulvinaria Domitiani tempore facta, quæ Romæ etiam nunc visuntur his inscripta titulis, ut refert Pighius:

JOVI SABAZ.

V. S. L. M.

ALEXANDER.

Q. NUNNIUS.

<sup>m</sup> L. Æmilius Paulus] Qui duos Consulatus gessit: in primo domuit Illyrios, in altero ad Cannas cecidit.

<sup>n</sup> Isidis] Vel Saturni et Rheæ filia fuit, Osiridisque et soror et conjux, ut vult Diodorus: vel, ut malunt alii, Io Inachi filia Poëtarum celebrata versibus, quæ post fictos Jovis amores Osiridi nupserit.

° Serapis] Idem qui et Osiris et Apis, sæpe etiam Jupiter, Dionysius, et Ammon, appellatus est: vel, quod ego similis vero non temere dixi-

rim, Josephum Patriarcham sub Osiridis nomine coluerunt Ægyptii: idem enim Augustino, Ruffino, Julio Firmico, recentioribusque bene multis visum est; quos, ut id crederent, cum multa moverunt, tum illud præcipue, quod Serapis ille designaretur figura, aut bovis, Lunæ, Solisque notis insigniti, aut juvenis imberbis cum modio et calatho in capite; quibus Josephi ætas, Astrologiæ peritia, visæ in somniis et boves et spicæ commode sane adumbrantur. Ita fere Tirinus noster, in Genes. cap. 41.

<sup>p</sup> Prætexta] A prætexendo dicta, quod in ora purpuram haberet: illa utebantur, tum pueri usque ad annum ætatis septimum decimum, tum puellæ ingenuæ, tum Sacerdotes, Senatores ludorum diebus, et Magistratus.

† An. M. 3835. Ol. 140. 2. Urb. C. 534. Ant. Ch. 218.

## CAP. IV.

DE AUSPICIIIS.<sup>1</sup>

## QUÆ CEPERE ROMANI

- 1 Attius Navius Augur.
- 2 Ti. Gracchus, Ti. F. trib. pleb.
- 3 P. Claudius Pulcher, et L. Junius Pullus Coss.
- 4 L. Metellus Pont. max.

- 5 M. Tullius Cicero.
- 6 M. Junius Brutus procos.

## EXTERNI

- 1 Alexander Magnus.
- 2 Deiotarus rex.

1. L. Tarquinius<sup>a</sup> rex † centuriis equitum,<sup>b</sup> quas Romulus<sup>c</sup> auspicato<sup>2</sup> conscripserat, alias adjicere cupiens; cum ab Attio Navio<sup>3d</sup> augure prohiberetur, offensus interrogavit, ‘Possetne fieri, quod ipse mente conceperat?’<sup>4</sup> ‘Posse fieri’ dicente,<sup>5</sup> jussit novacula cotem discindi. Qua Attius



1 Hæc etiam in codd. connectuntur cum superioribus, nisi quod in Leid. 8. titulus est: *De Auspicio Cap. iv.*—2 *Romulus auspicando* in Bitur. 1.—3 Vulgo legitur: *a Decio Atio Navo*; Mitalerius *Decimo* emendat. Aldus ediderat: *ab Decio Accio Navo*. Abest *Decio* a Brand. Camp. et Herbig. Ex vett. exemp. edidit Pighius: *ab Atio Navio*: Torren. malit, *Attio*. ‘Varie scribitur in Mss. sed quam dedimus lectionem, etiam optimi editores Flori et Livii præferunt.’ Kapp.—4 Octo Codd. *An id fieri posset quod animo cogitaret?* Sed nostra lectio magis congruit cum verbis Livii et Flori.—5 Camp. Brand. et Torreniani: *Eo, augurio capto, posse fieri dicente*. Sic fere Livius, Cicero, et Florus. Mox, *Qua Actius* Exc. Steph. et pro *professionis* Torreni-

## NOTÆ

<sup>a</sup> *L. Tarquinius*] Priscus, qui Demarati Corinthii profugi filius Romæ imperium adeptus est, et a Tuscis, quos subegerat, insignia summæ potestatis accepit fasces, trabeam, curules, prætextam, et id genus alia.

† An. M. 3439. Ol. 41. 2. Urb. C. 138. Ant. Ch. 614.

<sup>b</sup> *Centuriis equitum*] Constituto Senatu, populoque in curias tributo, Romulus trecentos juvenes denos per singulas curias ex nobilibus familiis selegit: quibus, et ad corporis tutelam, et ad necessaria munia obeunda uteretur: hos et ‘Celeres’ appellari voluit, vel a celeritate, vel ab eorum duce, cui Celer nomen esset, ut pla-

cet Valerio Antiati: et pace cum Sabinis facta, in tres turmas distribuit; quarum una Ramnensium a Romulo, altera Tatiensium a Tatio Sabinorum Rege, tertia Lucerum a Lucere viro nobili, qui e Salonio (Hetruscum oppidum est) Romulo contra Cæninenses auxilio venerat.

<sup>c</sup> *Romulus*] Sylvia Vestali genitus; quæ, incertum a quo compressa, geminos est enixa, Romulum et Remum. Nota est omnibus seu fabula seu historia.

<sup>d</sup> *Ab Attio Navio*] Qui artis suæ commendatione plurimum potuit apud populum, ut postea videbimus.

allata, administrato incredibili facto,<sup>e</sup> effectum suæ professionis oculis regis subiecit.<sup>a</sup>

2. Ti. Gracchus,<sup>f</sup> cum ad res novas<sup>g</sup> pararetur,<sup>\*</sup> auspicia domi prima luce petiit: quæ illi perquam tristia responderunt.<sup>6</sup> Nam janua egressus, ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur; tres deinde corvi, in eum adversum occincentes, partem tegulæ decussam ante ipsum propulerunt.<sup>7</sup> Quibus omnibus contemptis, a Scipione Nasica<sup>h</sup> pontifice maximo decussus Capitolio, fragmento subsellii<sup>i</sup> ictus procubuit.

<sup>a</sup> *Cum Navus respondisset fieri posse, Tarquinius jussit discindi cultro rasorio lapidem durissimum: quo lapide allato, Atius ostendit ante oculos Regis vim suæ artis, dissecto lapide, quod factum incredibile est.*



ani et Lips. *perfectionis*.—6 Pro *responderunt* Perizon. conj. *desponderunt*, i. e. destinaverunt. Mox pro *decuteretur*, quod exhibent omnes codd. Gudius conj. *decutiretur*.—7 Aldus ediderat, *protulerunt*; sed *propulerunt* exhibent Camp.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Incredibili facto*] Unde et in comitio, ubi acta res est, statua capite velato Atio erecta; et Auguriis tantus honos accessit, ut nihil bello domique nisi auspiciato gereretur: concilia populi, vocati exercitus, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur. Hæc Livius.

<sup>f</sup> *Ti. Gracchus*] Tiberii Gracchi Consularis et Censoris filius, et Africani Majoris ex filia nepos; qui cum ægre ferret improbatam a Senatu Mancini turpem apud Numantiam deditionem, quæ ipso et Quæstore et auctore facta fuerat, a recta via deflexit: ‘Vir alioqui innocentissimus,’ inquit Velleius, ‘et ingenio florentissimus.’

<sup>g</sup> *Cum ad res novas*] Hæc fere Tiberio crimini data sunt: quod Italis civitatem pollicitus esset, tulisset legem Agrariam, vetuisset, ne quis amplius quinquaginta possideret agri jugera; se, Caiumque fratrem, et Ap-pium soceram Triumviros agris dividendis legisset. Nil opus est hic

auctores appellare, cum in iis consentiant Livii Epit. Vell. Flor. Plut. et alii.

<sup>\*</sup> An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

<sup>h</sup> *Scipione Nasica*] Serapione, illius, qui vir optimus judicatus est, nepote.

<sup>i</sup> *Fragmento subsellii*] Non tamen a Nasica occisus: sic se res habuit. Cum Consul nihil per vim agendum censeret, Scipio Nasica, privatus licet et togatus, magna voce clamavit: Qui salvam vellent Rempublicam, se sequerentur. Tum optimates, Senatus, ex Equestri ordine multi, multi e plebe, una tendere in Capitolium, et in Gracchanos irruere: illi, nec numero nec viribus pares, non resistere; sed primum cedere loco, deinde palam fugere. At Tiberius, dum relicta toga in tunica clivo Capitolino decurrit, prolapsus est; surgentique unus e collegis Satoreius caput affixit subsellii pede. Illo mortuo, in socios sævitum est; trecenti, seu fus-

3. P. Claudius<sup>j</sup> bello Punico primo,<sup>†</sup> cum prælium navale<sup>k</sup> committere vellet, auspiciæque more majorum petiisset, et pullarius<sup>l</sup> ‘non exire cavea pullos’ nuntiasset, abjici eos in mare jussit, dicens: ‘Quia esse<sup>s</sup> nolunt,<sup>m</sup> bibant.’ Et L. Junius<sup>n</sup> P. Claudii collega, neglectis auspiciis, classem tempestate amisit.<sup>o</sup> Quorum ille populi judicio concidit,<sup>p</sup> damnationisque hic ignominiam voluntaria morte prævenit.<sup>9</sup>

Brand. omnes Torreniani, et ed. Herbip. ita quoque edidit Pighius.—8 *Quia exire omnes Gudian cum quinque Torrenii.* Perizon. conj. *Qui esse.* Alii codd. cum edd. vett. habent, *esse.*—9 ‘Ita Pighius ex cod. Camp. et Cicerone constituit, probante Ruperto. Harl. Leid. tert. Ultraj. Bit. *amisit, damnationisque ignominiam v. m. prævenit.* Et sic quoque ed. Lips. et Lugd. Codex Camp. *populique judicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte prævenit.* Vorstius conjicit: *populique judicio ille damnatus: hic ignominiam v. m. prævenit.* Cete-

## NOTÆ

tibus seu lapidibus cæsi, ferro nullus. Ita tradunt Plut. Appian. et alii. ‘Quod initium in urbe Roma civilis sanguinis, gladiatorumque impunitatis fuit,’ inquit Velleius.

<sup>j</sup> P. Claudius] Pulcher, Appii Cæci filius.

<sup>†</sup> An. M. 3805. Ol. 132. 4. Urb. C. 504. Ant. Ch. 248.

<sup>k</sup> *Prælium navale*] Classem habebat 120. navium, ex Oros. 220. ex Diodoro, cum ad Drepani portum ab Adherbale Carthaginensium duce victus est. Naves, seu captæ seu demersæ, 73. ex Polyb. 117. ex Diod. 90. ex Oros. Romanorum 8. millia cæsa, 20. amissa, ex Oros. quæ pluribus persequitur Polyb. lib. 1.

<sup>l</sup> *Pullarius*] Qui pullis præerat. Placita Deorum de re gerenda per pullos explorandi apud Romanos hæc ratio fuit. Summo mane, imperatorque de more silentio, aut puls aut offa, reclusa cavea, objiciebatur pullis; qui, si ad oblatam escam continuo non prosilirent; si egressi cavea illam dissiparent alis; si illa relicta, vel occinerent vel avolarent: tum omen infaustum et timoris plenum.

Si vero cum impetu involarent in escam, avide depascerentur, ita ut vescentibus aliquid dilaberetur in terram: inde magna spes rei bene gerendæ. Hæc Peuceus.

<sup>m</sup> *Quia esse nolunt*] Qui risus, inquit Cicero, classe devicta, multas ipsi lacrymas, magnam Populo Romano cladem attulit.

<sup>n</sup> L. Junius] Pullus. Ex qua Juniorum familia fuerit incertum.

<sup>o</sup> *Classem tempestate amisit*] Cum navibus longis 120. onerariis prope 800. aliisque 60. Syracusas tendebat Junius, iis qui Lilybæum obsidebant, delaturus annonam; cum missus ab Adherbale illi occurrit Carthalo: tum Junius, pugnam committere non ausus, ad Geloum littus, in loca aspera naves sensim subducit; ubi orta tempestate fluctibus et saxis ita afflicta classis est, ut ne tabula quidem, quæ usui esse posset, superfuerit. Cladem ita narrat Polybius; paulo aliter Diodorus.

<sup>p</sup> *Populi judicio concidit*] Hic secum non consentit Valerius, cum illum coorti imbris beneficio a damnatione tutum fuisse postea referat.

4. Cum Metellus<sup>a</sup> Pontif. maximus Tusculanum<sup>r</sup> peteret,<sup>10</sup> corvi duo in os ejus adversum veluti iter impediētes advolaverunt: vixque extuderunt,<sup>11</sup> ut domum rediret.<sup>b</sup> Insequenti nocte<sup>12</sup> ædes Vestæ arsit: quo incendio, Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium<sup>s</sup> incolume servavit.<sup>††</sup>

5. M. Ciceroni<sup>u</sup> mors imminens auspicio prædicta est: cum enim in villa Caietana<sup>13</sup> v<sup>v</sup> esset, corvus<sup>w</sup> in conspectu

<sup>b</sup> *Vixque circumvolando effecerunt, ut Metellus domum reverteretur.*

//////////

rum lect. codd. Harl. Leid. Ultraj. et Bitur. aliis prætulerim.<sup>7</sup> Kapp.—10 Ita Ultraj. 1. ‘Omnes Mss. et ed. Aldi, &c. *petens iret*; unde facilis conjectura: *pedes iret*.’ Kapp.—11 Cod. Brand. et Ultraj. 1. *extorserunt*: Leid. 3. *extruserunt*; Ald. et Herbip. *excuderunt*; et hoc nihil aliud est quam *extuderunt*; enim *t* et *c* pæne similes sunt in codd. ant. Kapp. ex Aldina falso citat, *extulerunt*.—12 *In sequenti nocte* omn. Torren. Aldus, aliique: *Insequenti noctu*. Nostram lect. exhibent Brand. 1. 2.—13 Harl. et Leid. 8. *Caletana*: Leid. 3. *Calectana*:

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Metellus*] Idem, de quo capite primo diximus.

<sup>r</sup> *Tusculanum*] Latii oppidum duodecimo ab urbe lapide in arduo colle situm, a Telegono Ulyssis et Circes filio conditum, ex Strabone. Nunc *Frescati*.

<sup>s</sup> *Palladium*] Palladis simulacrum, cujus historia, vera an ficta, a Varro, Dionys. Ovid. et Plut. sic traditur: Chrysis Pallantis filia in Samothracia cum nuberet Dardano, cum multa Deorum simulacra, tum Palladium illud pro dote secum attulit: quo aliquanto post Ilium translato dixit Oraculum, civitatem, dum in ea Palladium esset, mansuram. Quare in arcis intima parte reconditur; aliudque, et materia et figura persimile, fingitur: quod cum in publico asservaretur negligentius, Ulysses et Diomedes per fraudem, in eo ipsi decepti, quod verum putarent, auferunt. Urbe vero capta, hoc Palladium Æneas secum advexit in Italiam, et multis post annis, seu ex La-

vinio seu ex Alba Romam translatum, in templo Vestæ repositum est. Incensa denique sub Heliogabalo æde Vestæ, vulgo conspectum tradit Herodianus.

<sup>t</sup> *Incolome servavit*] Ipse orbatus est luminibus; quare illi, quod præter ipsum nemini, concessum est, ut quoties in Senatū veniret, curru veheretur.

‡ An. M. 3810. Ol. 134. 1. Urb. C. 509. Ant. Ch. 243.

<sup>u</sup> *M. Ciceroni*] Oratori omnium, qui unquam extiterunt, perfectissimo. De quo vide Tulliorum familiam.

<sup>v</sup> *In villa Caietana*] Quæ non procul aberat a Caieta, quæ urbs est et portus Campaniæ. Nunc *Gaiete*.

<sup>w</sup> *Corvus*] Dum ad terram appellit Cicero, corvorum agmen ex fano Apollinis magno crocitu ad navem illius advolat: ubi vero in villam ingressus ad quietem composuit sese, continuo corvi frequentes in fenestra considunt; dumque alii diros edunt strepitus, unus demittit se in dormi-



ejus horologii ferrum loco motum excussit, et protinus ad ipsum tetendit, ac laciniam togæ eo usque morsu tenuit, donec servus ‘ad occidendum eum<sup>x</sup> milites venisse’ nuntiaret.\*

6. M. Brutus<sup>y</sup> cum reliquias exercitus<sup>z</sup> sui adversus Cæsarem et Antonium eduxisset,† duæ aquilæ<sup>a</sup> ex diversis castris advolaverunt, et edita inter se pugna, ea, quæ a parte Bruti fuerat, male mulcata<sup>14</sup> fugit.

EXTERNI.

1. Cum rex Alexander<sup>b</sup> urbem<sup>c</sup> in Ægypto<sup>d</sup> constituere vellet,‡ architectus Dinocrates cum cretam<sup>e</sup> non haberet,

//////////

Bitur. *Calenta*.—14 Ita Vossius in ora libri sui legebat, ut et Burman. ad Phædr. 1. 3. et recepit Torrenius: *multata* in codd. et aliis edd. Vide ad n. 11.

NOTÆ

entis lectulum; et togam, qua operatus erat, a facie paulatim rostro detrahit. Hæc Plut. in Cicerone.

\* *Ad occidendum eum*] Corvorum clamoribus territi servi, Ciceronem partim precibus partim vi sublatum in lectica ad mare deferunt. Interea missi ab Antonio percussores adveniunt Herennius Centurio et Popilius Tribunus; quos, ut vidit Cicero, servis, ut lecticam ponerent, jussit; cervicemque natus annos 64. ad eandem e lectica protendit. Caput et manus pro Rostris spectaculo affixa fuerunt; ubi miraculo fuerat eloquentia. Sed de his alias.

\* An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

<sup>y</sup> *M. Brutus*] Illius, qui Pompeii jussu necatus est, filius: ipse cum Cassio et aliis Julium Cæsarem in Curia occidit: de ipso sæpius postea.

<sup>z</sup> *Reliquias exercitus*] Jam ad Philippos Thessaliæ urbem vario Marte certatum erat: ibi enim Cæsar a Bruto, Cassius ab Antonio victus castris exiit. At parem cladem

error imparem fecit. Victus Cassius, Brutum quoque eadem usum fortuna ratus, ultro sibi mortem intulit.

† An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

<sup>a</sup> *Duæ aquilæ*] Quæ dum inter se decertant, mirum in castris silentium, insolitusque stupor.

<sup>b</sup> *Rex Alexander*] Philippi Macedonis filius, qui victoriis, et Asiæ totius imperium, et Magni cognomen sibi peperit.

<sup>c</sup> *Urbem*] Alexandriam, non longe a Nili ostio, quod Canopicon dicitur, urbem non Ægypti tantum, sed totius orbis, si Romam exceperis, amplitudine, divitiis, opibus olim nobilissimam.

<sup>d</sup> *Ægypto*] Quæ hinc ad Sienem et Æthiopiam, inde ad Arabiam et Palæstinam pertinet. Nunc *L'Egypte*; indigenis *Chibili*.

‡ An. M. 3723. Ol. 112. 2. Urb. C. 422. Ant. Ch. 330.

<sup>e</sup> *Cretam*] Terra est alba: polenta vero genus quoddam pultis ex farre candido.

polentaque futuræ urbis lineamenta duxisset,<sup>15</sup> ingens avium multitudo proximo lacu emersa polentam depasta est: quod sacerdotes Ægyptiorum interpretati sunt, ‘advenarum<sup>16</sup> frequentiæ alimentis suffecturam urbem.’<sup>c</sup>

2. Deiotaro<sup>17</sup> <sup>f</sup> vero regi omnia fere auspicato gerenti salutaris aquilæ conspectus fuit: qua visa, abstinuit<sup>g</sup> se ab ejus tecti usu, quod nocte insequenti ruina solo æquatum est.\*

<sup>c</sup> *Explicarunt civitatem illam abunde daturam alimenta magnæ multitudini advenarum.*

//////////

supra.—15 In quibusdam, *lineamenta deduxisset*: codd. Pighii, *duxisset*. Mox pro *proximo* nonnulli habent, *primo*.—16 Harl. *cum venarum*; Voss. 2. *convenarum*; hinc Gudius conj. *non convenarum*.—17 Hic post longam lacunam incipiunt codd. omnia integre exhibere; et hic unus et viginti, inter quos sex Leidd. habent, *auspicatu*: nonnulli, *auspicata*; quod in Ultraj. 1. est a m. sec.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Deiotaro*] Rex Galatiæ fuit a Senatu factus Pompeii opera; cujus partes in bello civili quod secutus esset, a Cæsare parte regni mulctatus est: et paulo post a Philippo quodam accusatus, quod Cæsari apud se divertenti struxisset insidias; a Cicerone defenditur luculenta illa

oratione, quæ pro Deiotaro Rege inscribitur.

<sup>g</sup> *Abstinuit*] Ex itinere proposito domum reversus, cum tum progressus esset multorum dierum viam. Cic. de Divin. lib. I.

\* An. M. 4001. Ol. 181. 4. Urb. C. 700. Ant. Ch. 52.

---

## CAP. V.

### DE OMINIBUS.

#### QUÆ ACCEPERE ROMANI

- 1 Patres conscripti.
- 2 M. Furius Camillus dictator.
- 3 L. Æmilius Paulus Cos.
- 4 Cæcilia Metelli.
- 5 C. Marius exul.
- 6 Cn. Pompeius Magnus procos.

- 7 M. Brutus procos.
- 8 C. Cassius procos.
- 9 Q. Petilius Cos.

#### EXTERNI

- 1 Prienenses.
- 2 Apolloniata.

OMINUM<sup>a</sup> etiam observatio aliquo contactu religionis<sup>1</sup>

~~~~~

- 1 Guy. conj. *religioni*, quod habent uterque Heins. *religioni connexa est* Vet.

innexa est: quoniam non fortuito motu, sed divina providentia constare creditur.^a

1. Quæ effecit, ut Urbe a Gallis disjecta,^{2 b †} deliberantibus P. C.^c utrum Veios^d migrarent,^e an sua moenia restituerent; forte eo tempore e præsidio^{3 f} cohortibus^g redeuntibus, centurio in Comitio^h exclamaret, ‘Signifer,ⁱ

^a *Observatio etiam ominum nexu quodam jungitur cum religione; neque enim evenire illa fortuito casu, sed divina gubernante providentia creduntur.*

~~~~~

—2 Codex Perizon. *delecta*, sed *c* punctulo subtus notavit librarius, ac si deleri vellet: alii *deleta*, quod Perizon. probat; sed *disjecta* habent Mss. Pighiani, Brand. uterque, Torreniani et Vet. In ed. Lips. quæ *deleta* legit, vir doctus ascripsit: *disjecta præter Capitolium*.—3 Multi codd. delent præ-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ominum*] Omen erat, cum alicujus aut vox aut factum alio spectans ad rei gerendæ eventum deduceretur: ad omen etiam pertinent equorum lapsus, occursus leporum, et id genus alia. Idcirco omnibus rebus gerendis, teste Cicerone, ‘quod bonum, faustum, felix, fortunatumque sit,’ præfari moris erat.

<sup>b</sup> *Urbe a Gallis disjecta*] Galli Senones, qui, Tarquinio Prisco Rege, Italiæ partem, quæ Cisalpina postea dicta est, Tuscis expulsis occuparunt, in oppugnatione Clusii, Hetruscorum id oppidum est, a tribus Fabiis Populi Romani legatis irritati, omisso Clusio Romam advolarunt. Primo impetu fusi fugatique ad Alliam Romani, qui obviam iverant; urbs deinde capta et incensa; Capitolium, quo se flos civitatis receperat, obsessum: in angusto Romana res erat, nec ulla spes auxilii, ni Camillus exul, ut gratia cum ingrata patria certaret, obsessis subvenisset. Ab eo, primo concursu fusi Galli; inde justo prælio ad octavum lapidem omnes ad unum cæsi.

† An. M. 3665. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

<sup>c</sup> *Deliberantibus P. C.*] Quid Patricios inter et Senatores et Patres

Conscriptos intersit, diximus in Magistratibus Romanorum.

<sup>d</sup> *Veios*] Urbem Hetruriæ, non procul a Roma, post decennalem obsidionem a Camillo captam. Nunc destructa est.

<sup>e</sup> *Migrarent*] Bis de Veientana migratione actum est, semel anno 362. iterum hoc anno: bis a populo vehementer expetita, bis impetrata a Tribunis plebis; totidemque Patrum Camillique auctoritate discussa.

<sup>f</sup> *E præsidio*] E loco ubi præsidia posita fuerant.

<sup>g</sup> *Cohortibus*] Quid cohors, quid Centurio, te docebunt ea, quæ præmisimus de militia Romanorum.

<sup>h</sup> *In Comitio*] Fuit pars fori, quo comitiis curiatis conveniebat populus: multis annis tecto caruit, post bella Punica ornatum et tecto et pluribus stauis. Erant in eo Rostra, ex rostris navium Antiatium olim condita, ex Livio; ubi ferri leges, conciones haberi, agi causæ solitæ sunt.


<sup>i</sup> *Signifer*] Qui vexillum ferebat. Varia variis temporibus apud Romanos signa fuere; primum quidem Aquila, Lupus, Minotaurus, ex Vegetio; Equus etiam, et Aper, ex Plinio. Tum præ ceteris principa-

statue signum, hic optime manebimus.’ Ea enim voce audita, senatus ‘se accipere omen’ respondit, e vestigioque Veios transeundi consilium omisit. Quam paucis verbis de domicilio futuri summi imperii confirmata est conditio!<sup>b</sup> Credo indignum Diis existimantibus, prosperrimis<sup>5</sup> auspiciis<sup>j</sup> Romanum nomen ortum, Veientanæ urbis appellatione mutari: inclytæque victoriæ<sup>k</sup> decus modo abjectæ urbis ruinis infundi.<sup>c</sup>

2. Hujus tam præclari operis auctor Camillus,<sup>l</sup> cum esset precatus,<sup>m</sup> ut si<sup>6</sup> cui Deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, ejus invidia suo aliquo incommodo satiaretur, subito lapsu decidit:<sup>7</sup> † quod omen ad damnationem, qua postea oppressus est, pertinuisse visum est. Merito autem de laude inter se, victoria, et pia precatio amplissimi viri

<sup>b</sup> Quam paucis verbis confirmata est sententia de loco urbis, quæ habitura esset summum imperium!

<sup>c</sup> Et gloriam maximæ victoriæ communicari civitati eversæ, quæ paulo ante nullius nominis fuerat.



positionem e; ut apud Curt. iv. 3. 7.—4 Sunt qui habent, *condictio*.—5 ‘Sic pro vulgato *prosperis* lego; auctoritate utriusque cod. Brand. octodecim Torrenianorum et librorum Wassianorum, quibus accedunt ed. Herbip. et Vet. sine dubio ex cod. Ms. edita; itemque Lipsiensis Thanneri. Credibilis etiam est, *prosperrimis* mutatum esse a librariis in *prosperis*, quam contra. *Prosperrima auspicia* sunt illa duodecim vulturum, quæ Romulo se ostenderunt.’ Kapp. Codex Camp. *Credo indignum Diis visum, existimantibus Romanis nomen prosperis auspiciis ortum, &c.* tres alii Torren. *indignum Diis visum e. prosperrimis a. R.*—6 In cod. Perizon. *precatus, si, &c.* omnes Torreniani rō ut agnoscunt. Mox pauci codd. cum Vet. Mog. et Venett. 1. 2. *Populo Romano*; pro quo Heins. 2. habet, *patriæ*.—7 Leid. 2. *subito lapsu cecidit*.—

#### NOTÆ

tum obtinuit Aquila, ut, aliis in castris relictis, in acie sola ordines anteiret: quam denique C. Marius secundum Consul, repudiatis aliis, tanquam felix victoriarum omen Romanis legionibus consecravit.

<sup>j</sup> *Prosperrimis auspiciis*] Romuli et Remi, quorum alter sex, alter duodecim vultures viderat.

<sup>k</sup> *Inclytæ victoriæ*] Victoriam de Veientibus, vel potius de Gallis relatam intellige.

<sup>l</sup> *Camillus*] M. Furius Camillus, Furiani nominis decus, et primus a Romulo Pater patriæ nuncupatus.

<sup>m</sup> *Cum esset precatus*] Dum Veios diriperent milites, prædaque spe ac opinione major ante oculos ejus ferretur, dicitur manus ad cælum tollens, hæc dixisse. De illius damnatione alias.

† An. M. 3659. Ol. 96. 2. Urb. C. 358. Ant. Ch. 394.

certaverunt: <sup>a</sup>8 æque enim virtutis est et bona patriæ auxisse, et mala in se transferre voluisse.

3. Quid illud, quod <sup>9</sup> L. Paulo <sup>n</sup> consuli evenit,\* quam memorabile! cum ei sorte evenisset, ut bellum cum rege Perse <sup>10</sup> gereret, et domum e curia <sup>p</sup> regressus, filiolarum suam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, osculatus, tristem animadverteret: interrogavit, ‘quid ita eo vultu esset?’ quæ respondit, ‘Persam periisse:’ decesserat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Persa. Arripuit igitur omen Paulus, exque fortuito <sup>11</sup> dicto, quasi spem certam clarissimi triumphus <sup>9</sup> animo præsumsit.

4. At Cæcilia Metelli, <sup>12</sup> dum sororis filiæ, adultæ ætatis virgini, more prisco, nocte concubia, <sup>s</sup> nuptialia petit, <sup>e</sup> <sup>13</sup>

<sup>d</sup> Merito dubites, an majori laude digna sit viri amplissimi victoria de Veiiis relata, an pia illius precatio.

<sup>e</sup> Exquirat an illius nuptiæ felices futuræ sint.

8 Heins. 1. et Barb. 1. certaverint, quod concinnius putat Torren. Mox codd. multi: in se transferri: nonnulli Torrenii et Perizon. transferre.—9 Unus Leid. Quid illud est, quod: Barb. 1. 2. Quid id: sed illud delet Copes. consuli deest in Ultraj. 2.—10 Persa cod. Perizon. duodecim Torren. et utraque Venet. Mox pro filiolarum in Vet. filiam.—11 Pighius: eque fortuito: codd. Brand. cum plusquam viginti Torren. et ed. Herbip. exque fortuito.—12 Metelli uxor in Bitur. 1. Medic. 2. Leid. 3. et Ultraj. 2. sed recte Pighius vidit illud uxor ortum e Glossa.—13 Voss. 2. nuptialia petit.—14 Klok. legebat:

## NOTÆ

<sup>n</sup> L. Paulo] Ex gente Æmilia, illius, qui ad Cannas cecidit, filius: ipse tribus triumphis claruit.

\* An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

<sup>o</sup> Cum Rege Perse] Macedoniae Rege, qui spurius Philippi filius, paterni in Romanos hæres odii, bellum in eos gessit, quod quarto anno, tam illius, quam regni Macedonici clade ac servitute finitum est.

<sup>p</sup> E curia] Triplex potissimum fuit hujus vocis acceptio: Curia enim, et pars populi; et ædes in quibus triginta curiæ sacra sua peragebant; et locus ille, quo de hic agitur, ubi Senatus haberi solebat.

<sup>9</sup> Clarissimi triumphus] De Pauli pugna, victoria, triumpho erit postea opportunior agendi locus.

<sup>r</sup> Cæcilia Metelli] Intellige ‘uxor,’ more antiquo, ut etiam nunc in mausoleo non procul ab urbe, ad viam Appiam legitur, CÆCILIAE Q. CRETICI. Fuit Cæcilia, itidem ut ipse Metellus, ex nobili Cæciliorum familia, Q. Metelli Numidici soror: cui vero Metellorum nupserit, non liquet; cum id temporis quatuor Metelli Macedoniae filii in Republica florent.

<sup>s</sup> Nocte concubia] Intempesta nocte, quod nullum tempus habeat rebus gerendis idoneum. Dies apud Romanos a nocte media incipiebat, cu-

omen ipsa fecit. Nam cum in sacello quodam ejus rei gratia aliquamdiu<sup>14</sup> persedisset, nec ulla vox<sup>15</sup> proposito congruens esset audita; <sup>f</sup> fessa longa standi mora puella, rogavit materteram, ut sibi paulisper locum residendi accommodaret: cui illa: ‘Ego vero,’ inquit, ‘libenter tibi mea sede<sup>16</sup> cedo.’ Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis processit eventum:<sup>g</sup> quoniam Metellus non ita<sup>17</sup> multo post, mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.<sup>†</sup>

5. C. autem Mario<sup>18</sup><sup>t</sup> observatio ominis procul dubio saluti fuit, quo tempore hostis a senatu judicatus,<sup>u</sup> in domum Fanniæ<sup>v</sup> Minturnis<sup>w</sup> custodiæ causa deductus est.<sup>‡</sup>

<sup>f</sup> Nec ulla vox, quæ ad nuptias Virginis pertineret, esset audita.

<sup>g</sup> Eventus futuri certum omen fuit.



*in sacello quodam ei rei aliquamdiu, &c.*—15 Edit. et Mss. maxima pars: *nec aliqua vox.* Nonnulli cum ed. Vet. *nec aliqua ulla vox.* Sex Mss. *nec aliqua illi vox,* quod Torrenio placet.—16 Nonnulli Mss. cum Vet. *meam sedem.* Utrumque Latine dicitur. Infra IV. 1. Ext. 7. ‘cessit eam Bianti,’ et alibi.—17 In aliquot codd. et edd. Pighio antiquioribus *ita* deest.—18 In pluribus

#### NOTÆ

jus partes erant mediæ noctis inclinatio, gallicinium, conticinium, diluculum, mane, vespera, prima fax.

† An. M. 3841. Ol. 141. 4. Urb. C. 540. Ant. Ch. 212.

<sup>t</sup> C. Mario] Nepoti, qui natus Arpini ex humili loco, vir manu strenuus, vita incorruptus, ad summos honores pervenit. De illo plura in Mariorum familia.

<sup>u</sup> Hostis a senatu judicatus] Cum L. Syllæ bellum Mithridaticum commissum esset, C. Marius, licet senio confectus, tantam gloriæ segetem Syllæ legato olim suo invidens, per C. Sulpitium Trib. pl. hanc ei provinciam eripit. Qua re Sylla commotus, urbem cum exercitu occupat, occisoque Sulpitio Marium fugat, eumque absentem hostem a Senatu judicari imperat. Ita Velleius, Flo-

rus, et alii.

<sup>v</sup> In domum Fanniæ] Post errores varios variaque pericula, quæ eleganter, ut solet, describit Plutarchus, in palude Marius latebat; cum pastoris proditus indicio, inde Minturnas deducitur, et mulieri cuidam, cui nomen Fannia, custodiendus traditur. Tum missus ad eum necandum servus publicus natione Cimber, qui viri majestate territus refugit magna voce clamitans, ‘Non possum occidere Marium.’ Quam ob rem misericordia moti Minturnenses incolumem Marium præstiterunt.

<sup>w</sup> Minturnis] Campaniæ oppidum inter Sinuessam et Formias ad Sirim fluvium.

‡ An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 663. Ant. Ch. 87.

Animadvertit enim asellum, cum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem.<sup>19</sup> Quo spectaculo, Deorum providentia, quod sequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritissimus; a multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impe- travit, ut ad mare perduceretur: <sup>20</sup> ac protinus naviculam conscendit; eaque in Africam pervectus,<sup>x</sup> arma Syllæ victricia effugit.

6. Pompeius vero Magnus in acie Pharsalica<sup>y</sup> victus a Cæsare,<sup>z</sup>\* fuga quærens salutem,<sup>a</sup> cursu in insulam Cyprum,<sup>b</sup> ut aliquid in ea<sup>21</sup> virium contraheret, classem direxit: appellensque ad<sup>22</sup> oppidum Paphum,<sup>c</sup> conspexit in littore speciosum ædificium: gubernatoremque interrogavit, ‘quod ei nomen esset:’ qui respondit *κακοβασιλέα* vocari: <sup>23</sup>



Torrenii codd. *G. autem Mario*: in Leid. 7. *Gaio autem Mario*.—19 Quatuor codd. Torreniani, *percurrentem*.—20 Harl. Leid. 7. et Perizon. *produceretur*. Mox *naviculam descendit* cod. Colmar. *escendit* Colerus: *provectus* pro *pervectus* in Leid. 8. Perizon. et Vet. *Sillæ* omnes Torreniani; et sic semper Vet.—21 Copes. *inde ea*: octo alii, *in eam*.—22 Pighius, *appellens ad*: quatuor Torreniani, *amplicans ad*: Perizonii cod. a m. pr. habuerat, *appilens*: septem *applicansque ad*.—23 In codd. quos inspexit Torrenius nullo loco Græca Græce scripta invenit, sed vel vocem unam Latinis literis; ut *Caco-*

## NOTÆ

<sup>x</sup> *In Africam pervectus*] Ubi comparato exercitu, rediit in Italiam, junctisque cum Cinna, Carbone, et Sertorio viribus, patriam oppugnat, Urbem capit, multos e Nobilibus obtruncat, septimum occupat Consulatum, et paulo post moritur.

<sup>y</sup> *In acie Pharsalica*] Pharsalus Thes-saliæ oppidum ad ripam Eniphi fluminis, nunc *Pharsa*. Huic vicini campi Pharsalici Cæsaris victoria et Pompeii clade celebres.

<sup>z</sup> *Victus a Cæsare*] Legionum numero superior, sed longe impar militum robore, cum Cæsare Nobilitatis vocibus coactus confligit: sed ubi equitatum, in quo maxime fidebat, pulsum videt, diffusus aliis excedit acie, et detractis Imperatoris insignibus e castris decumana porta se

proripit, ut habet Plut.

\* An. M. 4006. Ol. 183. 1. Urb. C. 705. Ant. Ch. 47.

<sup>a</sup> *Fuga quærens salutem*] Primum citato equo solus Larissam contendit, tum paucos suorum e fuga nactus nocturno itinere ad mare, deinde navi oneraria ad Lesbum, post ad Cyprum, deinde in Ægyptum pervenit; ubi Ptolemæi, ad quem fugerat, jussu necatus est. Ita Plut. et Dio.

<sup>b</sup> *Cyprum*] Insulam in Pamphylio mari inter Ciliciam et Syriam, olim potentissimam; cui, vel a Cypro Cynetæ Regis filia, vel ab ubertate cypri arboris nomen impositum. Nunc *Cypre*.

<sup>c</sup> *Paphum*] Cypri oppidum Veneri olim sacrum. Hodie *Papho*.

quæ vox spem ejus, quantulacumque restabat, comminuit. Neque id dissimulanter tulit: avertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

7. M. etiam Bruti dignus, admissio parricidio, eventus omine designatus est.<sup>†</sup> Siquidem post illud nefarium opus, natalem suum<sup>d</sup> celebrans, cum Græcum versum expromere vellet, ad illud potissimum Homericum referendum animo tetendit:<sup>h 24</sup>

Ἄλλὰ με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Αἰητοῦς ἔκτανεν υἱός.<sup>25 e</sup>

Qui Deus Philippensi acie,<sup>f</sup> a Cæsare et Antonio signo datus,<sup>g</sup> in eum tela convertit.<sup>i h</sup>

<sup>h</sup> *Illum versum Homeri recitavit.*

<sup>i</sup> *Cujus Dei Apollinis simulacrum, electum et a Cæsare et ab Antonio pro vexillo, animos addidit militibus, ut Brutum vincerent.*



*basilium, Katiobasilea, Captiobasilea: Leid. 8. in textu, Katio basilea; et in marg. 'Græcum, vel captio, i. e. captivitas.' Cod. Perizon. in marg. Qui respondit mala regina, cacobasilea vocari; et ab alia manu: 'Κάκον βασιλίον, i. e. malum templum.'* Edd. quædam vett. *Cacobasilea: Guy. conj. κακοβασιλείαν* in marg. Bitur. 1. *mala domus, malum palatium; unde Torrenius, κακοβασιλεία.* Mox pro *conceperat* multi codd. *ceperat.*—24 Hunc locum interpolatum putat Guyetus, qui mallet, *ad illud Homericum offendit: multi codd. et edd. antiq. habent, exprimere: Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Medioll. 1. 2. expromere.*—25 Ascriptus erat hic versus Græcus in ora Perizon. et subjectus hic Latinus: *Sic me sors dira et Latonius abstulit infans.* Similiter in Heins. 1. et præterea additum: '*Vel aliter, Latonæ Gnatus et me sors dira peremit. Guarinus.*'—26

#### NOTÆ

<sup>†</sup> An. M. 4011. Ol. 184. 2. Urb. C. 710. Ant. Ch. 42.

<sup>d</sup> *Natalem suum]* Mos fuit apud Romanos, ut summorum virorum Natalis dies sacrificiis, ludis, conviviis, et aliis hujusmodi lætitiæ signis celebraretur.

<sup>e</sup> Ἄλλὰ με μοῖρ'] Quem versum in Latinum sermonem ita ad verbum converterit quispiam: *Sed me Parca ferox et Latonæ filius occidit.*

<sup>f</sup> *Philippensi acie]* Philippi urbs est in Macedonia et Thraciæ confinio, ad radices Pangæi montis; quare ab aliis in Macedonia, ab aliis in Thracia ponitur. Hodie *Philippo.* Brutus qui-

dem et Cassius hic victi sunt: cur vero, ut Octavii de Bruto, ita C. Cæsaris de Pompeio victoriam huic loco ascribunt poëtæ veteres, inquirere res operosa, sed non hujus loci. Vide Virgilium Ruæi nostri Georg. 1. 490. ubi hunc nodum, ut alios omnes, erudite explicat.

<sup>g</sup> *Signo datus]* Fuit in more positum, ut Imperator Deum aliquem, alius quidem alium pro arbitrio, pugnae futuræ signum proponeret. C. Marius Martis, Sylla Delphici Apollinis, C. Cæsar Veneris genitricis simulacrum habuisse fertur.

<sup>h</sup> *In eum tela convertit]* Post unum



8. Consentaneo vocis jactu<sup>26</sup> C. Cassii<sup>i</sup> aurem fortuna pervellit: <sup>j</sup> quem orantibus<sup>27</sup> Rhodiis,<sup>k</sup> ‘ne ab eo cunctis Deorum simulacris<sup>l</sup> spoliarentur, Solem a se<sup>m</sup> relinqui’ respondere voluit: ut rapacissimi victoris insolentiam, dicti

*Consentaneæ vocis jactu* in Ultraj. 1. *Consentaneo vocis ictu* in Harl.—27 Unus Brand. *qui orantibus*, probante Vorstio: *quæ orantibus* novem codd. cum edd. antiq. *quem* Vet. Mog. et Venett. cum aliis codd. *quod* Gryph.—28 Aliquot

## NOTÆ

mensem a morte Cassii, alterum a Bruto prælium datum est; eaque, tum virtute militum, tum victoriæ cupiditate utrimque pugnatum est, ut par prope fuerit, et apud victores et apud victos, cæsorum numerus. Dispersas copias et interclusum ad castra regressum ut vidit Brutus, in montes cum quatuor legionibus secessit, easque postridie per Tribunos hortatur, ut medios per hostes erumpere conentur; sed ab iis responsum, sibi tot bellorum labore fessis spem pacis non esse corrumpendam: tum conversus ad amicos Brutus, ‘Jam civis,’ inquit, ‘ego sum inutilis patriæ;’ amicumque nomine Stratonem advocat, et ab eo occidi se jubet.

<sup>i</sup> C. Cassii] Longini. Plebeium quidem Cassiorum genus, sed nobile. Mirum sane, quod, quo patre ortus sit Cassius ille, a nemine proditum sit. Fuit in bello Parthico Crassi Quæstor, eoque cæso Syriam fortiter defendit adversus Parthos, quorum Ducem Osacem cum exercitu cecidit; deinde orta dissensione civili Pompeii partes secutus, Syriacis navibus præfuit: postea receptus a Cæsare, ab eo ad præturam evectus est; cum tamen aliquanto post M. Bruto, cujus ipse sororem duxerat, non sibi, primas a Cæsare delatas ferret ægrus, ipsi Bruto, ut in Cæsarem conspiraret, auctor fuit.

<sup>j</sup> Aurem pervellit] Auris memoriæ sacra dicitur; ideo aurem vellere,

idem valet, quod memorem facere. Unde Virg. ‘Delius aurem Vellit, et admonuit.’

<sup>k</sup> Rhodiis] Rhodus in mari Carpathio insula nobilissima, Cariæ adjacens, ambitu 130. millia passuum. Hodie Rhodes.

<sup>l</sup> Cunctis Deorum simulacris] Cassius et Brutus sibi a Lyciis et Rhodiis timentes Smyrnam conveniunt; illos Brutus, hos Cassius aggreditur: alios morte, alios exilio mulctat; quicquid pecuniarum, auri, argentique fuit, secum asportat, ut referunt Appianus et Dio.

<sup>m</sup> Solem a se] Colossum Rhodium intelligebat, cujus et magnitudinem et historiam libitum est hoc in loco explicare paucis. Illius altitudo 105. pedum fuit ex Festo, 126. ex Solino, 70. cubitorum ex Plinio, 80. ex Cedreno; crassitudo tanta, ut vix quisquam illius pollicem amplecti posset. Rhodiorum urbem dura obsidione jamdiu premebat Demetrius, cum subito ecce obsessis veniunt auxilio Ptolemæus Ægypti, et Cassander Macedonia Reges: continuo obsidione soluta fugit Demetrius; castraque, vetuit enim timor multa secum auferre, opibus referta deserit; in his reperta auri vis ingens et argenti, multa et pretiosa supellex, regiusque apparatus omnis; ex quibus Rhodii hoc Solis simulacrum, quod inter mundi miracula locum obtinuit, a Charete Lyn-

tumore<sup>28</sup> protraheret, abjectumque Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo supplicibus cesserat,<sup>29</sup> sed ipsum Solem re vera relinquere cogeret.<sup>j n †</sup>

9. Annotatu dignum illud quoque omen, sub quo Petilius<sup>o</sup> consul in Liguria<sup>p</sup> bellum gerens occidit.<sup>30</sup> Nam

*j C. Cassium suis pariter ipsius verbis, de futura clade Fortuna admonuit, dum voluit illum respondere Solem a se relinqui Rhodiis, qui ab eo petebant, ne ipsos spoliaret omnibus simulacris Deorum: ut augetur petulantiam victoris rapacissimi, superbo responso, et illum cogeret abjecta temere spe victoriae post pugnam in Macedonia datam, relinquere non tantum Solis imaginem, quam concesserat tantummodo Rhodiis supplicibus, sed etiam revera lucem Solis se occidendo.*

codd. cum Vet. *victi timore*: in Venett. *dicti timore*. Mox in quibusdam edd. sc. Pigh. Coler. Thys. Delph. Minell. &c. *pertraheret*: at in Brand. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. Gryph. Chalc. et Herbip. *protraheret*.—29 Nonnulli, *quem . . . cesserat*: cod. Perizon. *concesserat*. Mox *coëgit pro cogeret* in Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. Gryph. Steph. Chalc. Herbip. aliis: codd. omnes lectionem nostram testantur.—30 Edit. antiquæ, in quibus et Vet. cum plerisque Mss. *occiderit*.—31 Copes.

#### NOTÆ

dio Lysippi discipulo ære fusili confari iubent, anno Mundi 3750. Urbis conditæ 449. Stetit moles hæc imensa, ex aliis, per annos 56. ex aliis, quibus ego assentior, 81. corruique terræ motu anno Mundi 3831. U.C.530. Jacuit in solo annis 874. donec anno Christi 652. ab Arabe Mahuvia mercatori cuidam vendita. Asportandis illius fragmentis 900. cameli vix suffecisse dicuntur, ut testatur Cedrenus.

<sup>n</sup> *Solem re ipsa relinquere cogeret*] De morte Cassii aliter Appiano, aliter Velleio, Plut. et Dioni, placet. Ita fere Appianus: Ab Antonio victus Cassius, exutusque castris, in tumultum se recipit: ubi dedecoris impatiens Pindarum armigerum evocat; cumque de Bruti victoria illi allatum esset, nuntianti, ‘Refer,’ inquit, ‘Bruto, optare me absolutam ipsi victoriam.’ Tum ad Pindarum versus, ‘Quid cessas, quin me ab hac ignominia liberas? simulque jugulo ferrum excepit.’ Sic vero

Velleins, Plut. et Dio: Direptis Octavii castris Brutus equites misit, qui victoriam nuntiarent Cassio: quos simul ut ille procul ad se properantes vidit, jussit Titinnio, ut, qui essent, exploraret: ille ab equitibus, ut amicus, in medium receptus una cum iis ad Cassium redibat: sed Cassius hostes esse ratus, ‘Expectavimus,’ inquit, ‘dum viderimus amicum abripi.’ Deinde in tentorium cum Pindaro secessit, ubi illius corpus confossum vulnere repertum est, Pindarus vero nusquam postea comparuit.

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

<sup>o</sup> *Petilius*] Q. Petilius Spurius e plebeia familia.

<sup>p</sup> *In Liguria*] Inter Varum et Maram fluvios sita, quæ regio duas in partes postea divisa fuit; prima juxta littus maris, cujus caput Genua, altera mediterranea, inter Apenninum, Alpes Cottias, et Padum; in qua Monsferratus ducatus, pars Principatus Pedemontani, et Mediolanen-

cum montem, cui Leto<sup>31 q</sup> cognomen erat, oppugnaret,<sup>r</sup> interque adhortationem militum dixisset, ‘Hodie ego Letum utique capiam;’ inconsideratius<sup>32</sup> præliando,<sup>s</sup> fortuitum jactum vocis leto suo confirmavit.<sup>k</sup>

## EXTERNI.

I. Adjici nostris duo ejusdem generis alienigena exempla non absurde possunt.<sup>33</sup> Samii<sup>t</sup> Prienensibus<sup>u</sup> auxilium adversus Caras<sup>34 v</sup> implorantibus, arrogantia instincti,<sup>35 w</sup> pro classe et exercitu cymbulam<sup>36 x</sup> eis derisus gratia

<sup>k</sup> Vocem fortuito emissam confirmavit morte sua.

//////////

Leid. 7. Venet. 1. Ascens. et Gryph. *Letum*: Venet. 2. *Leti*.—32 Leid. 1. *inconsiderantius*: Copes. et Harl. *prælians*.—33 Ultraj. 1. *absurde possint*.—34 *Carras* codd. Torreniani; et sic Leid. 7. a m. pr. cum edd. vett.—35 Pulmanni cod. *arroganti instinctu*, quod Pighius et Guyetus probant. Alii omnes: *arrogantia instincti*. Sic III. 8. Ext. 3. ‘errore instincta civitas.’—36 ‘Sic Pighius ex Mss. Alii: *sibulam, sibyllam, lembulam, lembunculum, sibulam lenun-*

## NOTÆ

sis. De Liguribus olim nescio quis: ‘Ligures imis Alpium jugis adhærentes major est aliquanto labor invenire, quam vincere.’

\* An. M. 3878. Ol. 151. 1. Urb. C. 577. Ant. Ch. 175.

<sup>q</sup> *Leto*] Mons est Liguriæ; Apeninini pars: nunc *Alpi di san Pelegrino* dicitur ex Leandro.

<sup>r</sup> *Oppugnaret*] Divisis cum collega C. Valerio copiis ambo diversiabeunt: Valerius alio; ipse hostes, qui duos montes Letum et Balistam muro cinxerant, aggreditur.

<sup>s</sup> *Inconsiderantius præliando*] Dum duabus simul partibus in adversos montes subire nititur, ea pars, in qua ipse curabat, succedebat impigre; alteram cum hostes propulissent, Petilius, ut rem inclinatum restitueret, equo adductus suos quidem revocavit e fuga; sed ipse, dum ante signa observatur incautus, missili trajectus cecidit. Romani qui viderant cor-

*Delph. et Var. Clas.*

pus occultavere, dejectisque hostibus montes sine duce ceperunt. Livius.

<sup>t</sup> *Samii*] Samos gemina insula: altera in mari Icario Ionix proxima contra Ephesum, nunc *Samo*, de qua hic agitur; altera in Ægeo mari Thracix adjacent contra Hebri ostia, vulgo *Samothrace*. Erat etiam Samos oppidum apud Locros in magna Græcia, hodie *Crepacuore*.

<sup>u</sup> *Prienensibus*] Priene Ionix civitas olim maritima, postea limo Mæandri facta mediterranea. Nunc *Palatia*, [*Cadme.*]

<sup>v</sup> *Caras*] Non urbs est Syriæ Crasii clade nobilis, sed populi, vel insularum piraticam exercentes, ex Thucyd. et Sallustio, vel potius Carix inter Ioniam et Lyciam, ex Strabone.

<sup>w</sup> *Arrogantia instincti*] Melius forte legeris, *Arroganti instinctu*: sic etiam Cicero: ‘Quæ instinctu divino fundantur.’

<sup>x</sup> *Cymbulam*] Sunt, qui Sibyllam eo

*Val. Max.*

L

miserunt. Quam illi velut divinitus datum præsidium interpretati, libenter receptam, vera fatorum prædictione<sup>γ</sup> victoriæ ducem habuerunt.

2. Ne Apolloniatae<sup>37z</sup> quidem pœnitentiam egerunt, quod, cum bello Illyrico pressi,<sup>1</sup> Epidamnios,<sup>38a</sup> ut sibi opem ferrent, orassent, atque illi ‘flumen vicinum mœnibus suis<sup>39</sup> nomine Æantem<sup>b</sup> in adiutorium eorum<sup>40</sup> sese mittere’ dixissent; ‘Accipimus quod datur,’ responderunt: eique

<sup>1</sup> Non pœnituit Apolloniatas respondisse, Accipimus quod datur cum in bello, &c.



culam, fibulam, &c. Perizonius et Torrenius putant, *Sibyllam*, i. e. ‘mulierculam fatidicam’ Prienensibus a Samiis missam esse, sicut in bello Messeniaco Athenienses Spartanis pro duce in contentum illorum miserunt Tyrtæum Poëtam claudum. Justin. III. 5. quod ægre mihi persuadeo.’ *Kapp.*—37 *Neque Apolloniatae* Pigh. Coler. Thys. Delph. Minell. &c. et sic *Copes.* quatuor Leidd. et unus Ultraj. *Ne Apolloniatae* Vet. Mog. Venett. 1. 2. et Mediol. 1. 2. In codd. corrupte, *Appolinate*, *Appolimates*, *Appolianite*, *Apolinate*, et *Apolionate*; proxime ad verum Bitur. 1. *Apolloniatas*, et a m. sec. *Apolloniatae*.—38 Heins. 1. *Epidamnios*, vel *Epidānios*; Vet. *Epidaurios*: in aliis, *Epidaurus*, *Ephidamos*, *Epidamos*, *Epydaneos*.—39 Vossius vocem *suis* expunctam vellet, improbante Vorstio; eam habent Brand. 1. 2. omnes Torreniani, et Vet. Mog. Venett. 1. 2. Mediol. 1. 2. Aldd. &c.—40 Vocem *eorum* testantur Brand. 1. 2. et plerique Torreniani, cum edd. Basil. Chalc. et Herbig. deest tamen in Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. Gryph. Mediol. an. 1508. Steph. Pigh. Coler. Thys. Delph. et Minell. *sese* pro *se*, ex

#### NOTÆ

legi velint, quod ex Sibyllis una Samia fuerit: sed meo iudicio non dubium est, quin hæc scriptura vera sit et sincera. Prienenses enim cum Samios irridere vellent, pro classe cymbulam, non fœminam, miserunt: erant enim Samiis in usu cymbæ biremes a Polycrate tyranno inventæ, forma pæne rotunda et concava: ex quo genere missam unam non temere dixeris.

<sup>γ</sup> *Vera fatorum prædictione*] Quia *κῶμβη* Græcis non est tantum *lembus*, vel *navicula*; sed etiam *caput*, *vertex*, *fiducia*, et *summa rerum*.

<sup>z</sup> *Apolloniatae*] Multiplex Apollonia: hæc, cujus hoc in loco meminit Valerius, in Epiro fuit. Hodie *Pol-*

*lina*.

<sup>a</sup> *Epidamnios*] Thucydidi Dalmatarum aut Macedonum colonia fuit: propter auspiciatum nomen a Romanis Dyrrachium appellatum, testibus Livio, Strab. et Plinio. Hodie *Durazzo*. Tamen dubitat Dio an diversa sint oppida, Dyrrachium et Epidamnus. Diversa putat Appianus, illudque ad maris littus, vel in peninsula, ut vult Strabo: hoc nonnihil a littore dissitum esse testatur.

<sup>b</sup> *Æantem*] Qui e Lacmone Pindi promontorio ac secundum Apolloniam profluens in mare Adriaticum præcipitat. Aous etiam ab Hecatæo dicitur. Nunc *Vajussa*.

primum in acie locum,<sup>c</sup> perinde ac duci, assignaverunt. Ex insperato enim superatis hostibus, successum suum omni acceptum<sup>41</sup> referentes, et tunc<sup>42</sup> Æanti ut Deo immolaverunt,<sup>m</sup> et deinceps omnibus<sup>43</sup> præliis duce uti constituerunt.

<sup>m</sup> *Victis enim hostibus præter spem, tribuentes victoriam suam omni, quod acceperant, instituerunt ex illo tempore sacrificia Æanti fluvio tanquam Deo.*

suis restituit Vorstius.—41 Ita quatuordecim Torreniani, et edd. ante Pighium, probante Vorstio. Cod. Pighii: *in omen acceptum*: Ultraj. 1. *in omen referentes*: Leid. 3. *omni in acceptum*: Vet. *omen in acceptum*: Exc. Steph. *successum suum in acceptum omnem referentes*.—42 Pighius aliique, *ex tunc*: longe plurimi codd. *et tunc*.—43 Ita codd. Torreniani, et edd. antiq. *in omnibus* tamen in Vet. quod reposuit Pighius. Mox pro *duce uti*, quod testantur Brand. 1. 2. cod. Lips. Anglicani, Vet. Mog. Venett. &c. codex Gronovii habet, *pro duce uti*; unde ille colligit legendum esse, *eo duce uti*: Pighius edidit *uti ducem*: Lipsius corrigit: *uti duce instituerunt*. Codd. plerique Vorstii et Torren. *duce uti instituerunt*: Leid. 3. *uti omnibus præliis duce instituerunt*: Leidd. 6. 7. et Exc. Steph. *ducem instituerunt*.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Primum in acie locum*] Cum fluvius picer non fluvium, sed fluvii Deum singulis singulos Deos præesse crediderint veteres; est sane, cur sus-

ducem ab Apolloniatis constitutum.

## CAP. VI.

## DE PRODIGIIS.

## QUÆ EVENERE ROMANIS

- 1 Ser. Tullio regi.
- 2 L. Marcio centurioni.
- 3 Populo Rom. ac Veientibus.
- 4 L. Syllæ procos.
- 5 Populo Roman. diversis temporibus.
- 6 C. Flaminio Cos.
- 7 C. Hostilio Mancino Cos.
- 8 Ti. Graccho procos.

- 9 M. Claudio Marcello Cos. v.
- 10 Cn. Octavio Cos.
- 11 M. Licinio Crasso procos.
- 12 Cn. Pompeio Magno procos.
- 13 C. Julio Cæsari dict.

## EXTERNIS

- 1 Xerxi Persarum regi.
- 2 Midæ Phrygum regi infanti.
- 3 Platoni Philos. infanti.

PRODIGIORUM quoque, quæ aut secunda, aut adversa<sup>1</sup> acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

<sup>1</sup> In nonnullis codd. ut edidit Pighius: *aut adversa, aut secunda*: alterum

1. Serv. Tullio<sup>a</sup> etiam tum<sup>2</sup> puerulo dormienti, circa caput flammam emicuisse,<sup>3</sup> b domestici oculi annotaverunt.† Quod prodigium Prisci Tarquinii<sup>4</sup> regis uxor Tanaquil<sup>c</sup> admirata, Servium serva natum<sup>5</sup> d in modum filii educavit, et ad regium fastigium evexit.<sup>e</sup> †

2. Æque felicitis eventus illa flamma, quæ ex L. Marcii<sup>f</sup>



ordinem habent codd. Pighii et quidam Torreniani.—2 *Serv. Tullio etiam tunc* in quibusdam codd. *Serv. Tullio jamnum* legebat Klok.—3 Deletur verbum *emicuisse* in Harl. pro quo Leid. 6. habet *enituisse*. Pro *domestici*, Mss. Wassii, uterque Ultraj. unus Donac. duo Leidd. itemque Vet. exhibent, *domestorum*.—4 *Anci Marcii* in codd. Schott. Brand. 1. 2. Ultraj. 1. Vet. et Herbig. *Anci regis Marcii* cod. Perizon. viginti Torreniani, et Venett. 4. 5. *Duci regis Marcii* Ultraj. 2. *Prisci Tarquinii* Medic. 1. 2. cum edd. Aldd. et Chalc. In marg. Barb. 1. legitur hæc glossa: ‘Quæ Tanaquil postea uxor Tarquinii Prisci Quinti Romanorum Regis.’—5 Plerique codd. Pighiani habent: *servum serva natum*, omisso Tullii regis prænomine; sic etiam codd. Vorst. et Schott. Herbig. et aliæ vett. *de serva natum* unus Bitur. *e serva natum* Barber. 1. *serva natum* in triginta Torrenianis, omissa voce *servum*, vel *Servium*. Mox duo Torren. *ad regni fastigium*: at *regiū*, et *regni* sæpissime permutata.—6

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Servio Tullio*] Ocrisia Corniculana captiva natus, ac virtute singulari Regi Tarquinio commendatus, Regii stemmatis proceribus prælatus est; Sextusque Romæ regnavit.

<sup>b</sup> *Flammam emicuisse*] Puerο dormienti arsisse caput tradunt Dionysius lib. iv. et Livius lib. i. in eo vero dissentiunt, quod ille a matre, hic sponte sua experrectum dicat, moxque cum somno flammam abiisse.

† An. M. 3444. Ol. 42. 3. Urb. C. 143. Ant. Ch. 609.

<sup>c</sup> *Tanaquil*] Quæ prodigiorum peritissima, Tarquinio, ‘Videsne puerum hunc,’ inquit: ‘scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque Regiæ afflictæ.’ Inde puer liberorum loco cœptus haberi; iisque erudiri artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Ita Livius.

<sup>d</sup> *Serva natum*] Hac in parte Dionysius inter et Livium nihil omnino convenit. Livius Tullii patrem Cor-

niculanum fuisse Principem affirmat; ille non item. Ocrisiam illius matrem ob nobilitatem a Regina servitio prohibitam; ille negat. Puerο Servii Tullii nomen a patre inditum; ille vero vult *Tullium* quidem a patre, et a matre, quæ serva fuerat, *Servium* nuncupatum.

<sup>e</sup> *Ad regium fastigium evexit*] Tarquinio ab Anci Martii filiis occiso, Tanaquil, quæ sibi suisque timebat, dissimulat Regis cædem, civesque alios ex aliis nectendo dolos, audit tandem, dum Servius multos gestarum rerum gloria, multos industria et comitate sibi conciliat, omnesque blande appellando summam invadit auctoritatem. Ita Dionysius.

‡ An. M. 3444. Ol. 42. 3. Urb. C. 143. Ant. Ch. 609.

<sup>f</sup> *L. Marcii*] Filius fuit Septimii Equitis; et ipse Eques; juvenis impiger, maximi et ingenii et animi; a Cn. Scipione omnibus militiæ artibus instructus.

ducis duorum exercituum,<sup>g</sup> quos interitus P. et Cn. Scipionum<sup>h</sup> in Hispania debilitaverat, capite concionantis eluxit. Namque ejus aspectu pavidi adhuc milites, pristinam recuperare fortitudinem admoniti, octo et triginta millibus hostium cæsis, magnoque numero in potestatem redacto, bina castra<sup>i</sup> Punicis opibus referta ceperunt.\*

3. Item cum bello acri et diutino Veientes, a Romanis intra mœnia compulsi, capi non possent, eaque mora non minus obsessibus, quam obsessis, intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ iter miro prodigio Dii immortales patefecerunt.† Subito enim Albanus lacus,<sup>j</sup> neque cœlestibus imbris auctus, neque inundatione ullius annis adjutus,

<sup>g</sup> *Tam felicem eventum portendit illa flamma, quæ emicuit e capite L. Marcii adhortantis milites, dum dux esset duorum exercituum, &c.*

## NOTE

<sup>g</sup> *Ducis duorum exercituum*] Post Scipionum cædem, dum milites alii alio fugiunt, et quisque secum præclare actum putat, si salvus evaserit; Marcus multos e fuga revocat, multos etiam e præsiidiis deducit; ac prope justum cogit exercitum, junctisque cum T. Fonteio Scipionis legato viribus, dux ab omnibus eligitur.

<sup>h</sup> *Interitus P. et Cn. Scipionum*] Quos ‘Fulmina belli’ appellat Virgilius, ambo fratres, animi magnitudine, scientia rei militaris, et victoriarum splendore prope pares: ambo summi viri, et summorum virorum parentes: ille enim Scipionum, Africani Majoris et Asiatici; hic Scipionis Nasicæ, qui vir optimus habitus est, pater extitit. Uterque eodem fere tempore, eodemque mortis genere periit. P. Scipio a Massinissa diu lacesitus in castris, dum Indibili obviam iret, ut quocumque occurreret loco, prælium consereret, ab equitibus Numidis circumventus, dum fortiter dimicet, lancea transfixus occubuit. Continuo Asdrubal et Mago, assumpto

etiam Asdrubale Barchino, movent in Cn. Scipionem fraternæ cladis ignarum, qui militum numero longe inferior subductis in collem copiis restitit aliquamdiu, dum, vel in eo tumulto, ut volunt nonnulli, vel ut Livius, in turri, quo fugerat, interficitur.

<sup>i</sup> *Bina castra*] Bina erant hostium castra, altera alteris remotiora. Marcus intempesta nocte proxima adortus hostes victoriæ fiducia incompósitos internectione delet: tum eadem nocte rei gestæ famam prægressus, alia castra invadit; iisque post acre certamen potitur. 37. millia hostium cæsa auctor est Claudius apud Livium lib. xxv. apud quem tamen 17. millia cæsa, 4. capta numerat Valerius Antias.

\* An. M. 3842. Ol. 141. 1. Urb. C. 541. Ant. Ch. 211.

† An. M. 3657. Ol. 95. 4. Urb. C. 356. Ant. Ch. 396.

<sup>j</sup> *Albanus lacus*] In Latio situs, qui neque aliunde ducit originem; neque alio se effundit; sed altis undique clauditur montibus. Hodie *Lago di Castel Gandolfo*.

solitum stagni modum excessit: cujus rei explorandæ gratia legati, ad Delphicum oraculum<sup>6 k</sup> missi, retulerunt, 'præcipi sortibus, ut aquam lacus ejus emissam per agros diffunderent: sic enim Veios in potestatem populi Romani futuros.'<sup>7</sup> Quod priusquam legati renuntiarent, aruspex Veientium a milite<sup>1</sup> nostro (quia domestici interpretes deerant) raptus et in castra perlatus futurum dixerat. Ergo senatus duplici prædictione monitus, eodem pæne tempore, et religioni paruit,<sup>b</sup> et hostium urbe potitus est.

4. Nec parum prosperi successus est,<sup>8</sup> quod sequitur. L. Sylla Cos.<sup>9 m †</sup> sociali bello,<sup>n</sup> cum in agro Nolano<sup>o</sup> ante

<sup>b</sup> *Deorum monitis religiose paruit.*

Codd. Pigh. et Ultraj. 2. ad Delphicum Apollinem; et sic in ed. Herbip.—7 Vulgo, *venturos*: tres Leidd. *reduci*, ubi unus alia manu supra scriptum habet *fore*; quod etiam erat in Douac. *futuros* habent Dan. unus Brand. Harl. Leid. unus et prim. Ultraj. nec minus Vet. Insuper Gronov. ad Liv. II. 14. testatur in libris veteribus esse *futuros*, non *venturos*; Lipsius vero, cui hæc lectio arridet, in libro vetere esse scribit. Placet præterea Colero, Gronovio, Vorstio, et Torrenio.—8 In omnibus fere codd. et Vet. *est* omittitur: id tamen exhibent Mog. Venett. 4. 5. Aldd. Mediol. 3. Gryph. Colin. et Steph.—9 L. Sulla Procos. Pighius, contra omnium codd. et edd. vett. fidem.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Delphicum oraculum*] Ad ea, quæ jam de illo oraculo diximus hæc pauca addere libet. Supra specum templum erat oppido muroque cinctum, ad quod angusta semita difficilis patebat aditus; in medio templi exigua planities, et in ea hiatus, unde spiritus acer et vehemens terribili sonitu excussus Pythiam insistentem tripodis corripiebat; nec semper, sed statis diebus responsa dabat versibus Græcis, sed ambiguis illigata.

<sup>1</sup> *Aruspex Veientium a milite*] Idem quod Valerius, refert Livius lib. v. At Cicero et Aruspice fuisse, et vi raptum negat, sed Veientem nobilem vocat, qui ad Romanos profugisset.

<sup>m</sup> *Cos. [Procos.] De Proconsule egi-*  
*mus in Romanorum magistratibus.*

‡ An. M. 3965. Ol. 172. 4. Urb. C. 664. Ant. Ch. 88.

<sup>n</sup> *Sociali bello*] Quod et Marsicum et Italicum dictum est, cujus hæc origo, hicque exitus fuit. Cum Marsi, Picentes, Peligni, Samnites, Lucani, alique Italiæ populi indigne ferrent, se laborum omnium ac periculorum participes ab communione et imperii et honorum excludi; nec civitatem impetrassent a M. Druso tribuno plebis ostentatam; quod jure non poterant, armis extorquere conati sunt. Vario cum illis eventu pugnatum est; præcipuum contra eos victoriæ decus Cn. Pompeius Strabo, et L. Sylla meruerunt, a quibus aliisque ducibus domiti pacem petierunt: civitas ultro cum pace data.

<sup>o</sup> *In agro Nolano*] Velleius a Tuscis; Solinus a Tyriis, seu, emendante Salmasio, a Thuriis conditos affirmat. Constat ex Strabone Græcos ducibus



prætorium<sup>p</sup> immolaret, subito ab ima<sup>10</sup> parte aræ prolapsam anguem<sup>q</sup> prospexit. Qua visa, Postumii aruspicias hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissima Samnitum<sup>r</sup> castra cepit.<sup>s</sup> Quæ victoria futuræ ejus amplissimæ potentiæ gradus<sup>t</sup> et fundamentum extitit.<sup>11</sup>

5. Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ P. Volumnio,<sup>12</sup> Ser. Sulpicio<sup>u</sup> Coss.\* in urbe nostra inter initia<sup>v</sup> motusque bellorum<sup>13</sup> acciderunt. Bos namque, munitu suo<sup>14</sup> in sermonem humanum converso, novitate mon-



—10 Pulmanni codex, et ed. Herbip. *ab ima*, quod placet Pighio: alii codd. cum edd. vett. *ab una*. In quibusdam codd. ita scriptum offendit Torrenius, ut distingui vix possit, utrum *ima* an *una* esset legendum.—11 Post hanc vocem in Vet. longa lacinia de Sylla Auctori nostro est assuta.—12 Hic in plerisque codd. appellatur *Gaius*, vel *G.* in Leid. 7. et Bitur. 1. *Gn. Mox Ser. et Sulpicio* conj. Guyetus.—13 Tres Rhem. cum Bitur. 1. *bellorum civitium*, ab glossatore.—14 Vocem *suo* expunxit Pighius, quam testantur omnes

## NOTÆ

Hippocle Cumeo et Megasthene Chalcidensi civitates Cumis proximas post Cumas condidisse; Nola enim erat ad Sarnum non procul a Cumis. Nunc *Nole*.

<sup>p</sup> *Prætorium*] Tabernaculum, quo duces exercituum, sive Dictatores, sive Consules, sive Prætores ii essent, utebantur: hoc inde nomen habet, quod Consules, qui bella fere administrabant Prætores dicerentur. In medio non castrorum fuit, sed aliorum ducum; ut eos, si quid opus esset, citius ad se vocaret: erat in eo augurale, ubi Imperator sacrificare et auspicare solebat. Hæc et plura Lipsius.

<sup>q</sup> *Prolapsam anguem*] Non Syllæ modo; sed multis etiam postea summis viris serpentum allapsus boni fuit ominis; ut Augusto apud Dionem, Aureliano apud Vopiscum, Maximiano apud Julium Capitolinum.

<sup>r</sup> *Samnitum*] Samnites Pelignis, Sabinis, Latinis, et Campanis conter-

mini; nunc *Benevent et Capitanate*. Nomen ab hastis, quas ferebant, sortiti sunt, ex Festo: *hasta* enim Græce dicitur *σάββα*.

<sup>s</sup> *Castra cepit*] L. Cæsaris legatus maximis præliis Latinos fregit; Cluentioque illorum duce propter Nola cæso, 50. hostium millia interfecit.

<sup>t</sup> *Potentia gradus*] Rebus gestis proxime in Italia, nuper in Asia, jamdudum in Gallia et Africa clarissimus, civium pæne omnium suffragiis consulatum annos 49. natus obtinuit, eique bellum contra Mithridatem delatum.

<sup>u</sup> *Volumnio, Ser. Sulpitio*] Camerino, uterque patricius; sed nulla re, nisi gesto consulatu, notus.

\* An. M. 3594. Ol. 80. 1. Urb. C. 293. Ant. Ch. 459.

<sup>v</sup> *Inter initia*] Hæc et alia prodigia refert Livius ante Gallorum adventum, quæ futurum Urbis excidium minarentur.

stri audientium animos exterruit.<sup>e</sup> Carnis quoque in modum nimbi dissipatæ partes ceciderunt:<sup>15</sup> quarum majorem numerum præpetes<sup>w</sup> diripuerunt aves, reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aspectu mutatum<sup>16</sup> jacuit.

Ejusdem generis monstra alio tumultu<sup>d x</sup> credita<sup>17</sup> sunt: puerum infantem semestrem in foro boario<sup>y</sup> triumphum proclamasse.<sup>18</sup> Alium cum elephantino capite natum.<sup>†</sup> In Piceno<sup>z</sup> lapidibus pluuisse.<sup>19</sup> In Gallia lupum vigili e va-

<sup>e</sup> Nam bos, qui mugire solet, humanis verbis locuta terruit eos, qui audierunt, novitate prodigii prius inauditi.

<sup>d</sup> Cum alio bello flagraret Italia.



codd. et edd. vett.—15 Camp. habet: *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ ceciderunt, quarum majorem partem præpetes, &c.* Leid. 6. cum Exc. Steph. *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ in partes ceciderunt, &c.* duo Rhem. delent partes. Alii codd. *Carnes quoque in modum nimbi dissipatæ ceciderunt in partes, quarum majorem numerum, &c.* Vet. habet: *Carnesque.* Nostram lect. testantur Brand. 1. 2. alii.—16 Codd. Copes. Harl. et tres Leidd. *immutatum*, probante Perizonio.—17 Harl. *condita*; tres Torren. et marg. Brand. 1. *præbita*; unus Torren. *prædicta*; alii *prædita*; unde Vorst. conj. *prodita*. Nostram lect. testantur duo Brand. cum uno Vorst. a m. pr.—18 Cod. Palm. *puerum infantem . . . Boario locutum triumphum, &c.* Cod. Winek. Heins. 1. 2. Barber. 1. 2. et unus Rhem. *in foro Boario triumphum locutum proclamasse.* Cod. Perizon. *triumphum locutum cum elephantino.* Leid. 8. *locutum triumphum clamasse, triumphum pedem*; et in marg. ‘al. *triumphum*; al. *locutum.*’ Leid. 7. *in foro boario locutum*; et in marg. ‘al. *luprio*, al. *triumphum clamasse.*’ Nonnulli *puerum* delent, quod exhibent Copes. omnes Medic. sex Leidd. Ultraj. 1. 2. et edd. ante Pighium. Medic. 1. 6. delent, *proclamasse*: in Ultraj. 1. superscriptum videtur manu sec. in quibusdam, *exclamasse*; in aliis, *protulisse*. Pro *luprio* Torren. conj. *Olitorio*, ut apud Liv. Vet. habet, *triumphum natum clamasse.* Mox Exc. Steph. *Alio cum e. c. nato.*—19 Codd. Gud. et plerique Torren. *lapides pluuisse*; et sic Ald. Colin. Gryph. et Steph. *lapidibus* in Vet. etscriptis

#### NOTE

<sup>w</sup> *Præpetes*] Avium, quatenus ad auguria pertinent, duo quasi genera; aliæ enim præpetes, aliæ inferæ. Præpetes, quæ ante auspicaem vel celerius, vel sublimius: inferæ, quæ vel tardius, vel humiliter volarent.

<sup>x</sup> *Alio tumultu*] Cum Annibal superatis Alpibus Italiæ immineret.

<sup>y</sup> *In foro boario*] Velebro lacu exsiccato versus Aventinum, forum Boarium institutum est; cui nomen fecit, vel taurus ab Hercule interfecto

Caco ibi immolatus, vel ex Plin. et Ovid. æreum Tauri simulacrum, unde Urbis condendæ sulcum duxerat Romulus, ex multis: vel boves, quæ ibi venundarentur, ex Varrone.

† An. M. 3837. Ol. 140. 4. Urb. C. 536. Ant. Ch. 216.

<sup>z</sup> *In Piceno*] Quod ex una parte Umbris et Sabinis, ex altera mari Adriatico terminatur; vel a Pico Latinorum Rege, ut placet Silio Italico; vel, ut Straboni et Festo, ab ave Pi-

gina gladium abstulisse. In Sardinia <sup>20</sup><sup>a</sup> scuta duo sanguinem sudasse. Apud Antium <sup>b</sup> metentibus <sup>21</sup> cruentas spicas in corbem <sup>c</sup> decidisse. <sup>e</sup> Cærites <sup>22</sup> aquas <sup>d</sup> sanguine mixtas fluxisse. Bello etiam Punico secundo\* constitit, Cn. Domitio <sup>23</sup><sup>e</sup> bovem dixisse, ‘Cave tibi Roma.’

6. C. autem Flaminius inauspicato <sup>f</sup> consul creatus,† cum

<sup>e</sup> *Creditum est spicas perfusas sanguine decidisse prope Antium in vas vimineum, dum incolæ meterent.*



quibusdam; et sic edidit Torrenius.—20 Sic undecim codd. et sic etiam Liv. XXI. 1. *Sicilia* in Vet. et quibusdam codd.—21 ‘Omnes edd. vett. cum Vet. Lips. Lugd. et codd. manuscript. omittunt, *Apud Antium*, et habent: *Etiam metentibus*, præter cod. Pulmann. in quo est: *Etiam apud Aritium metentibus*; unde Pighius lectionem, quam deinde alii editores secuti sunt: *Etiam metentibus apud Antium*, constituit. Mirum, eum non potius in textum recepisse: *Apud Antium metentibus*, omisso *etiam*, ut Orosius v. 15. habet. Nam *Antium* facillime in *etiam* corrumpi potuit, quo facto, librarii *Apud* tanquam otiosum abjecerunt. Deinde (quod in primis notandum) in prodigiis nomen loci, ubi factum est prodigium, semper ab initio ponitur, ut sexcenta Livii et Obsequentis, quin ipsius Nostri Valerii, loca ostendunt. ‘In Piceno,’ ‘in Gallia,’ ‘in Sardinia;’ quidni ergo quoque, *Apud Antium?* Tandem in recensendis prodigiis, non solent per particulas *et, etiam, &c.* sequentia cum prioribus conjungi, ut apud Livium et Obsequentem videre est. *Etiam* ergo stare nequit, sed pro eo legendum: *Apud Antium*, ut Livius, et Orosius et Plutarchus habent; hancque lectionem, ab ipso Pighio probatam, in textum recepi.’ *Kapp.*—22 Ita Brand. 1. 2. et nonnulli Torreniani: *Cærete* in quibusdam codd. Pighii: non pauci habent, *celites*, etiam *celitus*: Exc. Steph. *celitus*: Ald. aliique, *Cerites*.—23 Ita Vulgg. et codd. plurimi.

#### NOTÆ

co, quæ in eorum vexillo dum Asculum proficiscerentur, consederit. Nunc *la marche d’Ancone*.

<sup>a</sup> *In Sardinia* [*Sicilia*] Insula maris Mediterranei maxima prope extremam oram Italiae, a Siculo Neptuni filio nomen accepit. Tribus promontoriis quasi angulis terminatur, Peloro contra Italiam, Pachyno Græciam versus, et Lilybæo versus Africam. Hodie *La Sicile*.

<sup>b</sup> *Apud Antium*] Urbem Latii Volscorum caput, ad maris littus. Nunc *Antio*.

<sup>c</sup> *Corbem*] Vas vimineum, in quod colliguntur spicæ.

<sup>d</sup> *Cærites aquas*] A Cærete oppido,

de quo supra.

\* An. M. 3893. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

<sup>e</sup> *Cn. Domitio*] Duplex Romæ Domitiorum familia, Ænobarborum et Calvinorum; illa patricia, hæc non item: e patricia fuit Domitius ille legatus Scipionis Asiatici.

<sup>f</sup> *Inauspicato*] Cum se Patribus invisum sciret Flaminius, nullo peracto sacrificio clam in Provinciam abiit: quare missi a Senatu, qui eum in Urbem revocarent, ne Diis invitis bellum susciperet; at ille parere noluit.

† An. M. 3837. Ol. 140. 4. Urb. C. 536. Ant. Ch. 216.

apud lacum<sup>24</sup> Trasymenum,<sup>g</sup> cum Hannibale conflicturus, ‘convelli signa’ jussisset,<sup>25 h</sup> lapso equo,<sup>i</sup> super caput ejus humi prostratus est: nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis negantibus, ‘signa moveri sua sede posse,’ malum, ni ea<sup>j</sup> continuo effodissent, minatus est. Verum hujus temeritatis, utinam sua tantum, non etiam pop. Rom. maxima clade pœnas pependisset! In ea namque acie quindecim millia<sup>k</sup> Romanorum cæsa, sex millia capta,<sup>l</sup> decem millia fugata sunt.<sup>26</sup> Consulis obruncati corpus<sup>m</sup>



*Domitii* in Leid. 2. et Ultraj. 1. et sic edidit Torrenius.—24 Pighius: *cum inauspicato consul creatus apud lacum.* Nostrum ordinem servant codd. et edd. ante illum omnes. *Transimenum* in novem codd. et edd. vetust.—25 Idem Pighius contra codd. fidem: *convelli signa juberet.*—26 Ita Copes. cum quibusdam Torren. et sic Liv. XXII. 7. Plurimi tamen codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. Mediol. 3. Gryph. Colin. et Steph. habent: *xx. millia fugata sunt.* Mox qui alii ad Flaminium, alii ad Hannibalem refe-

#### NOTE

<sup>g</sup> *Apud lacum Trasymenum*] Propter Perusiam, quo Annibal, victis et ad Ticinum P. Scipione, et ad Trebiam Sempronio, cum peditum 90. millibus equitum 12. pervenerat. Vulgo, *Lago di Perugia.*

<sup>h</sup> *Convelli signa jussisset*] Moris erat in castris defigi signa; et inde, si ad certamen eundum, evelli: quæ si trahentem facile sequerentur, lætum pugnae exitum; sin minus, tristem portendebant.

<sup>i</sup> *Lapso equo*] Ante signum Jovis Statoris cecidisse scribit Cicero: hæc prodigia augentur a Livio, omittuntur a Polybio.

<sup>j</sup> *Malum, ni ea, &c.*] Conversus ad nuntium, ‘Num literas quoque,’ inquit, ‘ab Senatu affers, quæ me rem gerere vetent? abi, nuntia, signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.’ Hæc Livius lib. XXII. Cumque pullarius prælium differret, quod pulli non vescerentur; ‘Præclara,’ inquit, ‘auspicia, si esurientibus pullis res geri potuisset, saturis nihil gereretur.’ Ita

Cic. de Divinat.

<sup>k</sup> *In ea acie quindecim millia*] Eundem numerum habent Polyb. et Livius, Entropius vero 25. millia. Quomodo in perangustum locum, et clausum montibus Consulem perduxerit Annibal, eleganter ut solet, describit Livius lib. XXII.

<sup>l</sup> *Sex millia capta*] Per adversos hostes in tumultum evasere, cumque rem perditam cernerent, quam citatissimo possunt agmine sese abripiunt: postero tamen die cum omni equitatu Maherbali, cum et fidem daret, et fame premerentur, se dederunt: quæ Punica religione servata fides ab Annibale est, atque in vincula omnes conjecti. Ita Livius.

<sup>m</sup> *Obruncati corpus*] Circa Flaminium acrior pugna erat; et ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos, impigre ferebat opem: cum Insuber, Ducario nomen erat, illum ex armis et facie agnosens: ‘Consul,’ inquit, ‘hic est,’ popularibus suis, ‘qui legiones nostras cecidit: jam ego hunc victimam ma-

ad funerandum ab Hannibale quæsitum est: qui quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat imperium.<sup>f</sup>

7. Flamini autem præcipitem audaciam C. Hostilius Mancinus<sup>n</sup> vesana perseverantia subsequitur:<sup>g</sup> cui consuli in Hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt.‡ Cum Lavinii<sup>27</sup> sacrificium facere vellet, pulli cavea emissi in proximam sylvam fugerunt, summaque diligentia quæsiti reperiri nequiverunt. Cumque ab<sup>28</sup> Herculis portu,<sup>p</sup> quo pedibus pervenerat, navem conscenderet, talis vox sine ullo auctore ad aures ejus pervenit, ‘Mancine mane.’ Qua territus, cum itinere converso Genuam<sup>29</sup> petisset, et ibi scapham esset ingressus, anguis eximiæ magnitudinis visus e con-

<sup>f</sup> Qui Flaminius, quantum in ipso fuerat, everterat imperium Romanum sua temeritate.

<sup>g</sup> Flamini præcipitem audaciam inicitur etiam memorabilis C. Hostilii Mancini vesana perseverantia.



runt.—27 Sic omnes ad unum codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. et Mediol. 1. 2. *Lanuvii* Aldd. Mediol. 3. Gryph. Colin. Steph. aliæ.—28 Aliquot codd. delent *que*, pauci præpositionem *ab*.—29 Nonnulli codd. habent, *Fanuam*; plurimi cum Exc. Steph. *Januam*; et in marg. Barber. 1. est hæc

#### NOTE

nibus peremptorum fœde civium dabo.’ Subditisque calcaribus equo per confertissimam hostium turbam impetum facit, obruncatoque prius armigero, Consulem lancea transfixit. Tantus fuit in ea pugna animorum ardor, ut eum terræ motum, qui multarum urbium partes prostravit, avertit amnes, montes proruit, nemo pugnantium senserit. Ut auctor est Livius lib. xxii.

<sup>n</sup> C. *Hostilius Mancinus*] Ex nobili Hostiliorum familia, qui ad Tullum Hostilium Regem referebant originem.

‡ An. M. 3917. Ol. 160. 4. Urb. C. 616. Ant. Ch. 136.

<sup>o</sup> *Lavinii*] Recte sic legitur, non *Lanuvii*; cum pulli in sylvam Lauren-

tinam, quæ Lavinio proxima est, avolarint. Fuit Lavinium inter Ostiam, Ardeam, et Veliternum: vulgo dicitur *Civita Lavina*, ex Ortelio.

<sup>p</sup> *Herculis portu*] Portus Herculis Monæci in Liguria. Hodie *Monaco*. Hoc nomen invenit; vel, quod Hercules pulsus incolis, ut vult Strabo, solus hic habitavit; vel, ut alii, quod in Herculis templo Deorum præter ipsum nullus colatur: cum tamen in Jovis templo Minerva et Juno; in Veneris, Cupido; aliique Dii in aliorum templis colantur.

<sup>q</sup> *Genuam*] Ligurum Urbem præcipuam ad maris littus; vel a Genæo Saturni filio; vel a Genuino Phæthontis socio; vel a Jano nomen accepit. Nunc *Gennes*.

spectu abiit. Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit, infelici pugna,<sup>r</sup> turpi foedere,<sup>s</sup> deditione funesta.<sup>t</sup>

8. Minus miram in homine parum considerato temeritatem Ti. Gracchi<sup>u</sup> gravissimi civis tristis exitus, et prodigio denuntiatus, nec evitatus consilio, facit.<sup>h</sup> Procos.\* enim cum in Lucanis<sup>v</sup> sacrificasset,<sup>30</sup> angues duo ex occulto prolapsi,<sup>31</sup> repente hostiæ, quam immolaverat, adeso jecinore,<sup>32</sup> in easdem latebras se retulerunt. Ob id deinde factum, instaurato sacrificio, idem prodigii evenit. Tertia quoque cæsa victima, diligentiusque asservatis extis, neque allapsus<sup>33</sup> serpentum arceri, neque fuga impediri potuit. ‘Quod’ quamvis aruspices ‘ad salutem Imperatoris pertinere’ dixissent, Gracchus tamen non cavet, ne perfidi

<sup>h</sup> *Mors tristis Tib. Gracchi civis gravissimi, et prædicta prodigio, et non evitata prudentia, facit, ut minus mira videatur temeritas Mancini hominis parum considerati.*

glossa. Mox visu pro visus in Exc. Steph.—30 Vet. Consul. Mox sacrificaret Pighius, et sic Exc. Steph. at Mss. et edit. sacrificasset.—31 Major pars Mss. et edit. cum Vet. legunt angues duæ . . . prolapsæ. Utrumque probum.—32 Nonnulli Torren. jecinere; alii, jecore.—33 Corrupte in quibusdam, a lapsu: alii, serpentium pro serpentum. Vet. omittit τὸ arceri.—34 Ita Ultraj.

#### NOTE

<sup>r</sup> *Infelici pugna*] Cum levioribus pugnis ab iis sæpe victus est, tum 30. Romanorum ipso duce millia a 4. Numantinorum millibus fugata sunt, ex Epit. Livii lib. lv.

<sup>s</sup> *Turpi foedere*] Fusus ab eis cum esset, in castra primum se recepit; deinde falso rumore territus Cantabros hostibus auxilio adventare, sub mediam noctem in locum desertum cum copiis recessit; ubi a Numantinis inclusus, ut sibi suisque consuleret, turpes pacis conditiones pepigit. Ita Appianus.

<sup>t</sup> *Deditione funesta*] Ratam pacem Senatus cum habere nollet, Mancinus hostibus tradi jussus, nudato corpore, manibus post tergum revinctis, ante portas Numantinorum expositus

est; desertus a suis, ab hostibus non receptus, lacrymabile utrisque præbuit spectaculum; ut auctor est Orosius. In castra postea rediisse, et præturam iterum gessisse testantur Plinius et Aurelius Victor.

<sup>u</sup> *Ti. Gracchi*] Ex gente Semproniana; fuerat Junio Dictatori Magister equitum. In primo consulatu per servos egregiam de Pœnis victoriam retulit.

\* An. M. 3842. Ol. 142. 1. Urb. C. 541. Ant. Ch. 211.

<sup>v</sup> *In Lucanis*] Qui Brutios inter, Picentes, et Appulos habitabant, nunc *Basilicata et Principatus*. A Samnitibus originem traxisse tradunt Strabo et Plinius; eamque sedem ejectis Cœnotriis invasisse.

hospitis<sup>w</sup> sui Flavii insidiis in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

9. Et consulatus collegium, et erroris societas, et par genus mortis a Ti. Graccho ad Marcelli memoriam me trahit. Is captarum Syracusarum,<sup>x</sup> et Hannibalis ante Nolana mœnia<sup>y</sup> a se primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum summo studio niteretur,<sup>z</sup> ut Pœnorum exercitum aut in Italia prosterneret, aut Italia pelleret; solennique sacrificio voluntates Deorum exploraret; quæ prima hostia ante foculum decidit,<sup>34</sup> ejus jecur sine capite<sup>a</sup> inventum est: proxima caput jecinoris duplex habuit.<sup>†</sup> Quibus in-



1. 2. *cecidit* exhibent Leidd. sex, Harl. duo Rhem. et tres alii, cum Vet. Mog.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Perfidi hospitis*] Flavius Lucanorum Princeps, qui a Romanis contra Pœnos hæctenus steterat, Annibalis amicitiam gentisque suæ libertatem morte Consulis pactus, Magonem monet, quo tempore, quo loco poneret insidias: tum amice, ut solebat, invitat Tiberium, ut ad se quam primum veniat, Lucanos deditionem facturos. Gracchus cum lictoribus et exigua militum manu e castris egreditur; in paratas sibi insidias incurrit: acriter utrimque pugnatum est; at Consul multis confossus vulneribus cecidit.

<sup>x</sup> *Captarum Syracusarum*] Hierone mortuo Hieronymus Regni, non fidei in Romanos hæres; ad Annibalem desciverat: quare M. Marcellus fuis sæpe illius copiis urbem obsidet, eamque non minus Archimedis ingenio, quam civium armis defensam, cum diu frustra oppugnasset, tandem securitate et luxuria victam noctu de improvviso capit.

<sup>y</sup> *Nolana mœnia*] Bis ad Nolam fudit Annibalem; primum anno 537.

cum admissus in Urbem tribus ex portis simul emisso exercitu in hostem erupit, duo millia cecidit, uno tantum e suis amisso. Iterum anno sequenti, dum Annibal Nolam obsideret, educto in aciem exercitu prælium committit, Pœnosque vertit in fugam, cæsis 1200. captis 1600. et 20. signis militaribus; tumque Annibalem vinci posse primus docuit.

<sup>z</sup> *Summo studio niteretur*] Tanta fuit in Marcello cum Annibale pugnandi cupiditas; ut id unum noctu somniaret, assiduis usurparet sermonibus, votis frequentibus a Diis exposceret. Cum victus ab Annibale postero die instrueret aciem, iterumque pugnam pararet, dixisse fertur Annibal: 'Pappæ! quid hoc homine facias? qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest; solus, nec victor sinit nos quiescere, nec quiescit ipse victus.' Ita Plut. in Marcello.

<sup>a</sup> *Sine capite*] Caput jecoris dicitur pars anterior, quod promineat, posterior enim concava.

† An. M. 3846. Ol. 143. 1. Urb.

spectis aruspex tristi vultu, ‘non placere sibi exta, quia prima trunca,<sup>35</sup> secunda nimis læta apparuissent,’ respondit. Ita monitus M. Marcellus, ne quid temere conaretur, insequenti nocte speculandi gratia cum paucis egredi ausus, a multitudine hostium in Brutiis<sup>b</sup> circumventus,<sup>c</sup> æque magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu suo<sup>d</sup> attulit.

10. Jam Octavius<sup>36 e</sup> consul † dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit. Ex simulacro enim Apollinis per se abrupto capite, et ita infixio humi ut avelli<sup>37</sup> nequiret, armis cum collega suo<sup>38 f</sup> Cinna dissidens, præ-



et Venett.—35 Cod. Gembl. quia secundum truncatam; alius Pigh. quia prima tam tristia, secunda tam læta; unde ille, tam trunca legit. Pro trunca in quibusdam est, truncata; Leid. 8. a m. sec. tristia. Quidam codd. omittunt, nimis: in Vet. secunda læta apparuisse.—36 Jam Octavius Brand. 1. 2. et plurimi Torreniani cum edd. antiq. Jam et Octavius Pighius contra codd. fidem. Nam Octavius in aliis codd.—37 Oliverius et Ascensius, evelli; ceteri avelli, quod fere omnibus firmatur codd.—38 Aldd. Colin. Gryph. et Steph. a collega suo; quod retinuerunt Pighius, Delph. alii. Nostram lect. habent

#### NOTÆ

C. 545. Ant. Ch. 207.

<sup>b</sup> In Brutiis] Apud Lucanos Brutii pastores diu fuisse dicuntur, qui, excusso servitutis jugo tempore Dionysii senioris, trans Laum fluvium sedes posuere: unde a Lucanis dicti sunt Βρῦτιοι, quod eorum lingua fugitivos sonat: a Romanis vero Brutii, quasi Brutii, vecordes et stupidi, quod ad Annibalem descivissent. A Bretto Herculis filio vult nomen illis inditum Stephanus. Βρῦτιοι Eustathio, Βροβῦτιοι Ptolemæo; Brutates Festo. Eorum vero regio, quæ a Lucanis ad fretum Siculum inter mare Tyrrhenum et Sinum Tarentinum extenditur, Βραβυλία Polybio, Βερρεία Straboni, Diodoro, et Athenæo dicitur. Hodie La Calabre.

<sup>c</sup> Circumventus] Inter Punica et Romana castra tumulus sylvestris erat, ab neutris primo occupatus; postea tamen Annibal aliquot Numidarum turmas medio in saltu condi-

dit; cumque fremerent vulgo in castris occupandum illum tumulum, Consules cum equitibus 220. eo proficiscuntur.

<sup>d</sup> Interitu suo] Ubi in tumulum venerunt Consules, continuo Numidæ clamore sublato impetum faciunt: Hetrusci 180. fugiunt; Fregellani tamen 40. fortiter pugnando rem sustinuerunt; sed postquam vulneratos ambos Consules, Marcellum etiam transfixum lancea prolabantem ex equo moribundum videre, ipsi cum Crispino effugerunt. Sic Livius lib. xxvii. et Plut. in Marcello.

<sup>e</sup> Octavius] Ex nobili Octavio gente, quæ a Tarquinio Prisco Velitris orta inter Romanas gentes, a Servio Tullio inter patricias allecta: sed de his uberius in Romanorum familiis disseruimus.

† An. M. 3967. Ol. 173. 2. Urb. C. 666. Ant. Ch. 86.

<sup>f</sup> Cum collega suo] Cinna qui a Ma-



sumsit animo, ea re significari exitium suum, in quod, metu<sup>39</sup> augurii, tristi fine vitæ<sup>s</sup> incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.

11. Non sinit nos M. Crassus,<sup>h</sup> inter gravissimas Romani<sup>40</sup> imperii jacturas numerandus, hoc loco de se silentium agere: plurimis et evidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus. Ducturus erat a Carris<sup>i</sup> adver-

<sup>i</sup> *M. Crassi exitus deplorabilis, numerandus inter maximas clades nostri imperii, non patitur nos silere de se hoc loco; cum graviter admonitus fuerit ante tantam calamitatem evidentissimis prodigiis.*

Brand. 1. 2. omnes Torren. Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. et Herbip. —39 Pigh. edidit: *exitium suum, in quod metus augurii*; eumque secuti sunt Colerus aliique; et sic quoque Thys. Delph. et Minell. nisi quod maluerunt *metu*. Multi codd. cum Venett. Aldd. Colin. Chalc. et Herbip. *significari exitium suum in quem metus augurii*. Codd. Brand. *significari exitium suum in quem metus augurii*; et ab alia manu, *metu*. Vocem *exitum* probat Vorstius. Codd. Perizon. habent, *exitum et metum*; unde ille legit, *in quem metum*. Oliverius edidit, *exitium in quem*; Steph. et Gryph. ut in Ultraj. 1. 2. et nonnullis aliis *exitium suum, in quem*. Tres Torren. habent, *manu augurii*. 'Forte viam ad veram hujus loci interpretationem sternit Vet. quæ ita habet: *exitium suum. In quem metus augurium, &c.* ut ergo referatur *in quem ad Octavium*, et sensus sit: Octavio augurium, quod metuerat, incidit, uti tristis vitæ finis illius docuit.' Kapp.—40 Camp. Ultraj. 2. et Vet. *nostri imperii*: Brand. et ceteri codd. cum edd. vett. habent, *Romani*.—41 Ita Brand.

## NOTE

rianis, ut ait Appianus, pecunia corruptus datam Syllæ fidem cum fefellisset; multos Italiæ populos spe civitatis in urbem accivit: sed ab Octavio aliisque civibus cum Italici illi foro ejecti, Tribunusque, ne legem ferret, prohibitus; tum Cinna ipse pulsus urbe, bonis, consulatu, honoribus privatus, eique suffectus Cornelius Merula.

<sup>s</sup> *Tristi fine vitæ*] Ab exercitu Nolano receptus Cinna, junctis cum Mario viribus, urbem invadit: in qua ea lege, ne in cives sæviret, admittitur: pollicitus se scientem mortis causam fore nemini, Octavium discedere jussit, qui, cum Consulem, quam fugitivum agere mallet, a Censorino quodam Cinnæ duce, ejusdemque jussu, ut auctor est Velleius, in

consulari habitu et sella curuli capite truncatus est. Caput ad Cinnam delatum, primum pro rostris positum est.

<sup>h</sup> *M. Crassus*] Ex nobili Liciniorum stemmate, Romanorum omnium ditissimus, ovatione, duplici consulatu, et censura insignis, juncta cum Pompeio et Cæsare societate, ut omnia ad nutum regerent, Galliam Cæsar, Hispaniam Pompeius, ipse Syriam obtinuit: Parthisque, Orodis thesauris inhians, nulla causa bellum indixit: 'Nisi eguisset,' inquit Cicero, 'nuncquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset.'

<sup>i</sup> *A Carris*] Urbe Mesopotamiæ, cui Carrha Syriæ fluvius nomen fecit ex Stephano. Hodie *Orfa*.

sus Parthos<sup>j</sup> exercitum.\* Pullum<sup>k</sup> ei<sup>41</sup> traditum est paludamentum;<sup>l</sup> cum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari soleret:<sup>42</sup> Mœsti et taciti milites ad principia<sup>m</sup> convenerunt, qui veteri instituto cum clamore alacri accurrere<sup>43</sup> debebant. Aquilarum<sup>n</sup> altera vix convelli a primipilo<sup>o</sup> potuit: altera ægerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem se ipsa<sup>44</sup> convertit. Magna hæc prodigia: sed et illæ clades aliquanto majores: tot pulcherrimarum legionum<sup>p</sup> interitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus barbarorum obtritum equitatu,<sup>45</sup> q<sup>1</sup> optimæ indolis filii<sup>r</sup> cruore<sup>s</sup> paterni re-



et alii codd. cum edd. vett. Pighius edidit, *ei pullum, &c.* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. paulo ante, *Ducturus enim erat: Ascens. Ducturo enim a Carris.*—42 Aliquot Torreniani codd. pro *soleret* scribunt *soleat*; et sic in Vet.—43 Pro *accurrere* sex Torreniani codd. exhibent, *occurrere.*—44 Codices aliquot cum edd. antiq. *partem se ipsam.*—45 Duo Leidd. *obrutum equitatu.*—46

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Parthos*] Quorum regio Media, Hyrcania, et Perside circumscribitur; sed postquam Arsaces victo Seleuco Parthorum regnum firmavit; omnibus ferme provinciis, quæ ab Euphrate ad Oxum pertinent, Parthiæ nomen a Parthis ibi imperantibus factum est. Hujus imperii primordia in notis ad Justinum explicavimus.

\* An. M. 4001. Ol. 181. 4. Urb. C. 700. Ant. Ch. 52.

<sup>k</sup> *Pullum*] Hoc est nigrum: unde pullati proceres apud Juvenalem.

<sup>l</sup> *Paludamentum*] Vestis militaris, non purpura tantum, sed cocco etiam et auro distincta; quæ licet a Varro et Livio militibus nonnunquam tribuatur, fuit tamen propria Imperatorum.

<sup>m</sup> *Ad principia*] Id est, ad primam aciem. Romanos milites in quatuor veluti classes tribuit Polybius lib. vi. in velites, hastatos, principes, et triarios. Primum in acie ordinem velites, secundum hastati et principes, tertium triarii occupabant.

Ubi vero velites eminus pilis certaminis quasi præludia dedissent, tum hastatorum et principum erat pugnam aggredi, hostem excipere, et cominus gladiis rem agere.

<sup>n</sup> *Aquilarum*] Aquila fuit aureum aquilæ simulacrum hastæ præpilatæ suffixum. De signis paulo antea egimus.

<sup>o</sup> *Primipilo*] Cum legio in decem cohortes, cohors vero in ordines ternos exceptis velitibus tribueretur: qui iis præerant ordinibus, centuriones dicti sunt; qui vero triariorum manipulo in prima cohorte, Primopilus, vel primipilus, vel primi pili centurio; cujus fuit aquilam regere, humi defixam avellere, eamque in acie tueri.

<sup>p</sup> *Tot pulcherrimarum legionum*] Romanorum 20. millia cæsa, 10. millia capta dicuntur.

<sup>q</sup> *Obtritum equitatu*] Crassus quadrato agmine procedebat, cum Parthi signo dato Romanos invadunt: alii primos telis configere, pars a sinistra ac dextera instare; undique

spersi oculi, corpus imperatoris <sup>46</sup> inter promiscuas cada-  
verum strues, avium ferarumque laniatibus objectum. Vel-  
lem quidem placidius: sed, quod relatum, verum est. <sup>j</sup> <sup>47</sup> Sic  
Dii sprete excandescunt: <sup>48</sup> sic humana consilia castigantur,  
ubi se cœlestibus præferunt.

*j Vellem equidem narrare res lætiores, sed justum est, ut id referatur, sicut  
gestum est.*

Pighius, Thys. Delph. alii, *corpusque imperatoris* contra codd. et edd. vett.  
fidem.—47 *Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est* in Camp. Susian.  
et Gembl. ita etiam in nonnullis aliis; sed omissa voce *quod*, ut ediderunt  
Ald. Colin. Gryph. alii. Ultraj. 1. *narratu*; quatuor alii *relatum*; unde lect.  
nostram eruit Torrenius.—48 *Alii, in quibus etiam Vet. Sic Deorum sprete  
monitus* (al. *præmonitus*) *excandescunt*. metonymice pro: Dii præmonentes  
sprete excandescunt, quod Torrenio et Oudendorpio ad Obseq. 60. placet,  
quia Valerio nihil familiaris sit, quam adjuncta pro subjectis ponere. *Kapp.*

## NOTÆ

infesti adesse: si vero Romanorum  
turma eos insequi cœperat, non con-  
fertim pugnabant, nec in unum se  
recipiebant; sed uti docti a Surena,  
alius ab alio, quam maxime diversi.  
Ubi videt Crassus suos eminus sau-  
ciari; nec contra ferendi, et comi-  
nus pugnandi copiam esse; filium  
advocat, jubet cum hoste manum con-  
serat: tum Parthi simulare fugam;  
Publius fugientes persequi impru-  
dentius: postquam enim a patre lon-  
gius abstractus est, Parthi prælium  
instaurant; alios sagittis, alios con-  
tis transfodiunt, miseramque equi-  
tum edunt stragem.

<sup>†</sup> *Optimæ indolis filii*] P. Crassi, qui  
sub C. Cæsare in Gallia multa præ-  
clare gesserat, donisque militaribus  
ornatus cum mille equitibus delectis  
nuper in Syriam venerat.

<sup>‡</sup> *Cruore*] Publius trajectory telo dex-  
tera invitatus ab amicis, ut fuga sibi  
consuleret; negavit se deserturum  
eos, qui sua causa perirent; tum ab  
armigero latus gladio transfigi jussit.  
Continuo Parthi illius caput hasta  
suffixum ostentant; patrique ad auxi-  
lium filii properanti occurrunt. Quo  
patre, qua gente natus sit Publius,

*Delph. et Var. Clas.*

*Val. Max.*

per ludibrium quærunt, ‘nec enim  
Crassi patris ignavissimi tam fortem  
filium fuisse.’ Post iteratum præ-  
lium sub vesperam tandem se recepe-  
runt, cum dicerent ‘Crasso largiri  
se unam noctem ad filium lügen-  
dum.’

<sup>†</sup> *Corpus imperatoris*] Crassus, ac-  
cepta clade, primum Carrhas, deinde  
Syriam versus longius fugit; sed ab  
Andromacho quodam proditus in ea  
loca deducitur, quo cum equitatu  
subito Surena advolat. Crasso, si e  
colle descendat, fœdus pacemque  
pollicetur; Romani milites, quibus,  
nec in armis nec in fuga, spes ulla  
supererat, fremunt fœdus ineundum.  
Eorum clamoribus victus, cum pau-  
cis Crassus ad Surenam pergit: at  
ipsum Parthi dum nituntur abducere  
longius, inde vero obsistunt Romani;  
oritur pugna, Crassusque, Octavius,  
et alii duces cæduntur. Caput Oro-  
di missum ludibrio fuit, aurumque  
liquidum in oris rictum infusum, et ex  
Floro, ‘Ut cujus animus arserat auri  
cupiditate, ejus etiam mortuum et  
exangue corpus auro ureretur.’ Hac  
etiam exprobratione usum dicit Ci-  
cero: ‘Aurum sitisti, aurum bibe.’

M

12. Cn. etiam Pompeium Jupiter omnipotens abunde monuerat,<sup>†</sup> ne cum C. Cæsare ultimam belli fortunam experiri contenderet; egresso a Dyrrhachio<sup>u</sup> adversa agmini ejus fulmina jaciens, examinibus apum<sup>v</sup> signa obscurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga. Sed invictæ leges necessitatis<sup>49</sup> pectus, alioqui procul ab amentia remotum, prodigia ista justa æstimatione perpendere passæ non sunt.<sup>k</sup> Itaque dum illa elevat,<sup>50</sup> auctoritatem<sup>w</sup> amplissimam, et opes privato fastigio excelsores, omniaque ornamenta, quæ ab ineunte adolescentia<sup>x</sup> ad invidiam usque contraxerat, spatio unius diei confregit.<sup>l</sup> Quo constat<sup>51</sup> in delubris Deum<sup>y</sup> sua sponte

<sup>k</sup> *Sed fata inevitabilia non permiserunt Pompeium, virum alioqui prudentem, perpendere ista prodigia, ut debebant perpendi.*

<sup>l</sup> *Itaque dum contemnit maximam auctoritatem, vel Senatus, vel Cæsaris, amisit uno die, et facultates multo majores, quam decet privatum hominem, et omnia ornamenta, quæ tot sibi cumulaverat ab ineunte adolescentia, ut ea ipsi alii cives inviderent.*

—49 Sic Pighius ex uno codice. Alii omnes cum editionibus, etiam Vet. necessitudinis, eodem sensu. Mox procul expunxit idem Pighius, quod a quibusdam codd. abesse videret: hoc testantur Brand. et codd. Torren. major pars, cum edd. vett. Nonnulli delent præpositionem ab. Unus habet, pectus procul a mente remotum; alter, alioquin a mente remotum.—50 Itaque dum ille codd. et edd. vett. Lectio nostra debetur Perizonio, probante Torrenio. Guyetus post omnia delevit que; quomodo Oliver. Ald. Steph. et ceteri usque ad Pigh. dederunt. Tollius ex cod. pro amplissimam profert plenissimam.—51 Quod constat Exc. Steph. et Vet. in qua etiam domini pro

#### NOTÆ

<sup>†</sup> An. M. 4006. Ol. 183. 1. Urb. C. 705. Ant. Ch. 47.

<sup>u</sup> *Dyrrhachio*] Eandem cum Epidamno, sicuti diximus. Hodie Durazzo.

<sup>v</sup> *Examinibus apum, &c.*] Hæc et alia ejusmodi prodigia Lucanus versibus complexus est, meminit etiam Hirtius in bello civili.

<sup>w</sup> *Elevat, auctoritatem*] Dissentit ab aliis historicis Valerius: quod enim prælium fuerit temere commissum, non Pompeii, sed Senatus, aliorumque ducum vitium fuit.

<sup>x</sup> *Ab ineunte adolescentia*] Natus an-

nos 24. Marcium cum octo legionibus, Carinatem ad Spoletum, ad Clusium exercitum Carbonis, Carbonem in Sicilia, Hiabam et Domitium in Africa vicit: bis, etiam tum Eques Romanus, triumphavit, semel de Hiabam, iterum de Sertorio; Magnique cognomen adeptus est.

<sup>y</sup> *In delubris Deum*] Elide in templo Minervæ, eo die, quo Cæsar Pompeium superavit, simulacrum Victoriæ ad valvas se templi limenque convertit.

signa conversa: militarem clamorem, strepitumque<sup>52</sup> armorum adeo magnum Antiochiæ<sup>2</sup> et Ptolemaide<sup>a</sup> auditum, ut in muros concurreretur: sonum tympanorum Pergami<sup>b</sup> abditis delubris<sup>53</sup> editum: palmam viridem Trallibus<sup>c</sup> in æde Victoriæ, sub Cæsaris statua, inter coagmenta lapidum justæ magnitudinis enatam.<sup>m</sup> Quibus apparet cœlestium numen et Cæsaris gloriæ favisse, et Pompeii errorem inhibere voluisse.<sup>54</sup>

13. Tuas aras, tuaque sanctissima templa, Dive Juli,<sup>d</sup> veneratus oro, ut propitio ac faventi numine tantorum casus virorum sub tui exempli præsidio ac tutela delitescere patiaris.<sup>n</sup> Te enim accipimus,<sup>56</sup> eo die, quo purpurea veste velatus aurea in sella<sup>e</sup> consedisti, ne maximo studio sena-

<sup>m</sup> *Infra statuum Cæsaris palmam pullulasse ex pavimento per juncturas lapidum.*

<sup>n</sup> *O dive Juli, veneratus aras tibi dicatas, et templa tibi sacrata, oro, ut patiaris propitio et placido numine errores tantorum virorum abscondi sub præsidio tui exempli.*



*Deum.*—52 Sic omnes codd. et edd. vett. at Oudend. ad Obseq. 104. malit, *crepitumque armorum.*—53 Heins. 1. et Perizon. *aditis delubris*; unde Gudius, Burmannus, et Torrenius malint, *adytis delubri.* Lips. conj. *abditis delubri*, ut in Cæsare, ‘remota templi.’ Mox *in edem victorie* in Vet.—54 Vet. *appareret celeste . . . noluisse.*—56 Ita Steph. quod receperunt Pigh. Delph. Vorst.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Antiochiæ*] Multiplex fuit hujus nominis civitas. 1. In Syria ad Orontem fluvium, nunc *Antachia*, de qua hic agitur. 2. In Mesopotamia non procul a Tigri, hodie *Nisibia*. 3. In Pisidia. 4. In Cilicia. 5. Ad Taurum montem inter Issum et Euphratem. 6. In Caria ad Nicandrum fluvium. Seleucus, si Appiano credimus, duodecim urbes ex nomine patris condidit.

<sup>a</sup> *Ptolemaide*] Multæ item hoc nomine civitates; duæ tamen maxime nobiles; altera Phœnicia, hodie *Acre*; altera Pentapoleos Libyæ, olim Barce, nunc *Tolometa*, cujus est hic mentio.

<sup>b</sup> *Pergami*] Phrygiæ Majoris civitas fuit, sub Attalicis Regibus diu po-

tentissima. Nunc *Pergamo*.

<sup>c</sup> *Trallibus*] Urbe Asiæ Minoris inter Caystrum et Mæandrum fluvios, a Plinio et Ptolemæo Caria, a Strabone Ionia, a Stephano Lydia numeratur. Hodie *Chora*.

<sup>d</sup> *Dive Juli*] Julio Cæsari adulatur; cui Augustus aras templaque dicaverat.

<sup>e</sup> *Aurea in sella*] Cæsari hi præcipue honores delati. Mensis Quintilis ejus nomine Julius vocatus, ex Appiano; Curia Hostilia destructa, ut restaurata Julia diceretur, ex Dione. Diadema ab Antonio illi oblatum, ex Cicero et Suetonio. Collegium Lapercorum in illius honorem institutum, ex Dione. Sella aurea in theatro concessa, ex Valerio et alijs,

tus exquisitum, et delatum honorem<sup>f</sup> sprevisse videreris :<sup>o</sup> priusquam exoptatum civium oculis conspectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras transiturus, vacasse :<sup>p</sup> mactatoque opimo bove cor in extis<sup>g</sup> non reperisse : ac responsum tibi a Spurina<sup>h</sup> aruspice, ‘ pertinere id signum ad vitam et consilium tuum, quod utraque hæc corde continerentur.’ Erupit deinde eorum parricidium,<sup>‡</sup><sup>i</sup> qui dum te hominum numero subtrahere volunt, Deorum concilio adjecerunt.

#### EXTERNÆ.

1. Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio, ne, si ulterius Romana apprehendero, e cœlesti templo ad privatas domos, non consentaneos usus<sup>57</sup> trans-

<sup>o</sup> *Ne videreris contemnere honorem maximum et oblatum tibi maximo studio Senatus.*

<sup>p</sup> *Antequam prodires e domo in conspectum populi optantis te videre ; accepimus operam te dedisse religioso cultui Deorum, in quorum numerum mox transferendus eras.*

—————

alii ; sed aliter codd. et edd. vett.—57 Ita codd. et edd. vett. omnes ; Lipsius tamen conj. *consentaneos visus*, probante Colero, et ita explicat : ‘ Cum

#### NOTE

Divi Julii nomen impositum, et templum Clementiæ illi consecratum, ex Suetonio.

<sup>f</sup> *Exquisitum et delatum honorem*] Eo die tria Cæsari deferenda Senatus decreverat : unum, ut perpetuo Dictator esset : alterum, ut omnibus præter Italiam Provinciis præesset : tertium, terra marique, præterquam in Italia, coronam gestaret.

<sup>g</sup> *Cor in extis*] Multa alia prodigia narrat Suetonius, de gregibus equorum, de effosso Capys sepulcro, &c. præter ea et Calphurniæ et Cæsaris ipsius somnia.

<sup>h</sup> *Responsum tibi a Spurina*] Cæsarem, ut idibus Martiis caveret sibi, monnerat Spurina ; cumque idus advenissent, Spurinam irridens Cæsar per jocum dixit : ‘ Adsunt idus, o Spurina ;’ cui ille : ‘ Adsunt quidem,

sed nondum præterierunt.’

‡ An. M. 4010. Ol. 184. 1. Urb. C. 709. Ant. Ch. 43.

<sup>i</sup> *Parricidium*] Somniis prodigiisque territus Cæsar continere se domi statuerat ; cum ecce advenit Decimus Brutus conjurationis participes, eumque ridet, quod timeret somnia, manuque prehensum domo educit. Ut curiam ingressus est, a conjuratis honoris causa ad sellam usque deducitur ; tum illum Casca gladio percutit. Saucius assurgit Cæsar, vimque vi repellere nititur : at ubi M. Brutum inter conjuratos vidit, ‘ Tu quoque, fili mi,’ inquit ; et simul caput involvit toga, demisitque sese, et ad Pompeii statuam tribus et viginti plagis confectus interiit. Hæc Sueton. Plut. et Appianus.

tulisse videar.<sup>q</sup> Attingam igitur externa: quæ Latinis inserta literis, ut auctoritatis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre possunt. In exercitu Xerxis,<sup>j</sup> quem adversus provinciam Græciam<sup>58</sup> contraxerat, equæ partu leporem editum constat, eodem montem Athon<sup>k</sup> vix tandem transgresso.<sup>59</sup> \* Quo genere monstri tanti apparatus significatus est eventus. Nam qui mare classibus,<sup>l</sup> terram pedestri operuit<sup>60</sup> exercitu, ut fugax animal, pavido regressu regnum suum repetere est coactus.<sup>m</sup>

<sup>q</sup> Narratio talium prodigiorum, quæ Romanis contigerunt, finiatur hoc exemplo Julii Cæsaris: ne si ultra proferam alia Romana exempla, videar peccare transferendo e templo cælesti usus prodigiorum, quasi repugnantes, ad domos privatas.

~~~~~

de Divo Julio dixerim, claudam Romana exempla, nec oculos parum decore transferam e cælo iterum ad terram.—58 Pigh. *adversus Græciam*. Omnes codd. et edd. vett. habent, *provinciam*.—59 'In codd. *eidem montem Athon juxta Idam transgresso*. Alii: *eodem monte Atho juxta Idam* (Vet. *vix tandem*) *transgresso*. Plurimi Mss. et editt. in quibus Vet. Lips. et Lugd. hæc omnia post verba *est coactus* ponunt, et cum sequentibus, *priusquam Athenas*, &c. conjungunt: quod etiam commodius est; et parum abfuit, quin cum Perizonio hæc verba hoc loco expungerem, eaque post coactus ponerem, et ita legerem: *Eidem montem Atho vix dum* (*Athon vix tandem*) *transgresso, priusquam*, &c. Certe sic Valerius mihi quidem videtur scripsisse. *Vix dum* mallem quam *vix tandem*, quia propius accedit scripturæ in Mss. *jux idam, index, indum*, &c. *Atho* pro *Athon*, more Græcorum sæpius dicitur, exinde videntur *monte* et *eodem* orta esse, quod imperiti librarii pro ablativo habuerant.' Kapp.—60 Camp. *Nam qui mare classib⁹. tæxerat, terram equitib⁹. velut fugax animal*, &c. Pighius edidit, *operuerat*, cum omnes codd. et edd. vett. habeant, *operuit*. Ultraj. 1. *classico*. Ultraj. 2.

NOTE

^j Xerxis] Darii Histaspis filius fuit, paterni regni, et odii in Græcos hæres, qui ultimus cladem ad Marathonem acceptam, innumerum prope collegit exercitum.

^k Montem Athon] Inter Macedoniam et Thraciam, tantæ altitudinis, ut ad Lemnum usque, quæ 1500. passibus dissita est, umbram profundere dicatur. Hodie *Monte Santo*. Quod Persarum naves aliquot ad hunc montem naufragio periissent, illum Xerxes perfodi jussit; eaque fuit fossæ latitudo, ut duæ in ea triremes pariter agitantur.

* An. M. 3573, Ol. 74. 4. Urb. C.

272. Ant. Ch. 480.

^l Qui mare classibus, &c.] Militum Xerxis alia ab aliis summa conficitur. Herodotus scribit illius exercitum capitum fuisse 5283220. Dionysius et Theodoretus 3000000. Cornelius Nepos peditum 800000. Justinus 1000000. Diodorus 700000. Equitum 40000. Naves numerat Cornelius Nepos 1200. cui consentit Justinus, Diodorus 1200. triremes, et 3030. remis instructas.

^m Repetere est coactus] Xerxis enim copiæ quinque præliis, duobus terrestribus tribus navalibus, fractæ sunt: primum ad Thermopylas a Leonida

Priusquam Athenasⁿ deleret,^o Lacedæmonis invadendæ consilium agitant, admirabile inter cœnam prodigium incidit.[†] Infusum namque pateræ ejus vinum, in sanguinem nec semel, sed iterum, et tertio, conversum est. Qua de re consulti Magi^p monuerunt, ut se ab incepto^{6r} abstineret. Et, si quod vestigium in vecordi pectore sensus fuisset, cavere potuisset, ante de Leonida^q et Spartanis^{6z r} abunde monitus.⁷

2. Midæ^s vero, cujus imperio Phrygia^t fuit subjecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congesserunt.

^r *Et, si quid prudentiæ habuisset in mente stolidâ; jam satis admonitus, et a Leonida fortiter pugnante, et a Lacedæmoniis, cavere potuisset.*



habet etiam, *texerat, et equitibus.* Pro regressu Leid. 8. egressu.—61 Pighius ut ab incepto. Mss. et edit. fere omnes : *ut se ab incepto proposito abstineret ; quod mihi videtur rectum.* Lib. II. 6. 8. ‘ab incepto consilio,’ ubi Leid. ‘ab incepto proposito’ habet.—62 Nonnulli Mss. et Vet. *et a Cesare Spartanis, sive, et Spartanis a Cesare,* unde Torrenius ingeniose conjicit : *et a CCC. ejus Spartanis abunde monitus.* Vide lib. III. 2. Extr. 3. et Cic. de Fin. II. 30.—63

NOTÆ

Lacedæmoniorum duce : post ad Artemisium a Themistocle : deinde ad Salaminam ab eodem Themistocle : tum ad Platæas a Pausania Lacedæmonio et Aristide Atheniensi : deinde ad Mycale a Leutychide. Victus ad Salamina Xerxes Hellespontum versus refugit permissoque Mardonio exercitu, ipse nave Phœnissa trepidus in Asiam trajecit.

ⁿ *Athenas*] Urbem Græciæ totius nobilissimam ad amnem Ilisum a Cecrope Ægyptio conditam; quæ præ ceteris ingeniorum et eruditionis laude floruit. Nunc *Setines.*

^o *Deleret*] Athenienses ab oraculo moniti, ut se muris ligneis tutarentur, auctore Themistocle, se suaque omnia relicta patria in naves imposuerunt; Xerxes Attica vastata urbem vacuum incendit.

† An. M. 3574. Ol. 75. 1. Urb. C. 273. Ant. Ch. 479.

^p *Magi*] Apud Persas sapientes ; ut apud Græcos Philosophi, et apud Gallos Druidæ, &c.

^q *Leonida*] Rege Spartiatarum fortissimo, qui ad Thermopylas super Persarum stragem victor corruit. De illo postea pluribus.

^r *Spartanis*] Quorum civitas Sparta seu Lacedæmon ad Eurotam, Peloponnesi totius urbs olim clarissima, nunc *Misithra* Sophiano, *Ebada* Lazio, *Zaconia* Nardo dicitur.

^s *Midæ*] Ab aliis Gordii filius fuisse, ab aliis e Thracia cum Phrygibus in Asiam transiisse perhibetur; qui quod ætatis suæ esset ditissimus; extitit Poëtarum licentiæ haud parva fingendi materies. Cetera notissima.

^t *Phrygia*] In Asia minore duplex fuit; Major, seu salutaris, quæ Bithynia, Galatia, Pamphylia, et Lydia clauditur; Minor, quæ ad Hellespon-

Parentibus deinde ejus, quorsum prodigium⁶³ tenderet, explorantibus, augures responderunt: ‘Omnium illum mortalium futurum ditissimum.’ Nec vana prædictio extitit: nam Midas cunctorum pæne regum opes abundantia pecuniæ antecessit: infantiaëque incunabula utili Deorum munere⁶⁴ donata, onustis⁶⁵ auro atque argento gazis pensavit.⁶

3. Formicis Midæ jure meritoque apes Platonis^u † prætulerim: illæ enim caducæ ac fragilis,⁶⁶ hæ solidæ et æternæ felicitatis^v indices extiterunt, dormientis in cunis parvuli labellis mel inserendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes ‘singularem eloquii suavitatem ore ejus emanaturam’ dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymettum^w thymi^x flore redolentem; sed Musarum^y Heliconios^z colles omni genere doctrinaë virentes, Dearum instinctu depastæ, maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instillasse videntur.⁴

⁶ *Abundans argento et auro implevit maximis suis divitiis prædictionem, qua incunabula ipsius infantis ornata sunt a Diis munere utili tritici.*

⁴ *At mihi quidem illæ apes videntur depastæ non florem thymi, quo redolet mons Hymettus; sed colles montis Heliconis florentes omni genere scientiæ, et jussu Musarum instillasse Platoni viro præstantis ingenii suavissima nutrimenta perfectæ eloquentiæ.*



Ultraj. 1. 2. et Brand. 1. 2. quorsus prodigium.—64 Klok. legebat, *fructili Deorum munere*.—65 Pigh. *onustus auro et argento*; et sic in Vet. Mog. Venett. Aldd. aliis. *onustis auro atque argento* Exc. Steph. aliique codd.—66 ‘Sic bene Pighius, cum ante a multis *fragiles* edebatur; *fragilis* tamen habet Ascensius. Porro pro *mel inserendo* Bit. 1. *mel inferendo*; et mox Ultraj. 1. ac mihi quidem. Haud pauci, *montem Hymettium* exhibent.’ Torren.

NOTÆ

tum usque pertinet: in qua olim Troja. Durgat.

^u *Apes Platonis*] Aristonis filius, ipse primum Aristocles, deinde ab humerorum latitudine Plato dictus: discipulus Socratis, Academicæ sectæ Princeps, ob summam eruditionem et sapientiam divinus Plato et Philosophorum Homerus vulgo nuncupatus.

† An. M. 3625. Ol. 87. 4. Urb. C.

324. Ant. Ch. 428.

^v *Æternæ felicitatis*] Quia Plato gloriam sibi peperit immortalem.

^w *Hymettum*] Montem Atticæ regionis; qui omnium Græciæ montium teste Solino principatum obtinet; quod et floribus et viridi gramine semper vestiatur. Hodie *Hymetto*.

^x *Thymi*] Herbæ fragrantis, qua pascuntur apes: ex Virgilio.

^y *Musarum*] Quæ Jovis et Mnemo-

NOTÆ

synes filiæ numero novem finguntur: magnum Poëtis mentiendi argumentum.

² *Heliconios*] Helicon mons Bœotia, ex Plin. et Solino. Phocidi vici-

nus, ex Strabone; 15. millia passuum a Parnasso distans, qui et ipse Apollini sacer est et Musis. Nunc *Helicon*.

CAP. VII.

DE SOMNIIS.

ROMANORUM

- 1 Artorii medici de Augusto.
- 2 Calpurniæ de Cæsare.
- 3 P. Decii, T. Manlii Coss.
- 4 Ti. Atinii cujusdam.
- 5 M. Ciceronis exulis.
- 6 C. Sempronii Gracchi.
- 7 Cassii Parmensis.
- 8 Aterii Rufi eq. Rom.

EXTERNORUM

- 1 Hannibalis Pœni.
- 2 Alexandri Magni regis.
- 3 Simonidis poëtæ.
- 4 Cræsi Lydorum regis.
- 5 Cyri Persarum regis.
- 6 Himerææ mulieris de Dionysio.
- 7 Matris Dionysii tyranni.
- 8 Hamilcaris Pœni.
- 9 Alcibiadis Atheniensis.
- 10 Arcadis cujusdam.

SED quoniam divitias Midæ,¹ disertumque Platonis somnum attigi, referam, quam certis imaginibus multorum quies adumbrata sit.^{a 2}

I. Quem locum unde potius exordiar, quam a Divi Au-

^a *Narrabo, quam veras rerum futurarum imagines multi in somniis viderint.*

~~~~~

1 'Gudius legit, *divitis Midæ, disertique Platonis somnum*. Certe in quinque codd. est *diserti*, sed ita ut liquido appareat, in duobus sic pro *disertumque* correctum esse. Pro *somnum* Torrenius ediderat *somnium*, uti magna pars Codd. et Vet. habet. Mihi Valerius ita scripsisse videtur, uti dedi. Absurda quidem ratio est, ut Gudius inquit, *referam de somniis, quia divitias Midæ attigi*. At noster acumina quærit, et opponit frequenter substantiva, ut hic: *divitias Midæ* et *somnum Platonis*. Quod si textus Valerii corrigi debeat in omnibus locis, in quibus sibi non constat Auctor, certe multa loca sex capitum præcedentium vel plane ejicienda, vel aliter constituenda sunt. Rectum ergo *divitias*. Hoc loco utrumque (*somnum* et *somnium*) testes suos habet. At in præcedentibus nulla mentio *somni Platonis*, immo *dormientis Platonis*. Nec ceteri scriptores idem narrantes de *somnio* aliquid habent. Et Valerius *quietem* mox nominat. His adductis rationibus *somnum* revocavi. *Kapp.*—2 Exc. Steph. *quies obumbrata sit.*—3 Multi codd. Torreniani, cum

gusti<sup>a</sup> sacratissima memoria? Ejus medico Artorio somnum capienti nocte, quam dies insecutus est, quo in campis Philippicis<sup>3</sup> Romani inter se exercitus concurrerunt, Minervæ species oborta præcepit, ‘ut illum gravi morbo implicitum moneret, ne propter adversam valetudinem,<sup>4</sup> proximo prælio non interesset.’<sup>b</sup> Quod cum Cæsar audisset, lectica se in aciem deferri jussit: ubi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat, castra ejus a Bruto capta sunt.<sup>b\*</sup> Quid ergo aliud putamus, quam divino munere<sup>5</sup> effectum, ne destinatum jam immortalitati caput indignam cœlesti spiritu fortunæ violentiam sentiret?<sup>c</sup>

2. Augustum vero præter naturalem animi in omnibus rebus subtiliter perspiciendis vigorem, etiam recens et domesticum exemplum, ut Artorii somnio obtemperaret, admonuit. Audiverat enim Divi Julii patris sui uxorem Calpurniam<sup>c</sup> nocte, quam is in terris ultimam egit, in quiete vidisse, multis eum confectum vulneribus<sup>d</sup> in suo sinu jacentem, somniique atrocitate vehementer exterritam, rogare

<sup>b</sup> *Ut illum admoneret licet laborantem gravi morbo, ne abesset ab imminente certamine propter suam ægritudinem.*

<sup>c</sup> *Nonne factum est beneficio Deorum, ne Augustus, jam destinatus ut Deus esset immortalis, experiretur violentiam fortunæ?*



Vet. Mog. Venett. &c. habent *Philippis*. Mox Heins. 1. *oblata* a m. sec. pro *oborta*. Etiam *concurrerunt* pro *concurrere* in omnibus codd. et edd. ante Pighium.—4 Dan. *valitudinem*. Mox pro *prælio* codd. Perizon. et Ultraj. 2. habent, *bello*.—5 Ultraj. prim. et Vet. *divi numine*. Multi Mss. et editi.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Divi Augusti*] Octavii Cæsaris, qui anno post Actiacam victoriam quinto, ex sententia L. Munacii Planci a Senatu populoque Romano Augustus dictus est: et a Tiberio post mortem in Deorum numerum relatus.

<sup>b</sup> *Castra ejus capta sunt*] Ipsiusque lectica a Brutianis militibus gladiis transfixa, ex Plut. et Suet. De campis Philippicis pugnaque in iis commissa consule, Cap. 5.

\* An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

<sup>c</sup> *Calpurniam*] Fuit L. Pisonis Cæsoniani, in quem extat Ciceronis oratio, filia; et L. Pisonis sub Augusto Consulis soror, quartaque uxor Julii Cæsaris.

<sup>d</sup> *Confectum vulneribus*] Id somnium apud Plutarchum nonnulli aliter referunt; nec enim confossus vulneribus Cæsar uxori dormienti visus est; sed, cum illius ædibus ex Sena-

non destitisse, ‘ut proxima die a Curia se abstineret.’ † At illum, ne muliebri somnio motus id fecisse existimaretur, senatum, in quo ei parricidarum manus allatæ sunt, adire<sup>6</sup> contendisse. Non est<sup>7</sup> inter patrem et filium ullius rei comparisonem fieri, præsertim divinitatis fastigio junctos: sed jam alter operibus suis aditum sibi ad cælum instruxerat, alteri longus<sup>8</sup> adhuc terrestrium virtutum orbis restabat. Quapropter ab hoc tantummodo impendentem<sup>9</sup> mutationem status cognosci, ab illo etiam differri Dii immortales voluerunt; ut aliud cælo decus daretur, aliud promitteretur.<sup>d</sup>

3. Illud etiam somnium et magnæ admirationis, et clari exitus; <sup>10</sup> quod eadem nocte duo consules P. Decius<sup>11</sup> et T. Manlius<sup>e</sup> Torquatus, Latino bello<sup>f</sup> et gravi et periculoso,<sup>12</sup> non procul a Vesuvii<sup>g</sup> montis radicibus positus cas-

<sup>d</sup> Sed jam Julius Cæsar sibi paraverat præclare gestis ingressum ad cælum; Augusto vero longa series remanebat virtutum in terris exercendarum: quare Dii immortales tantum voluerunt Augustum cognoscere futuram mutationem status sui mortalis in immortalem; Julium vero illam mutationem experiri; ut cælo decus Julius daretur, Augustus vero promitteretur.

divino numine, quod malim. Mox pro *ne Vet. eē.* Kapp.—6 Guyeto placebat *illatæ sunt*. Pro *adire* nonnulli codd. *habere*: in Vet. *haberi*.—7 Pighius addit *operæ* ex solo libro Cauchii, cum ceteri omnes rectius omittunt. Mox quidam *conjunctos*.—8 Pigh. *alteri vero longus*: particulam vero solus habet Leid. 6. et tamen superscriptum. Guyetus legit: *longus virtutum orbis peragendus restabat*.—9 Omnes fere codd. cum Vett. habent, *pendentem*. Mog. Venett. Mediol. et Aldd. *impendentem*.—10 Ita omnes codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. Mediol. 3. Gryph. et Steph. *et clari fuit exitus* Pighius.—11 *P. Decius Mus* Pighius; et sic etiam Leid. 7. *Mus* vero non apparet in aliis omnibus codd. et edd. vett.—12 Bitur. 1. et Harl. *ac periculoso gravi*: Barb. 1. 2. Copes. Perizon. Leid. 2. et tres alii, *ac periculoso et gravi*: Ultraj. 1. *ac periculo gravi*: Ultraj. 2. Rhem. et duo Leid.

#### NOTE

tus consulto adjunctum esset fastigium, illud Calpurnia per quietem collabi rata, ingemiscebat.

† An. M. 4010. Ol. 184. 1. Urb. C. 709. Ant. Ch. 43.

<sup>e</sup> *P. Decius et T. Manlius*] Genere quidem impares: ille enim plebeio, hic patricio genere ortus: at virtute pares. Alter servato Cornelio Cosso Consule sibi e sua familia primus consulatum, alter torque hosti detracto

sibi suisque Torquati nomen peperit.

<sup>f</sup> *Latino bello*] Quod magistratus pari cum Romanis imperio poscerent Latini, eorumque legatus L. Annius Setinus in Senatu superbius respondisset, bellum Latinis indictum; quod maximis eorum cladibus tertio post anno finitum est.

<sup>g</sup> *Vesuvii*] Mons est Campaniæ non procul a Nola, crebris incendiis et

tris viderunt. Utrique enim quidam per quietis speciem prædixit, 'ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, Diis manibus<sup>h</sup> Matrique Terræ deberi. Utrius autem dux copias hostium,<sup>13</sup> superque eas sese ipsum devovisset,<sup>i</sup> victricem abituram.'<sup>14</sup> Id luce proxima consulibus sacrificio vel expiaturis, si posset averti: vel, si certum Deorum etiam monitu visum foret, executuris, hostiarum exta somnio congruerunt.<sup>e</sup> Convenitque inter eos, cujus cornu prius laborare cœpisset, ut is patriæ fata capite suo lueret: quæ, neutro formidante,<sup>15</sup> Decium deposcerunt.<sup>f</sup><sup>j</sup>

<sup>e</sup> Cum die sequenti Consules vellent avertere illud malum sacrificio, si posset vitari, vel exequi quod erat consultum, si visum confirmaretur monitione Deorum, exta hostiarum visa sunt, eadem quæ somnium mala portendere.

<sup>f</sup> Ut is mutaret morte sua adversa patriæ fata; quæ elegerunt Decium, utroque Consule parato se devovere.

//////////

ac periculo suo gravi: Vet. ac gravi periculo. Pro Vesuvii nonnulli habent, Eusubii; alii, Eusebi.—13 Aldus aliique ediderunt: *Utrius dux copias hostium aggredetur; superque eas, &c.* Vox *aggredetur* abest a Brand. 1. 2. multis Torren. et Vet. Codex Perizon. habet: *dux super copias hostium aggredetur, ut sese, &c.* unde ille conj. *dux super copias hostium etiam sese, &c.*—14 Ita Modius ex cod. Bramberg. restituit; ita etiam Basil. Brand. 1. 2. et duodecim Torreniani. Edd. vett. habent, *victoriam habiturum*: in quibusdam codd. *victricem habituram*: in aliis, *victoriam habituram*, et ita Wetsten. ex uno Basil. Wasse ex Anglicano, et emendabat Klokkius.—15 Leid. 2. *deformidante*; sed Leidd. 6. 7. 8. cum Douac. 1. 2. *reformidante*: neglectum fuit

#### NOTÆ

Plinii majoris morte nobilitatus. *Ho-*  
*die Monte di Somma.*

<sup>h</sup> *Diis manibus*] Quibus et festum et sacra a Numa primum instituta sunt; eosque sanguine placari apud veteres vulgo creditum est. Manes inter, Lares, et Larvas id discriminis ponit Apuleius; quod mortuorum omnium animæ, Manes: ex iis, quæ pacato et quieto numine domum possident, Lares; quæ vero infestæ sunt et molestæ, Larvæ dicuntur.

<sup>i</sup> *Devovisset*] Quibus cærimoniis, quave verborum formula sese devoverent Romani, pluribus explicat Livius lib. VIII. Licuit vero Consuli, Dictatori, et Prætori, cum hostium,

legiones devovet, non utique se, sed quem velit ex legione Romana civem devovere.

<sup>j</sup> *Decium deposcerunt*] Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat; primo utrimque æquis viribus gerebatur res; deinde ab lævo cornu hastati Romani non ferentes impressionem Latinorum se ad Principes receperunt: tum Decius incinctus ritu Gabino armatus in equum insiluit, ac sese in medios immisit hostes, conspectus ab utraque acie aliquanto angustior humano visu; Latinorum turbavit signa; et quocumque equo invectus est, vastam edidit stragem: ubi vero corruit obrutus telis; inde

4. Sequitur æque ad publicam religionem pertinens somnium. Cum plebeiis ludis<sup>k</sup> quidam paterfamilias per circum Flaminium,<sup>l</sup> priusquam pompa<sup>16</sup> induceretur, servum suum verberibus mulcatum,<sup>17</sup> sub furca<sup>m</sup> ad supplicium egisset, Ti. Atinio<sup>18 n</sup> homini ex plebe Jupiter in quiete præcepit, ‘ut consulibus diceret, sibi præsulforem<sup>o</sup> ludis Circensibus proximis non placuisse:’ quæ res nisi intenta ludorum instauratione expiata esset, secuturum non mediocre urbis periculum. Ille veritus, ne cum aliquo incom-

//////////

re propter præcedens ro.—16 Gembl. et Atreb. *priusquam chroma*: Vet. *priusquam croma*: Pighius ex codice quodam, *priusquam croma induceretur*; unde Pontanus et Colerus conj. *acroama*, probantibus Salmas. et Ruperto. Vide Cic. pro Sext. *pompa* exhibent viginti duo Torreniani. Salmas. etiam conj. *croma*.—17 Alii *multatum*, vel *mulctatum*.—18 Codd. omnes et edd. vett. pro *Ti. Atinio* habent *Latino*. At Pighius ex Lactant. II. 7. *Ti. Atinio* legen-

#### NOTE

consternatæ Latinorum cohortes fugam ac vastitatem late fecerunt. Hæc Livius lib. VIII.

<sup>k</sup> *Plebeiis ludis*] Post Reges exactos, ut placet Asconio Pædiano; vel, ut Dionysio, post victos ab Aulo Posthumio Dictatore Latinos, qui Tarquinium restituere nitebantur; vel post plebis, seu in montem sacrum, ut nonnullis, seu in Aventinum, ut aliis, secessionem, hi ludi instituti sunt. Illos ab Ædilibus plebis in Circo per triduum fieri Livius; minas argenti quingentas in iis impendi Dionysius; epulumque populo dari, alii testantur: si quis plura requirat, Dionysium libro septimo extremo consulat.

<sup>l</sup> *Circum Flaminium*] Præter circum Maximum, octo novemve circos in Urbe fuisse scripsit P. Victor; quos inter Flaminium numerant Plutarchus et Martialis; a pratis Flaminii, ubi conditus est, Flaminus dicitur. Pompæ totius apparatus eo, quem paulo ante dixi, libro pluribus persequitur Dionysius, et nos postea

commodius explicabimus.

<sup>m</sup> *Sub furca*] Furcarum tria genera; unum, lignum plaustrum, quod temoni subjicitur; illud ob leve delictum non tam supplicii, quam ignominie causa ferre servi cogebantur; simulque, et suum fateri peccatum, et monere ceteros, ne quid simile in se admitterent. Alterum lignum duplex, cujus in media parte inserto collo rei cervix laqueo vinciebatur, vel ut ad supplicium traheretur facilius, vel ut tergum virgis commodius præberet. Tertium furcæ genus fuit, quo passim utimur, cum damnati gula laqueo frangitur.

<sup>n</sup> *Ti. Atinio*] T. Latinus Livio, Plut. et Dionys. Annius Macrobio, T. Antonius Lactantio dicitur.

<sup>o</sup> *Præsulforem*] Is, a quo facta essent ludorum præludia præviæque saltationes, Præsulfor dicebatur: hoc in loco servum illum intelligit, qui, dum a conservis flagris cæderetur, inconditos clamores, gestusque indecoros dabat: uti narrat Dionys.

modo suo<sup>p</sup> religione summum implicaret imperium, silentium egit.<sup>5</sup> E vestigioque filius ejus subita vi morbi correptus, interiit.‡ Ipse etiam per quietem ab eodem Deo interrogatus, ‘an satis magnam pœnam neglecti imperii sui pependisset,’ in proposito perseverans, debilitate corporis solutus est.<sup>h</sup> 19 ac tum demum ex consilio amicorum, lectica<sup>20</sup> ad tribunal consulum, et inde ad Senatum perlatus, ordine totius casus sui exposito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.<sup>q</sup>

5. Ac ne<sup>21</sup> illud quidem involvendum silentio. Inimicorum conspiratione Urbe pulsus<sup>r</sup> M. Cicero, cum in villa

<sup>5</sup> *Ille, Atinius, illud visum dixit nemini, metuens, ne quid sibi accideret incommodi, si moneret Consules habentes summum imperium teneri religione ad instaurandos ludos.*

<sup>h</sup> *Paralyticus factus est, membris debilitate solutis.*



dum docuit. Mox in quibusdam Torren. *ut consuli.*—19 Leid. 2. *resolutus est*, quomodo de hac re loquuntur Cels. et Curt.—20 Duo Coler. quinque Torreniani et Vet. *lecticula.*—21 *At ne* in paucis Torrenianis.—22 Codd. septem, *Capinatis*; Barb. 1. *Acinatis*; alii *Atinatis*. Torrenius vero legendum putat,

#### NOTE

<sup>p</sup> *Incommodo suo*] Cum enim homo plebeius esset, ex Dionysio, erat, quod timeret, ne sibi non crederetur: tumque puniretur, vel verberibus, vel carcere, vel mulcta.

‡ An. M. 2565. Ol. 72. 4. Urb. C. 264. Ant. Ch. 488.

<sup>q</sup> *Pedibus domum rediit*] Idem referunt Livius lib. II. Dionysius lib. VII. et Plutarchus in Coriolano: quod efficere potuit Dæmon, ut ludi turpissimi instaurarentur, incitamenta nequitiae.

<sup>r</sup> *Inimicorum conspiratione Urbe pulsus*] P. Clodius Tribunus plebis, Ciceroni infensissimus, contra eos, qui civem a populo indemnatum, aut occiderent, aut occidissent, legem tulit; quæ cum Senatum omnem, tum maxime Ciceronem petebat; cum eo

Consule Lentulus, Cethegus, aliique conjurationis Catilinæ participes fuissent in carcere necati. Exagitatus a Clodio Cicero, a Pompeio desertus, proditus a Cæsare, quid ageret; fugeret, an maneret in urbe; incertus hærebat: vim armaque hinc suadebat Lucullus; inde Cato et Hortensius vetabant: tandem ipse sententiam, quæ tutior erat, seu amore patriæ seu metu, secutus, clam concubia nocte urbe cessit, ex Plut. cum publica Senatus ad Reges Principesque commendatione, ex Appiano. Primum Brundisium, post Dyrrachium, denique Thessalonicam se contulit; tum ipsi Clodius aqua et igni interdixit, vetuitque, ne quis de eo ad Senatum referret, decerneret, disputaret.

quadam campi Atinatis<sup>22</sup> <sup>s</sup> deversaretur,<sup>23</sup> is<sup>24</sup> animo in somnum profuso, per loca deserta et invias regiones vaganti sibi C. Marius consulatus ornatum insignibus putavit obvium factum: et<sup>25</sup> interrogantem eum, ‘quid ita tam tristi<sup>26</sup> vultu, incerto itinere ferretur?’ audito deinde casu, quo conflictabatur, comprehendisse dexteram suam, ac se proximo lictori in monumentum ipsius<sup>t</sup> deducendum<sup>27</sup> tradidisse, quod diceret, ‘ibi esse ei lætiores status<sup>28</sup> spem repositam:’ nec aliter evenit. Nam in æde Jovis Mariana<sup>u</sup> S. C. de reditu ejus est factum.\*

6. C. autem Graccho<sup>v</sup> imminentis casus atrocitas palam atque aperte per quietem denuntiata est:<sup>29</sup> somno enim pressus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis sibi: ‘Nulla ratione eum vitare posse, ut eo fato non periret,<sup>30</sup>

//////////

*Arpinatis.*—23 Heins. 2. Rhem. 1. 2. 3. Barber. 1. et Leid. 2. *deversaret*; Copes. et Leid. 7. *deversaretur*; alii habent sive *diversaret*, sive *diversaretur*.—24 Pronomen *is* deest in uno Brand. et Pighianis; sed habent plerique omnes Torreniani et edd. vett. Duo Rhem. *is animo in somnum per loca, &c.* unus Douac. chartacens: *is animo in somnum pulso, per, &c.* Heins. 2. *is animo in somnum profuso, &c.* Leid. 2. *insomniis*. Bitur. 1. *avias* pro *invias*.—25 Deest et in plerisque omnibus codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Aldd. Primus illud dedit Stephanus. *interrogantem se* habet Aldus.—26 Leid. 7. *quid tam tristi*.—27 Quatuordecim codd. cum Mog. habent, *ducendum*: Copes. et Leid. 7. ab alia manu, *deducendum*.—28 In Exc. Gud. ex Voss. 1. notatum, *lætioris status*.—29 Voss. 1. *nuntiata est*. Mox in Exc. Steph. *fratris ejus effigie*.—30 Brand. 1. et Leid. 6. *ne eo fato periret*: Brand. 2. Copes. unus Vorst. unus

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Campi Atinatis*] In Campania juxta Pontinas paludes. Multiplex Atina fuit, in Sicilia, Lucania, Apulia, &c.

<sup>t</sup> *Monumentum ipsius*] Jovis ædem, quam condiderat Marius, in eaque tropæa de Numidis, Cimbris, Teutonibusque parta posuerat.

<sup>u</sup> *In æde Jovis Mariana*] Cum Cn. Pompeius, qui tum in Republica plurimum poterat, a P. Clodio multis de causis jam alienus esset, Annius Milo Tribunus plebis ad populum, Lentulus Spinther Consul ad Senatum de Cicerone retulit; uterque, frustra repugnante Clodio, ut Cicero rediret, ille plebiscitum, hic senatusconsul-

tum obtinuit. Ita Dio, lib. xxxix. Quod cum audisset Cicero, ‘Nihil,’ inquit, ‘Atinati somnio fieri potest divinius.’ de Divinat. lib. i.

\* An. M. 3996. Ol. 180. 3. Urb. C. 695. Ant. Ch. 57.

<sup>v</sup> *C. Graccho*] Tiberii fratri, qui cum Quæsturam in Sicilia sub Oreste Consule maxima cum laude gessisset, semel atque iterum factus Tribunus plebis, cum in multis Senatum offendit, tum in iis duobus præcipue, quod et legem frumentariam tulerit, et iudicia communicarit Equitibus; in quibus, cum eandem, quam frater sectam sequeretur, eundem exitum habuit.



quo ipse propulsus e Capitolio<sup>31</sup> occidisset.<sup>†</sup> Id ex Graccho prius, quam tribunatum, in quo fraternum exitum habuit,<sup>w</sup> iniret, multi audiverunt. Coelius<sup>x</sup> etiam certus<sup>32</sup> Romanæ historiæ auctor, sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc vivo pervenisse scribit.

7. Vincit hujusce somnii dirum aspectum, quod sequitur.<sup>i</sup><sup>33</sup> Apud Actium<sup>y</sup> M. Antonii fractis opibus,<sup>z</sup> Cassius Parmensis,<sup>a</sup> qui partes ejus secutus fuerat, Athenas confugit: ubi concubia nocte, cum solitudinibus et curis, mente sopita in lectulo jaceret, existimavit, ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum

<sup>i</sup> *Somnium Cassii, quod sequitur, horribilius est somnio Gracchi.*

Perizon. nonnulli Pigh. multi Torren. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. *ne eo fato non periret.* Ceteræ edd. pro vulgato stant.—31 Pro *propulsus e Capitolio* in Exc. Steph. *pulsus Capitolio*: desunt hæc verba in quibusdam codd. et in Vet. Glossam sapiunt, quæ ex margine in textum irrepsit.—32 In Rhem. 1. et Leid. 6. deest, *certus*: in quibusdam alio loco ponitur, nempe, *Romanæ historiæ certus auctor.*—33 Vulgg. ita habent: *at quod insequitur* duodecim Mss. cum edit. Ven. Med. Ascens. et Vet. unde Torrenius conjicit:

## NOTE

+ An. M. 3929. Ol. 163. 4. Urb. C. 628. Ant. Ch. 124.

<sup>w</sup> *Fraternum exitum habuit*] L. Opimius Consul multis nominibus Graccho inimicus ejus leges antiquavit: quod cum ille ferret acerbius, plebis implorat opem, una cum Fulvio consulari armat multitudinem, Aventinum occupat: sed frustra; nam occiso Fulvio, ipse dum fugit in lucum Furinæ, vel ab Euphoro famulo, ipsius jussu, obtruncatur, ut vult Velleius; vel, ut alii apud Plutarchum, a fuga cum Euphoro retractus, una cum ipso, dum ille heri corpus suo tegit, ab Opimianis confossus est.

<sup>x</sup> *Cœlius*] C. Cœlius Antipater jurisperitus, et L. Crassi Oratoris Magister, qui Gracchorum suppar temporibus scripsit historiam, quam M. Brutus, teste Cicero, in Epitomen redegit. De illo hæc Cicero: ‘L. Fannii ætate conjunctus Antipater

paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem, atque horridas sine nitore ac palastra; sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent.’

<sup>y</sup> *Apud Actium*] Epiri promontorium, in quo urbs ab Augusto condita, et a victoria Nicopolis nuncupata. C. Figalo.

<sup>z</sup> *M. Antonii fractis opibus*] Commisso contra Octavium prælio navali, amore potius quam armis victus est Antonius; deserta enim pugna fugientem timore Cleopatram secutus, victoriam Octavio, orbisque imperium tradidit.

<sup>a</sup> *Cassius Parmensis*] E percussoribus Cæsaris unus, qui omnium ultimus parricidii pœnas dedit, ex Velleio. Victis Bruti partibus se contulit ad Antonium, cujus in Syria legatus multa fortiter gessit, quæ Plutarchus et Appianus memorant.

barba, et capillo demisso: <sup>34</sup> interrogatumque, quisnam esset, respondisse *κακοδαίμονα*.<sup>35 b</sup> Perterritus deinde tam <sup>36</sup> tetro visu, et nomine horrendo, servos inclamavit, sciscitatusque est, ‘si quem talis <sup>37</sup> habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent.’ Quibus affirmantibus, ‘neminem illuc accessisse,’ iterum quieti et somno se dedit: atque eadem animo ejus obversata <sup>38</sup> est species. Itaque fugato somno, lumen introferri jussit, puerosque a se discedere vetuit. Inter hanc noctem et supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit,<sup>c</sup> paululum admodum temporis intercessit.<sup>39 †</sup>

8. Propioribus tamen, ut ita dicam, lineis Aterii <sup>40</sup> Rufi, equitis Romani, somnium certo eventu admonitum est:<sup>j</sup> qui

<sup>j</sup> *Somnium Aterii Rufi Equitis Romani habuit certum eventum, minus etiam remotum.*

~~~~~

quod nunc sequitur.—34 In quibusdam, *squalida barba et capillo demisso*: Brand. 1. 2. Rhem. 1. Bitur. 1. Leid. 5. Dan. Vet. Steph. &c. *capillo immisso*: copulam et ante *capillo* delet Ultraj. 1. Mox, *interrogatoque . . . respondit* Vet.—35 Colerus legit, *κακὸν δαίμονα*: multi codd. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. 3. vacuo spatio relicto vocem hanc prorsus omittunt. Leid. 6. *Cacodemona*; Leid. 7. *ΚΑΚΟΔΗΜΟΝΑ*: cod. Perizon. *Cacodemon*; Harl. et Copes. *Caconiusmona*.—36 Copes. Ultraj. 1. 2. Heins. 1. 2. septem Leidd. Bitur. 1. et unus Rhem. delent *tam*, quod etiam non est in Mog. Pro *horrendo* Copes. habet, *horrido*.—37 Pighius affert pro v. l. *an quem talis*, quam neque in codd. neque in scriptis invenit Torrenius. Mox Heins. 2. unus Rhem. tredecim alii cum Mog. habent, *se et quieti et somno*.—38 Rhem. 1. 2. 3. Ultraj. 2. et Mog. *observata est*.—39 Ita Brand. 1. 2. Pighiani, alii: Copes. cum aliis Torren. *parvulum admodum tempus intercessit*: Ultraj. 1. Rhem. 1. 2. 3. Vet. Mog. et Venett. 1. 2. *parvulum admodum temporis intercessit*: Venett. 4. 5. Aldd. Mediol. 3. Colin. Ascens. Gryph. et Steph. *parvulum admodum tempus accessit*.—40 Rhem. 1. 2. *Artorii*; Leid. 2. *Artei*; Copes. *Aterii*; Leid. 4. *Haturii*, et ab al. manu, *Haterii*; Leid. 7. *Haterii*, et in marg. *Haturii*; Leid. 6. *Atterii*; Ultraj. 1. *Anterii*; Venett. 4. 5. et Aldd. *Atterii*; Mediol. 3. *Atteriti*: nonnulli habent, *Ruffi*, ut constanter in edd. vett. Martialis.

NOTÆ

^b *Κακοδαίμονα*] Malum dæmonem. Duos spiritus nos sortiri nascendo putabant Ethnici, si Servio credimus; quorum alter bonus ad bona, alter malus ad mala nos impellat.

^c *Quo eum Cæsar affecit*] Missus ab Octavio Q. Varius studentem interemit Cassium, scriniumque cum libris

secum abstulit. Unde manasse suspicor fragmentum illud Cassii de Orpheo, quod multo post repertum in Brutiis edidit Achilles Staius, et commentariis illustravit Chytræus.

† An. M. 4023. Ol. 187. 2. Urb. C. 722. Ant. Ch. 30.

cum gladiatorium⁴¹ munus^d Syracusis ederetur, inter quietem retiarii se manu confodi vidit: idque postero die in spectaculo consessoribus narravit. Incidit deinde, ut proximo ab equite loco⁴² retiarius^e cum mirmillone introduceretur: cujus cum faciem vidisset, idem dixit,⁴³ ‘ ab illo se retiario trucidari putasse,’ protinusque inde discedere voluit. Illi, sermone suo metu ejus discusso, causam exitii misero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulso mirmillone et abjecto, dum jacentem ferire conatur, trajectum⁴⁴ gladio Aterium interemit.

EXTERNA.

1. Hannibalis quoque, ut detestandum Romano sanguini, ita certæ prædictionis somnium, cujus non vigiliæ tantum,



Mox pro *admonitum* Lipsius in Elect. II. legi jussit, *admotum*.—41 Codex Perizon. Copes. et Barb. 1. exhibent, *gladiatorum*. Mox in *spectaculo* delent Copes. et Voss. 1. in *spectaculum* *essoribus* Leid. 5. *cum* *essoribus* Heins. 2. et Leid. 7. a m. pr. in quo correctum est ut in textu.—42 Thysius edidit: *proximo ab equitum loco*. Mox Leid. 6. et Ultraj. 1. *mirmillone*; Heins. 1. Heins. 2. a m. pr. Voss. 1. et Barber. 1. 2. *murmullione*; Leid. 5. et Perizon. *mirmillone*.—43 Heins. 1. *eidem dixit*: Lips. Saturn. II. 8. legit, *iisdem*; quod notarat Perizon. Mox pro *discedere*, Vet. *recedere*; et pro *attulerunt* in eadem *retulerunt*.—44 Heins. 2. et Voss. 1. cum Venett. Mediol. 3. Aldd. &c.

NOTÆ

^d *Gladiatorium munus*] A Græcis ad Romanos mos ille profluxit; apud quos captivi ad mortuorum tumulum primum occisi, deinde, ut crudelitas voluptate quadam misceretur, inter se commissi. Vel a Junio Bruto in patris defuncti honorem, vel ab Ap. Claudio et M. Fulvio Consulibus, hi ludi Romæ instituti sunt; eoque devenit populi Romani furor, ut certis mensibus, si Lipsio credimus, ad 20. aut 30. millia hominum trucidarentur. M. Tullius Consul, ne ab ullo caudidato; Augustus ne sæpius, quam bis annis singulis, nec plurium, quam 60. parium; Rex Theodoricus ne omnino celebrarentur, prohibuit.

^e *Retiarius*] Gladiatorum quatuor potissimum classes. Erant enim Re-

tiarius, Secutor, Threx, Mirmillo; non nomine tantum, sed insignibus etiam, armis, pugnandique ratione omnino diversi. Nunc de Retiario et Mirmillone agendum paucis, de aliis alias. Ut Mirmillo cum Threce; ita Retiarius cum Secutore sæpe, interdum cum Mirmillone commissus fuit. Mirmillo totus in armis erat; Retiario, nec galea, nec sica, nec gladius; sed tunica, galerus, tridens seu fuscina, et rete. Illi hoc singulare fuit, quod pugnando subsideret interdum, ut adversarium exciperet facilius; huic vero, quod solum adversarii caput rete implicare niteretur; et si aberrasset, tum fugeretur effuse, donec iterum rete collegisset.

sed etiam ipsa quies hostilis imperio nostro fuit. Hausit enim proposito et votis suis^f convenientem imaginem,^k existimavitque, missum sibi ab Jove^g mortali specie excelsoiorem juvenem, invadendæ Italiæ ducem: cujus monitu primo vestigia nullam in partem motis⁴⁵ secutus oculis; mox humani ingenii prona voluntate vetita scrutandi pone respiciens, animadvertit^l immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu, omne, quicquid obvium fuerat, proterentem: postque eam⁴⁶ magno cum cœli fragore erumpentes nimbos, lucemque caliginosis involutam tenebris. Attonitus deinde, 'quidnam esset monstri, et quid portenderet,' interrogavit. Hic dux: 'Italiæ vides,' inquit, 'vastitatem: proinde sile, et cetera tacitis⁴⁷ permittite fatis.'

2. Quam bene Macedoniæ rex Alexander per quietem visa imagine præmonitus erat, ut vitæ suæ custos esset diligentior, si eum cavendi etiam periculi consilio fortuna in-

^k *Habuit enim visionem conformem proposito suo et votis a se puero factis.*

^l *Quem juvenem abeuntem primum secutus est oculis, ipsius jussu, in nullam partem conversis; sed deinde aspiciens retro desiderio innato humanæ menti cognoscendi res vetitas, vidit, &c.*

transjectum.—45 'Vox motis ab omnibus Mss. et editt. abest; nam in iis legitur: *cujus monitu primo vestigia* (Leid. quint. Vet. *vestigio*) *nullam in partem secutis* (Med. quint. *secuturis*; quart. *secutus* cum Leid. quint.) *oculis*. Pighius vero auctoritate glossæ interlinearis in Camp. intrusit *motis*, quod quidem sententiam Valerii reddit apertam et perspicuam, verum Glareani conjectura (non Vorstii ut Torrenius putat) *deflexis* commodior est, et ob convenientiam cum *secutus* facilius potnit excidere; atque cum Livii phrasi: *nusquam a se oculos deflecteret* apprime convenit.' Kapp.—46 Codex Perizon. et Ultraj. 1. *post eum*. Mox sex Leidd. Ultraj. 1. 2. Heins. 1. 2. Barber. 1. 2. et Bitur. 1. *et quid protenderet*: in nonnullis edd. vett. *ecquid portenderet*: duo codd. *et quid portentum diceret*.—47 Omnes codd. Torreniani retinent τὸ

NOTÆ

^f *Proposito et votis suis*] Hamilcar in Hispaniam profecturus dum sacra Jovi faceret, ad altare novennis Annibal astitit; ibique rogatus a patre, num ipsi comes venire vellet; cum annuisset ille, tum pater manu prehensum admovit altaribus, et jurejurando adegit se, ut primum per ætatem posset, inimicum populo Romano fore: quod multis post annis

Antiocho Annibal ipse fassus est, teste Polyb.

^g *Missum sibi ab Jove, &c.*] Valerio consentit Livius lib. II. Cicero non item: scribit enim Annibalem visum esse sibi in somniis a Jove in concilium Deorum vocari; quo, cum venisset, imperasse Jovem, ut Italiæ bellum inferret; ducemque ei unum ex concilio datum.

struere voluisset!^m Namque Cassandri^h pestiferam sibi dexteram somnio prius cognovit, quam exitu sensit; existimavit enim, ab illo se interfici, cum eum nunquam vidisset.⁴⁸ Interposito deinde tempore,⁴⁹ postquam in conspectum venisset, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium esse cognovit, adjecto versu Græco, qui fidem somniorum elevat, præparati jam adversus caput suum veneficii, quo occidisseⁱ Cassandri manu creditur, suspicionem animo repulit.^{n*}

^m Si fortuna voluisset illi mentem injicere ut fugeret periculum.

ⁿ Cum cognovisset vidisse se illius imaginem in nocturno somnio; ubi audiit esse filium Antipatri, addito versu Græco, quo minuitur fides, quæ habetur somniis, ex mente deposuit suspicionem potionis venenatæ contra illius vitam paratæ; ex qua tamen dicitur periisse fraude Cassandri.

tacitis, quod desideratur in cod. Perizonii, qui conj. *tacitus*.—48 Hæc omnia, *existimavit ... vidisset*, omittit Copes.—49 *Interposito demum tempore* Heins. 2. Quatuor alii, cum Mog. et Venett. 1. 2. 3. 4. 5. *in conspectu*: item *venit pro venisset* in Vet. et Mog. cum plus quam viginti codd. Mox in Vet. *suspicionem non retulit*; Mog. etiam cum Leidd. 2. 5. 6. Heins. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Barb. 1. 2. Harl. et Copes. *retulit*: Leid. 7. *repulit*, et pro v. l. *retulit*: Bitur.

NOTÆ

^h *Cassandri*] Macedoniæ Alexandri nomine præerat Antipater, vir militiæ domique inclytus: orto vero inter ipsum et Olympiadem dissidio, illum ad se vocavit in Asiam Alexander: quare Regi venenum per Cassandrum filium parasse a multis dicitur: de quo mox agemus. Ut ut est, fuit sane, cur Alexander sibi suisque metueret a Cassandro, qui ad regiæ familiæ perniciem natus, illius matrem lapidibus obruit, filiosque Herculem ex Barsine, et Alexandrum ex Roxane veneno sustulit.

ⁱ *Quo occidisse*] Studiosis opinor non erit ingratum, si hoc in loco de morte Alexandri paulo uberius dissererim. Duplex vulgo ea de re apud auctores opinio legitur: alii enim veneno, quod e Macedonia Cassander attulerat; alii morbo, quem ex ebrietate contraxerat, periisse volunt. Pri-

mam sententiam tumentur Valerius Maximus, Curtius, Justinus, Paulus Orosius: alteram Aristobulus apud Plutarchum, Diarium Alexandri apud Arrianum, Eplippus apud Athenæum, Livius, Plutarchus, Arrianus, Solinus, Athenæus, et alii plerique. Si harum sententiarum una repudianda, retinenda altera: secundæ eo assenserim libentius, quod auctores et graviore et plures, et Alexandri ætati suppare habeat: quæ commode sic explicari potest. Clearchum splendido convivio cum exceperisset Alexander, atque inde lotus de more suo cubitum iret, apud Thessalum Medium enixe rogantem ivit comersatum: apud quem per intemperantiam multa peccavit. Unum, quod ad diem sequentem perpotarit, ex Plutarcho, Arriano, et Solino; et alterum, quod viginti convivis, et

3. Longe indulgentius Dii in poëta Simonide,^j cujus salutarem^o inter quietem admonitionem consilii firmitate roboraverunt.^o Is enim cum ad littus navem appulisset, inhumatumque corpus^k jacens⁵¹ sepulturæ mandasset, admonitus ab eo, ne proximo die navigaret, in terra remansit. Qui inde solverant,⁵² fluctibus et procellis in conspectu ejus obruti sunt. Ipse lætatus est, quod vitam suam⁵³ somnio, quam navi, credere maluisset. Memor autem beneficii, elegantissimo⁵⁴ carmine æternitati consecravit, melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens, quam in desertis et ignotis⁵⁵ arenis struxerat.[†]

^o *Dii se gesserunt multo clementius erga Simonidem Poëtam; cui non tantum dederunt in somnis admonitionem salutiferam, sed etiam firmum propositum vitandi periculi.*

1. tulit ac repulit.—50 Gudius malit, cui salutarem, invitis codd. Mox pro appulisset Copes. habet, applicuisset.—51 Guyetus conj. *inhumatumque jacentis corpus*, improbante Torrenio: Rhem. 1. 2. 3. Bitur. 1. Voss. 1. et Leid. 7. in marg. plenius: *inhumatumque corpus jacens reperisset, et id sepulturæ, &c.* Leid. 6. *inhumatumque corpus terræ jacens.* Mox alii codd. *admonitus ab eo per somnum ne proximo, &c.*—52 *Qui inde solverant naves suas* in Heins. 2.—53 Wasse ad Sallust. *suam delet ex cod. Anglicano; et sic edidit Ascensius.*—54 ‘Vulgo post verbum *elegantissimo*, legebatur *cum*, (sive *eam*, ut in Thys.) quod Torrenius bene expunxit; nam omnes Mss. et pleræque editt. vetustæ, in quibus Vet. et Lips. *eum* omittunt; et commode abesse potest.’ Kapp. Guyetus conj. *elegantissimo hominem carmine*: Gudius vero emend. *Memoriam beneficii elegantissimo carmine, &c.*—55 Ita Dan. Brand. 1. 2. Basil. 1. 2. aliique Torreniani, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. Mediol. 3. Colin. Gryph. &c. At Pighius delevit et *ignotis*. Harl. et Leid. 5. *instruxe-*

NOTE

præbiberit ipse, et ab ipsis provocatus fecerit satis, ex Athenæo. Tertium, quod poculum duorum congiurum capax semel atque iterum ebiberit, ex Ephippo. Quartum addit Aristobulus apud Plutarchum, quod cum vehementi siti ex febre cruciaretur, non aqua, ut assolet, sed vino ad sedandam sitim usus sit.

* An. M. 3730. Ol. 114. 1. Urb. C. 429. Ant. Ch. 323.

^j *Simonide*] Multi hoc nomine Poëtæ; quorum alii aliis temporibus flourerunt. Is Leoprepis filius fuit ex

Suida, patria Julites ex urbe Cææ insulæ, artem memoriæ reperisse a Cicerone dicitur. Cum Pæanas, tragedias, aliaque multa scripsit, tum duas Græcorum adversus Xerxem pugnas, alteram ad Artemesium, alteram ad Salaminam; illam versu elego, hanc lyrico. Ita Lilius Gyraldus.

^k *Inhumatumque corpus*] Hoc somnium a Stoicis sæpe commemorari testatur Cicero de Divin. lib. I.

† An. M. 3589. Ol. 78. 4. Urb. C. 288. Ant. Ch. 464.

4. Efficax et illa quietis imago, quæ Cræsi¹ regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam e duobus filiis, et ingenti agilitate,⁵⁶ et corporis dotibus præstantiorem, imperiique successionem⁵⁷ destinatum Atym, existimavit⁵⁸ ferro sibi ereptum. Itaque quicquid ad evitandam⁵⁹ denuntiatae cladis acerbiter pertinebat, nulla ex parte patria cura cessavit avertere. Solitus erat juvenis ad bella gerenda mitti: domi retentus est.⁶⁰ Habebat armamentarium omnis generis telorum copia referunt: id quoque amoveri jussit. Gladio cinctis comitibus utebatur: vetiti sunt propius accedere. Necessitas tamen aditum luctui dedit.^p Cum enim ingentis magnitudinis aper, Olympi montis^m culta, crebra⁶¹ cum agrestium strage vastaret, inusitatoque malo regium imploratum esset auxilium: filius a patre extorsit, ut ad eum opprimendum mitteretur; eo quidem facilius, quod non dentis, sed ferri sævitia in metu reponeretur.^q⁶² Verum dum acri studio interficiendi suam omnes sunt intenti, pertinax casus imminentis violentiæ, lanceam petendæ feræ gratia missam, in eum detorsit, et quidem eam potissimum dexteram nefariæ cædis crimine voluit aspergi, cui tutela filiiⁿ a patre mandata erat:^r

^p *Inevitabilis fati violentia dedit causam dolori patris.*

^q *Quod ex somnio non timeret filium dente Apri, sed ferro necandum.*

^r *Insuperabilis necessitas instantis fati in Atym detorsit lanceam immisam ad aprum occidendum, et voluit illud nefandum scelus committi ab illo ipso, cui Cræsus pater filii curam dederat.*

rat; Rhem. 1. 2. 3. construxerat.—56 Omnes codd. et edd. vett. *ex duobus filiis, et ingenti agilitate*: Gronovius conj. *ingenii agilitate*, probante Perizonio: Gudius, *ingenii agilitate*, sive *habilitate*.—57 Voss. 1. 2. Barb. 1. 2. et Ultraj. 1. *successione*.—58 Exc. Steph. *per somnum existimavit*.—59 Decem codd. *ad evitandum*. Mox pro *avertere* Vorstius malit, *intermittere*, aut quid simile.—60 In quibusdam codd. et edd. vett. *detentus est*. Paulo post unus atque alter delent *propius*.—61 Pighius ex Steph. edidit, *et crebra*: at voculam *et* aliæ edd. vett. cum omnibus codd. non agnoscunt.—62 Klok. legebat: *quod*

NOTE

¹ *Cræsi*] Cræsus Alyarthæ filius fuit, rex Lydorum ditissimus, de quo plura postea.

^m *Olympi montis*] Mons omnis solito altior cum Olympus a Græcis diceretur, ideo Olympi plures; unus

in Thessalia, alter in Mysia Idæ vicinus, quo de hic agitur; de aliis alias.

ⁿ *Cui tutela filii*] Is Adrastus fuit, vel Adrasti vel Midæ filius; qui fratrem imprudens quod occidisset, ad

quamque Croesus imprudentis homicidii sanguine violatam, hospitales^o veritus Deos, supplicem^p sacrificio^q expiaverat.⁶³ †

5. Nec Cyrus quidem superior^r invictæ fatorum necessitatis parvulum argumentum est; cujus ortus ad imperium totius Asiæ^s spectantis, maternus avus Astyages,^t duos prænuntios somnii⁶⁴ frustra discutere tentavit.^r Mandanen filiam suam, quod in quiete viderat urina⁶⁵ ejus omnes Asiaticas gentes inundasse, non Medorum excellentissimo, ne in ejus familiam regni decus transferretur, sed Persarum modicæ fortunæ viro^u collocando;⁶⁶ natumque Cyrum ex-

^s Etenim Astyages illius avus maternus frustra conatus est irrita facere duo somnia, quibus prænuntiabatur nativitas Cyri, cui imperium totius Asiæ promittebatur.

//////////

non in dentis, sed ferri scævitia metus reponebatur.—63 Ita codd. et edd. vet. omnes: Pighius vero legit: *quam quidem Cræsus . . . expiavit.*—64 Vet. *Diis, prænuntios somnii*: Bongarsii codex: *duo prænuntia somnia*, probante Colero. Lips. conj. *Deos prænuntios somniis.*—65 Brand. 1. 2. *urinam* habent, ut conj. Vorstius: Voss. 1. *quam inter quietem viderat urina*, &c. Torrenius suspicabatur: *quod in quiete viderat urina . . . inundatas.*—66 Ita Brand. 1. 2. aliique codd. cum edd. vet. omnibus; Pighius tamen scripsit, *collocavit*: sic mox jubendo, quod iidem codd. et edd. vet. testantur, tacite mutavit in *jussit*. Guyetus vitiosa Pighii lectione deceptus, pro *tentavit* supra tentabat, *tentans*.

NOTÆ

Cræsum fugerat. Herod. lib. 1.

^o *Hospitalis*] Veritus ne, si quid in Adrastum consuleret durius, Deos offenderet hospitalitatis auctores.

^p *Supplicem*] Non mortem tamen deprecatus est Adrastus; qui, teste Herodoto, prosecutus funus Atys, in ejus sepulcro se ipsum quasi inferias occiderit.

^q *Sacrificio*] Mos ille desumptus a Græcis; ut qui homicidium perpetrasset, a Regibus expiaretur.

‡ An. M. 3502. Ol. 57. 1. Urb. C. 201. Ant. Ch. 551.

^r *Nec Cyrus quidem superior*] Duo enim Cyri, quorum alter alterius nepos fuit; ille Cambysis Persæ, hic Darii Nothi filius; ille Imperii Persici conditor, hic bello contra fratrem Artaxerxem Mnemonem gesto notis-

simus. Utriusque res gestas aureis duobus libellis complexus est Xenophon; alterum Cyri superioris Παιδείων, hoc est, *Institutionem*, alterum junioris Ἀνδρασιων, id est, *Expeditio-nem* inscripsit.

^s *Ad imperium totius Asiæ*] Consulti responderant aruspices nasciturum e filia nepotem, qui avo adimeret imperium, totamque Asiam armis subigeret.

^t *Astyages*] Rex Medorum postremus; de quo multa ab eruditis quæri solent: an idem, vel cum Dejoce, cujus est apud Herodotum mentio; vel cum Assuero, cujus sæpe sacri Codices meminerunt; an Cyaxaris pater, &c. Sed hæc non hujus loci.

^u *Modicæ fortunæ viro*] Cambysi.

poni jubendo : * quia similiter quietis temporibus existimaverat, genitali parte Mandanes enatam vitem eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbra- ret. Sed frustratus est v se ipse, nepotis felicitatem, cœlestium iudicio destinatam, humanis consiliis impedire co- nando.*

6. Intra privatum autem habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente,† Himeræ,⁶⁷ quædam non obscuri generis fœmina, inter quietem opinione sua cœlum conscendit, atque ibidem Deorum⁶⁸ omnium lustratis sedibus, animadvertit prævalentem virum flavi coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis vinctum, Jovis solio, pedibusque subjectum : interrogatoque juvene, quo considerandi cœli duce fuerat usa, ‘quisnam esset?’ audiit, ‘illum Siciliæ atque Italiæ dirum esse fatum,’ solutumque vinculis, multis urbibus exitio futurum : quod somnium postero die sermone vulgavit. Postquam deinde Dionysium inimica x Syracusarum liber- tati, capitibusque insontium infesta fortuna cœlesti custo-

† Dum Dionysius Syracusanus adhuc esset privatus.

//////////

—67 Vet. himeræ quædam ; et sic in aliis edd. antiq. Pighius conj. *Himeræa quædam* : sed vulgatam confirmant omnes Torreniani codd.—68 Copes. atque *ibi Deorum*. Mox in Venet. 5. et aliis edd. vett. *quo gratia considerandi cœli* ; vel, *quo considerandi cœli gratia*. solus Heins. 1. habet illud *gratia*. Harl. *quidnam esset* pro *quisnam esset*. Pro *audiit* longe major codd. et edd. pars, *audivit* : Copes. *audiit Siciliæ atque Italiæ esse dirum fatum*, omisso *illum*,

NOTÆ

* *Exponi jubendo*] Gravidam ad se filiam eo jussit acciri, ut sub ipsius oculis partus necaretur. Natus infans datur Harpago occidendus : at is veritus, ne, si mortuo Rege ad Mandanem venisset imperium, illa necati pueri ultionem a ministro exigeret, infantem exponendum tradit pastori regio Mithridati ; cujus uxor, quæ tum forte mortuum pepererat, commutat pueros, Astyagisque nepotem alit pro suo.

* *Frustratus est*] Ubi enim adolevit Cyrus, a Persis agnitus Astyagem bello petiit, illumque Harpagi perfi-

dia victum, vel apud se in honore habuit, ut tradit Herodotus ; vel Hircanorum genti præposuit, ut alii volunt.

* An. M. 3459. Ol. 46. 2. Urb. C. 158. Ant. Ch. 594.

x *Dionysium inimica, &c.*] Simul ut Agrigentum a Carthaginiensibus captum audiit Dionysius, illico Syracusis plebem advocat ; eamque adversus optimates concitat, quasi Agrigentum hostibus prodidissent : sicque occupata tyrannide paulo post Carthaginienses e Sicilia expulit.

dia liberatum, velut fulmen aliquod, otio ac tranquillitati iniecit: ^y Himeræorum ⁶⁹ mœnia inter effusam ad officium et ad spectaculum ejus turbam intrantem ut aspexit, ‘hunc esse, quem in quiete viderat,’ vociferata est. Id cognitum tyranno, curam tollendæ mulieris dedit.^z †

7. Tutioris somnii mater ⁷⁰ ejusdem Dionysii: quæ cum eum conceptum utero haberet, parere visa est Satyriscum: ^z consultoque prodigiorum interprete, clarissimum ac potentissimum Graii sanguinis futurum, certo cum eventu cognovit. ‡

8. At Carthaginiensium ⁷¹ dux Hamilcar, ^a cum obside-

^y *Deinde vero postquam fortuna, et inimica libertati Syracusanorum, et infesta salutis innocentium immisit Dionysium solutum vinculis celestibus, tanquam fulmen, ut turbaret otium et tranquillitatem publicam.*

^z *Dum Dionysius intraret in urbem Himeræorum, et magna populi multitudo effusa esset ad illum et videndum et honorandum: hæc mulier animadvertens illum esse quem in somnio viderat, magna voce exclamavit: ubi hoc cognovit Tyrannus, illam occidi jussit.*



probante Perizonio.—69 Harl. Heins. 1. Rhem. 1. 2. 3. Leidd. 5. 6. alique habent: *Himera eorum mœnia*; pauci: *Himera mœnia*; alii Torreniani, cum edd. vett. *Himera eum mœnia*; unde lectionem nostram eruit Pighius. Porro ad ante *spectaculum* plerique delent.—70 Ita Brand. 1. 2. et multi alii codd. Pighius sola Camp. auctoritate: *Tutius somnium matris*, &c. quod sine dubio est interpretamentum lectionis nostræ. Aliquot codd. ut Harl. Barber. 2. Copes. Leid. 2. et Ultraj. 2. pro *ejusdem Dionysii*, legunt: *ejus*, vel *ejus id est*. vel ut Vet. *ejus idem*, unde apparet *Dionysii* explicationis causa additum esse. Barb. 1. habet: *Tutioris somnii mater ejus* [] *quæ*, &c. Ascens. dedit: *Altioris somnii*, &c. Pro *Satyriscum* Rhem. 1. 2. 3. et Ultraj. 1. 2. *satyricum*. Mox Rhem. 1. 2. *clarissimi ac potentissimi*.—71 In scribendo hoc nomine codd. non constant; modo enim *Carthaginiensium*, modo *Carthagini-*

NOTÆ

^y *Himeræorum*] Quorum civitas Himeræ ad ostia Himææ fluvii ab Hannibale eversa.

† An. M. 3648. Ol. 93. 3. Urb. C. 347. Ant. Ch. 405.

^z *Satyriscum*] Parvum Satyrum. Satyros sylvarum esse numina, humano quidem, at cornuto capite, caprinis pedibus, toto corpore villosa fabulantur Poëtæ. Inde locus forte fabulæ datus, quod aliquando pueri, id quidem suspicatur Plinius, cornuto capite nati sint. Ita Casaubonus.

‡ An. M. 3622. Ol. 87. 1. Urb. C. 321. Ant. Ch. 431.

^a *Hamilcar*] Ne quis erret nominum similitudine deceptus; quod in Hasdrubale fecimus, idem hoc in loco præstandum puto: ut, quot Pænorum ducibus Hamilcaris nomen fuit, moneamus paucis. Sex septemve mihi occurrunt: quorum unus Xerxis tempore cum tota classe a Gelone oppressus est: alter Magonis filius in Sicilia periit, Dionysio tyranno senior: tertius Rhodanus dic-

ret Syracusas, inter somnium⁷² exaudisse vocem credidit nuntiantem, futurum, ut proximo die in ea urbe cœnaret. Lætus igitur, perinde ac divinitus promissa victoria, exercitum pugnae comparabat: in quo inter Siculos^b et Pœnos orta dissensione, castris ejus Syracusani subita irruptione^c oppressis, ipsum intra moenia sua vinctum pertraxerunt. Itaque magis spe,⁷³ quam somnio, deceptus, cœnavit Syracusis captivus,^d non, ut animo præsumserat, victor.*

9. Alcibiades^e quoque miserabilem exitum^f suum haud fallaci⁷⁴ nocturna imagine speculatus est. Quo enim pallio amicæ suæ dormiens opertum se viderat, eo interfectus et insepultus jacens contectus est.^g

ensium exhibent.—72 Brand. 1. 2. et Mog. *inter somnum*, probante Vorstio: *inter somnium* testantur aliæ vett. cum viginti Torrenianis codd. Pighius *audisse* pro *exaudisse* contra omnes codd. et edd. vett.—73 *Itaque spe magis* in quibusdam: in aliis: *Ita spe magis*.—74 Vet. *hac fallaci*: Ultraj. 1. *nocturna visione speculatus est*. Pro *eo interfectus* novem codd. habent tantum, *interfectus*; octo, *eodem interfectus*. Pro *contectus est* Leid. 7. *opertus est*, et pro v. 1. *contectus est*; Leid. 2. *compertus est*, suprascr. *jcc.* et pro glossa adjectum, *coopertus*. Totum hoc exemplum deficit in duobus Rhem.—75

NOTÆ

tus ad Alexandrum Magnum missus, post reditum a suis necatus est: quartus jovit Agathoclen, ut Syracusis rerum potiretur: quintus Gisco nis filius, de quo hic agitur: sextus Barchinus pater Hannibalis: ultimus Hamilcar ille, qui, dum Gallos Insu bres ad bellum concitat, a L. Furio et victus et cæsus est.

^b *Inter Siculos*] Qui a Carthaginensibus contra Agathoclem stabant.

^c *Subita irruptione*] Syracusanos ex improvise adoriri dum properat imprudentius; Antander Agathoclis, qui tum aberat, frater structis insidiis in eum irruit, et fugatis aliis, aliis occisis, Hamilcar ipse, dum fortiter dimicat, vivus capitur. Hæc fere Diod.

^d *Captivus*] Ductus per urbem exquisitissimis tormentis necatus est.

* An. M. 3757. Ol. 120. 4. Urb. C. 456. Ant. Ch. 296.

^e *Alcibiades*] Dux Atheniensium cla-

rissimus, qui cum a puero esset ad voluptates proclivior, a Socrate ad meliorem frugem revocatus multa præclare gessit.

^f *Miserabilem exitum*] Athenis a Lysandro captis in Phrygiam ad Pharnabasum fugerat; cum Lysander admonitus a Critia nihil ibi diuturnum fore, dum Alcibiades viveret: misit, qui eum seu vivum seu mortuum a Pharnabaso deposcerent: quare domui, ubi cubabat, suppositus ignis est. Flammæ tamen strepitu excitatus Alcibiades in ignem primum vestes et stragula, deinde seipsum dejecit: ex quo illæsus cum evasisset, barbaros cominus congregari non ausos gladio dissipat, at illorum jaculis eminus confoditur. Ita Plut. et Diod.

^g *Contectus est*] Illius corpus opertum veste sua mulier incendio turgurii cremavit.

10. Proximum somnium, etsi paulo est longius, propter nimiam tamen evidentiam ne omittatur impetrat. Duo familiares Arcades^b iter una facientes, Megaram^{75 i} venerunt: quorum alter ad hospitem se contulit, alter in tabernam meritoriam devertit. Is, qui⁷⁶ in hospitio erat, vidit in somnis comitem suum orantem, ut sibi cauponis insidiis circumvento subveniret: posse enim celeri ejus accursu⁷⁷ se imminenti periculo subtrahi. Quo viso excitatus, prosiluit, tabernamque, in qua is deversabatur, petere conatus est. Pestifero deinde fato ejus⁷⁸ humanissimum propositum tanquam supervacuum damnavit,^w et lectum ac somnum repetiit. Tunc idem ei saucius oblatus obsecravit, ut qui⁷⁹ auxilium vitæ suæ ferre neglexisset, neci saltem ultionem^j non negaret. Corpus enim suum a caupone trucidatum, tum maxime plaustro ad portam ferri stercore coopertum. Tam constantibus familiaris precibus compulsus, protinus ad portam cucurrit, et plastrum, quod in quiete demonstratum erat, comprehendit, cauponemque ad capitale supplicium perduxit.[†]

^w Deinde reprobarit consilium illud humanissimum, velut vanum et inane, fato letali socio suo.

Nonnulli *Megara*. Mox pro *meritoriam* unus habet, *vinariam*; Bitur. 1. *mercatoriam*. Leid. 6. *meritoriam se devertit*.—76 *Is autem qui Pighius sine auctoritate*. Mox, *vidit in somno* in Copes. *vidit in somnium* Leid. 6. *in somniis* plures et scripti et editi. Nostram lect. testantur Mog. cum Leid. 7. et aliis.—77 Copes. *celeri ejus occursu*: Harl. *celeri occursu*.—78 ‘*Vocem ejus Pighius male omisit*. Mox idem ex Cauchiano post *damnavit* inseruit: *idque visum pro nihilo ducens*. Sed hæc verba neque libri scripti neque editi ante Pighium habent, et manifeste glossam sapiunt.’ Kapp. Pro *repetiit*, nonnulli *repetit*; aliquot *repetivit*.—79 Ultraj. 1. 2. Harl. Leidd. 5. 7. et Voss. 1. 2. *ut quum*; Rhem. 2. 3. *ut quem*; Bitur. 1. et Vet. *quoniam*. Mox *tunc maxime* in Copes. et Leid. 2. *cum maxime* Ultraj. 1. *cum maximo plaustro* in Vet. *ad portam civitatis* Heins. 2. *demonstratum fuerat* Bitur. 1. *cauponem ad Barber*. 1. 2.

NOTÆ

^b *Arcades*] Qui in Peloponnesi mediterraneo habitabant, ab Arcade Jovis filio nomen sortiti.

ⁱ *Megaram*] Urbs est Achaicæ media Athenas inter et Corinthum, ad sinum Saronicum.

^j *Neci saltem ultionem*] Ne centum

erraret annos; inulti enim et inseculi centum annos errare vulgo credebantur; ut patet ex Virg. Lucan. et aliis. Hoc somnium ex Chrysippo Cicero memorat.

† An. M. 3650. Ol. 94. 1. Urb. C. 349. Ant. Ch. 403.

CAP. VIII.

DE MIRACULIS.

QUÆ CONTIGERE ROMANIS.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Castores visi bello Latino et Persico.</p> <p>2 Æsculapius serpentis specie apparens.</p> <p>3 Junonis Monetæ verba audita.</p> <p>4 Fortunæ muliebris verba audita.</p> <p>5 Sylvani verba audita bello Veientii.</p> <p>6 Mars visus bello Lucano.</p> <p>7 Dii Penates Alba Lavinium sponte sua regressi.</p> <p>8 C. Jul. Cæsar post mortem visus.</p> <p>9 Cn. Pompeii Magni rogos miraculose indicatus.</p> <p>10 Ap. Claudii Procos. mors oraculo prædicta.</p> <p>11 Romuli lituus et statuæ incendiorum flammis intactæ.</p> <p>12 Ad sepulturam elati reviviscentes.</p> | <p>4 Ægles Samius mutus et subito vocalis factus.</p> <p>5 Gorgias Epirota matre mortua natus.</p> <p>6 Jaso Pheræus vomica liberatus.</p> <p>7 Simonides poëta ruinæ domus exemptus.</p> <p>8 Daphidæ sophistæ mors oraculo prædicta.</p> <p>9 Philippo Macedonum regi mors prænuntiata.</p> <p>10 Alexandri Magni mors miraculose præcognita.</p> <p>11 Remigis cujusdam rarus casus.</p> <p>12 Admirandi dentes Prusiæ regis filii.</p> <p>13 Duplex ordo dentium Dripetenes filix Mithridatis.</p> <p>14 Rarus et acutissimus visus Strabonis Lyncei.</p> <p>15 Aristomenis Messenii cor pilosum.</p> <p>16 Antipatri poëtæ anniversaria febris.</p> <p>17 Polystrati et Hippoclidis philosophorum simillima vita.</p> <p>18 Miracula quædam naturæ.</p> <p>19 Serpens ad Bagradam.</p> |
|---|---|

EXTERNIS.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Eris Pamphilius post decimum diem reviviscens.</p> <p>2 Atheniensis quidam memoria literarum privatus.</p> <p>3 Mulier subito casu obmutescens.</p> | <p>17 Polystrati et Hippoclidis philosophorum simillima vita.</p> <p>18 Miracula quædam naturæ.</p> <p>19 Serpens ad Bagradam.</p> |
|--|--|

MULTA etiam interdiu, et vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum somniique¹ nube involuta:^a quæ, quia unde manaverint, aut qua ratione constiterint, discernere arduum est, merito miracula vocentur.²

1. Quorum e magno acervo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum^a A. Postumius^{3b} dictator, et Tus-

^a Multa etiam evenerunt interdiu et vigilantibus, non aliter quam si essent abscondita obscuritate tenebrarum et somniorum.



1 Aliquot Torren. *somnique*.—2 Ita omnes Torren. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius tamen legit, *vocantur*; eumque secuti sunt Coler. Thys. Delph. alii.—3 Leidd. 2. 6. et

NOTÆ

^a Apud lacum Regillum] Is lacus in ad Algidi nemoris ingressum. Lago Latio est ex Plinio, in agro Tusculano di Castiglione.

cularorum ^c dux Mamilius ^d Octavius magnis viribus inter se ^e concurrerent, ac neutra acies^f aliquamdiu pedem referret, Castor ac Pollux ^g Romanarum partium propugnatores visi,^h hostiles copias penitus fuderunt.*

Item bello Macedonico P. Vatinius,⁴ Reatinæ præfecturæⁱ vir, noctu Urbem petens, existimavit duos juvenes



Copes. cum Vet. *Paulus Posthumius*: Leid. 7. *Paulus*, et ab alia manu *Aulus*. Mox ex Atreb. Pighius legit, *Mamilius Octavus*: Brand. 1. 2. alii, *Octavius*; sed iidem variant, *Manilius*, *Manlius*, *Emilius*, *Aulus Manlius*, &c.—4 In codd. Pighii *P. Valerius*; sic etiam in Leid. 5. Copes. Harl. Voss. 1. 2. et Medic. 1. 2. 3. 4. *P. Lutinius* Heins. 1. sed corr. *P. Vatienus*, quomodo est in Heins. 2. et ap. Cic. de Nat. Deor. lib. II. ubi tamen nonnulli codd. *Vatinius*: Ultraj. 2. exhibet, *Mantinus*; Barb. 1. *Nautinius*; Perizon. et Leid. 7. *Vatinus*; sed hic ab alia manu, *Vatinius*; Leid. 2. *Paulus Vatinius*. Mox *noctu urbem petens* deest in Leid. 5. *nocte* habent Leid. 2. Ultraj. 1. et Rhem. 1. 2. et sic

NOTÆ

^b *A. Postumius*] Albus, et a lacu Regillo, ubi vicit, Regillensis, ex nobili Posthumiorum stemmate; primus post T. Largium Dictator.

^c *Tusculanorum*] Ultra Lanuvium, Ariciam, et Albanam montem Tusculum fuit in collibus situm; ubi etiam nunc visuntur ingentes ruderum reliquæ: a Telegono Ulyssis et Circes filio conditum dicitur. Nunc, *Frescati*.

^d *Mamilius*] Tarquini Superbi gener.

^e *Magnis viribus inter se*] Hac in pugna id singulare fuit, quod duces omnes inter se singulari certamine concurrerint. Tarquinius Superbus, quanquam jam ætate et viribus gravior, Posthumium Dictatorem: M. Valerius Publicolæ frater L. Tarquinius: Octavium Mamilium, primum Ebutius Magister equitum, deinde T. Herminius legatus infesto spiculo petiit. Tarquinius in latere ictus a suis receptus in tutum est: M. Valerius temere invectus in exulum aciem cecidit: Ebutio brachium trajectum: Mamilio percussum pectus, tum latus ab Herminio transfixum: Hermi-

nus etiam inter spoliandum Mamili corpus veruto transfossus occubuit.

^f *Neutra acies*] In dextro cornu jam vicerat Posthumius, in sinistro acre certamen erat, variaque pugna: donec occiso Mamilio equites Romani relictis equis in primam aciem advolant: tum enim undique facta fuga, multaque cædes, et præda ingens capta est. E 40. Latinorum millibus vix dena millia domum rediere.

^g *Castor ac Pollux*] Fratres gemini; qui et Tyndaridæ: et vicibus alternis mori et reviviscere dicuntur; ingens poëtis fingendi materies. Locum fabulæ dedit Geminorum in cælo natura, quorum oriente altero alter occidit.

^h *Propugnatores visi*] Idem Cicero, Dionys. et Plutarchus referunt. Livius vero Posthumium ædem Castori vovisse, miraculi non meminit: additque Frontinus id eo excogitatum a Posthumio, quo facilius milites ad pugnam hortaretur.

* An. M. 3559. Ol. 71. 2. Urb. C. 258. Ant. Ch. 494.

ⁱ *Reatinæ præfecturæ*] Reate oppidum fuit Sabinorum, nunc *Rieti*, quo

excellenti formæ, albis equis residentes,⁵ obvios sibi factos nuntiare, ‘die, qui præterierat,⁶ Persen regem^j a Paulo captum.’ Quod cum senatui indicasset, tanquam majestatis ejus et amplitudinis vano sermone contemtor, in carcerem conjectus,⁷ postquam Pauli literis illo die Persen captum apparuit, et custodia liberatus, et insuper agro et vacatione donatus est.^k Castorem vero et Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Romani excubuisse, cognitum est, quo ad lacum Juturnæ,^{8 1} suum equorumque sudorem abluere visi sunt;^m junctaque fonti ædes eorumⁿ nullius hominum manu reserata patuit.[†]

2. Sed ut ceterorum quoque Deorum propensum huic



edidit Vorstius.—5 Unus Brand. a m. pr. cum paucis aliis, *insidentes*, ut edidit Pighius: alter Brand. cum septemdecim aliis et edd. omnibus ante Pighium, *residentes*.—6 Nonnulli codd. teste Vorstio, *qui præcesserat*; quod Pighius notavit in margine: hoc tamen nec apparet in edd. vett. nec in codd. Torrenianis. Mox *Persam regem* in Mog. et quindecim codd.—7 Pighius legit, *conjectus est*, et post *est*, quod abest ab omnibus codd. ponit *τελευταν στιγμῆν* ita quoque Thysius et Delph.—8 Edd. antiq. *apud lacum Juturnæ*: nonnulli habent, *Minturnæ*; alii, *Viturnæ*. Mox cod. Perizon. Leidd. 2. 5. 6. Harl. Rhem. 1. 2. 3. et Ultraj. 1. *abluentes*, ut apud Lactantium; et sic Leid. 7. et Ultraj. 2. a m. pr. in quibus correctum est. Leid. 7.

NOTÆ

Aborigines urbe sua pulsī se receperunt, ex Dionys. lib. i. Dicitur præfectura Reatina; quædam enim his temporibus erant oppida, ut Fundi, Formiæ, Anagnia, &c. quibus a Præfecto Urbano præfecti imponi solebant.

^j *Persen Regem*] De Perse et Paulo postea.

^k *Vacatione donatus est*] Immunis fuit ab omni publico munere.

¹ *Ad lacum Juturnæ*] Duplex Juturnæ lacus; alter extra urbem ad Numicum fluvium, nunc *Lago di Volturino*; alter in urbe apud forum, ex Dionys. Juturna Dauni filia, et Turni soror, a Jove Numici fluminis nympha consecrata fingitur. A juvenando Juturnam dictam scribit Varro; qua-

propter e fonte Numiciano, cum ægroti ad morbos pellendos, tum cives omnes ad sacrificia aquam petere consueverant.

^m *Sudorem abluere visi sunt*] Ad Posthumii victoriam id refert Dionysius; in eo tamen a Valerio dissentit, quod non in lacu Juturnæ, sed in fonte propter Vestæ templum equos abluisse velit.

ⁿ *Ædes eorum*] In regione Circi Flaminii, ex P. Victore: in Campo Martio, ex Ovidio: in foro, ex aliis, hæc ædes exstruxit A. Posthumius; ipsius filius dedicavit; L. Metellus Dalmaticus ornavit ex hostium manubiis, ut auctor est Aconius.

† An. M. 3886. Ol. 153. I. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

urbi numen exequamur,^b triennio continuo vexata pestilentia civitas nostra, cum finem tanti, et tam diuturni mali,⁹ neque divina misericordia, neque humano auxilio, imponi videret: cura sacerdotum, inspectis Sibyllinis libris, animadvertit, non aliter pristinam recuperari salubritatem posse, quam si ab Epidaurο^o Æsculapius esset arcessitus. Itaque eo legatis missis, unicam fatalis remedii opem auctoritate sua, quæ jam in terris erat amplissima, impetraturam se credidit.^c Neque eam¹⁰ opinio decepit. Pari namque studio petitur, ac promissum est præsidium: e vestigioque Epidaurii¹¹ Romanorum legatos in templum Æsculapii, quod ab eorum urbe quinque millibus passuum distat, perductos, ut quicquid inde salubre patriæ laturos se existimassent, pro suo jure sumerent, benignissime invitaverunt. Quorum tam promptam indulgentiam, numen ipsius Dei subsecutum,¹² verba mortalium cœlesti obsequio comprobavit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, sed nunquam sine magno ipsorum bono visum, in modum Æsculapii venerati fuerunt,¹³ per urbis celeberrimas partes mitibus oculis et leni tractu labi cœpit, triduoque inter religiosam omnium admirationem conspectus, haud dubiam

^b Sed ut narremus etiam ea, quæ ceteri Dii propitii nostræ civitati fecerunt.

^c Itaque putavit legatis Epidaurum missis se obtenturam potestate sua, quæ jam erat maxima in orbe terrarum, auxilium unicum remedii ad hoc a fatiis destinati.

habet etiam in marg. *abluisse*.—9 Brand. 2. *tanto et tam diutino malo*; at in marg. *finem tanti ei tum diutini mali*: Dan. Leidd. 5. 6. 7. et Rhem. 1. 2. cum Vet. habent etiam, *diutini mali*: Ultraj. 1. *diuturno malo*: Brand. 1. reliquique codd. testantur lectionem nostram. Mox *imponi videretur* Heins. 2.—10 Copes. omittit *eam*: tum Leid. 7. cum Voss. 1. 2. *fefellit* pro *decepit*.—11 Leid. 7. Ultraj. 1. 2. et Toll. *Epidauri*. Mox *per quinque millia distabat* Toll. et Leid. 2.—12 *Dei subsecuturum* codex Cantabr.—13 Exc. Steph. *venerati fuerant*. Mox tres Leidd. *levi tractu*; duo alii, *levi tactu*.—14 Q. *Ugolini*

NOTE

^o *Epidaurο*] Tres sunt in Europa hoc nomine urbes; una in Dalmatia, quæ nostra ætate emporio et Republica nobilis, *Ragusa*: altera in Peloponneso ad sinum Argolicum, *Linera* Straboni, *Monobasia* Cedrino,

Malvasia Italis dicitur: tertia etiam in Peloponneso in Argia regione ad Saronicum sinum, quæ Æsculapii delubro celebris, *Pigiada Nigro*, *Cheronisi* Sophiano. Ita Ortelius.

præ se appetitæ clarioris sedis alacritatem ferens,^d ad triremem Romanam perrexit: paventibusque inusitato spectaculo nautis, eo conscendit, ubi Q. Ogulnii^{14 p} legati tabernaculum erat, inque multiplicem orbem, per summam quietem est convolutus.^e Tum legati, perinde atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis a peritis accepto,¹⁵ læti inde solverunt. Ac prosperam emensi navigationem postquam Antium¹⁶ appulerunt, anguis, qui ubique in navigio remanserat, prolapsus in vestibulo ædis Æsculapii, myrto frequentibus ramis diffusæ supereminentem¹⁷ excelsæ magnitudinis palmam circumdedit: ^f perque tres dies positus, quibus vesci solebat, non sine magno metu legatorum, ne inde in triremem reverti nollet,¹⁸ Antiensis templi hospitio usus, urbi se nostræ advehendum¹⁹ restituit, atque in ripam Tiberis egressis legatis, in insulam,^g ubi templum dicatum est,^f transnavit:

^d *Præ se ferens manifestam lætitiā, quod iret Romam ut optaret, quæ urbs est illustrior Epidaurō.*

^e *Corpus suum placide convolvit in multas spiras et varios gyros.*

^f *Labendo egressus, in porticu templi Æsculapii, in qua erat myrtus longe diffusa ramis, circumplexus est corpore suo palmam altitudine alias superantem.*

Heins. 1. 2. Q. Ogolini Leid. 6. et 7. sed in marg. C. Ogulini, quomodo Barb. 2. et edd. antiq. Teogulini Leid. 2. et Toll. Quinci Ogulini cod. Perizon. Quintii Burgoni Ultraj. 1. Q. Ogulini multi Mss. et editt. quinti borgoni Vet. Eadem mox in quem; Leid. 2. in quo; Heins. 1. inque permultiplicem; Copes. in multiplicem: Heins. 1. 2. et Barb. 1. 2. est obvolutus. Klokkius legebat: invisitato s. n. eo escendit u. Q. O. . . est obvolutus. Torrenius conj. in quo in multiplicem . . . est convolutus, sc. tabernaculo.—15 Ita codex Perizon. et in Leid. 7. correctum: viginti tamen alii codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. habent *excepto*.—16 Nonnulli codd. *Actium*.—17 Dan. Brand. 1. 2. quatuordecim Torreniani et marg. Pigh. *superimminentem*. Codd. major pars, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. *excelsæ altitudinis*. Mox Barb. 2. *positis cibus, quibus*.—18 Pighius: *ne in triremem reverti vellet*: edd. vett. cum sedecim codd. nostram testantur lectionem.—19 Ita Mog. et Venett. cum multis codd. *ad vehendum* disjuncte legitur in plerisque edd. Mox Vet. cum multis codd. *transnavit*; alii, *tranavit*.—20

NOTE

^p Q. Ogulnii] Ille ipse est Ogulnius sive Ogulinus, qui Tribunus plebis anno Urbis 453. una cum fratre item Tribuno rogationem tulit, ut ad 4. augures et 5. Pontifices pa-

tricios, 4. Pontifices et 5. augures e plebe allegarentur: ex Livio.

^g In insulam] Tiberinam supra pontem Palatinum, cui a nave, quæ Æsculapium advexit, navis forma data est:

adventuque suo tempestatem, cui remedio quæsitus erat, dispulit.^{§ †}

3. Nec minus voluntarius Junonis in urbem nostram transitus. Captis a Furio Camillo Veiiis, milites jussu Imperatoris[§] simulacrum Junonis Monetæ,^{20 †} quod ibi præcipua religione cultum erat, in Urbem tralaturi, sede sua movere conabantur. Quorum ab uno per jocum interrogata Dea, ‘an Romam migrare vellet,’ ‘Velle se’ respondit. Hac voce audita, lusus in admirationem versus est.²¹ Jamque non simulacrum, sed ipsam cœlo Junonem petitam, portare se credentes, læti in ea parte montis Aventini,^u in qua nunc templum ejus cernimus, collocaverunt.*

4. Fortunæ etiam Muliebris^{22 v} simulacrum, quod est via

§ Fecitque adventu suo, ut cessaret pestilentia, contra quam ipse, tanquam remedium, accersitus fuerat.



Reginæ pro Monetæ in Heins. 2. a m. sec. et inter lineas in Medic. 5. Pro cultum erat nonnulli colebatur. Deinde multi translaturi; quod est etiam in Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. Aldd. Colin. Gryph. et Ascens.—21 Copes. cum multis aliis, jocus in admirationem, &c. Mox cœlo Junonem præstitam in Cântabr.—22 Viginti fere codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. &c. exhibent, Fortunæ muliebre simulacrum.

NOTÆ

pars enim superior proræ, inferior puppis figuram refert; et in una parte navis ex Thasio lapide sculpta, in altera serpentis simulacrum, visuntur. Hæc Marlianus.

^r *Templum dicatum est*] In quo valetudinis causa cubabant ægroti: in insula conditum est, inquit Festus, quod ægri ad potum aqua utantur sæpissime.

[‡] An. M. 3763. Ol. 122. 2. Urb. C. 462. Ant. Ch. 390.

[§] *Milites jussu Imperatoris*] Deducti ex omni exercitu juvenes pure lotis corporibus, et candida veste, qui signum illud, religiose admoventes manus, Romam deferrent.

[†] *Junonis Monetæ*] Reginam vocant Livius et P. Victor: Moneta dicitur

ex Suida; quod inscripta numismata in Junonis templo Romæ servarentur: vel a monendo ex Cicer. et Livio; quod, cum terræ motus factus esset, ut sue plena procuratio fieret, vox ab æde Junonis audita sit.

^u *Aventini*] Alii ab Aventino Rege; alii ab avibus, quæ eo se e Tiberi ferrent; alii ab hominibus, qui eo ratibus advelerentur, dictum volunt: quod avibus obsecænis ominosus esset, urbis pomerio non inclusus est: a Claudio tamen Imperatore urbi additus: a Remo Remurius, a Murcia Socordiæ Dea Murcius etiam nuncupatus. Nunc *Monte di S. Sabina*.

* An. M. 3659. Ol. 96. 2. Urb. C. 358. Ant. Ch. 391.

^v *Fortunæ Muliebris*] Fortuna, aia

Latina ad quartum miliarium, eo tempore cum æde sua consecratum, quo Coriolanum^w ab excidio Urbis maternæ preces repulerunt, non semel, sed bis locutum constitit, prius his verbis: ²³ ‘Rite me matronæ vidistis: Riteque dedicastis.’ †

5. Valerio autem Poplicola^x Cos. qui post exactos reges bellum cum Veientibus et Hetruscis gessit, illis Tarquinio pristinum²⁴ imperium restituere,^y Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus: Hetruscis et Tarquinio in cornu dextro^z prælio²⁵ superioribus, tantus terror subito incessit, ut non solum victores ipsi profugerent, sed etiam pavoris sui consortes secum Veientes traherent. Cui rei²⁶ pro argumento miraculum adjicitur; ingens repente vox e proxima sylva Arsia,^a quæ ore Sylvani²⁷ b in

—————
—23 ‘Sicut totum hunc locum dedimus, legitur in omnibus edit. ante Pighium, et Mss. præter Sambuci cod. ubi: *his prius verbis: rite me matronæ vidistis: deinde; rite dedicastis.* Sed *τὸ deinde* mihi quidem videtur explicatio *τοῦ que.* Pighius, qui in lectione vulgata nihil invenit, quod *τῶ* prius responderet, illud mutavit, et ex ingenio dedit, *his pæne verbis;* quod non placet.’ *Kapp.* Lipsius conj. *prius his verbis;* vel, *constitit patribus, his verbis.* Gudius malit; *Rite me matronæ vicistis,* improbante Torrenio. Duo Rhem. habent: *prius rite me matronæ vidistis.* Sunt qui pro *dedicastis* habent *dicastis.* Singularis hic est Aldus: *Rite m. m. vovistis.*—24 Codd. Perizon. Barb. 1. 2. et Heins. 1. *Tarquinius in pristinum:* Harl. et Leid. 6. *Tarquinius pristinum:* Ultraj. 1. *Tarquinio priscum:* Heins. 2. *Tarquinio pristinum:* in alio Perizon. *Tarquin pristinum.* Supra plures codd. *Publicola;* item, *Etruscis.*—25 Codex Perizon. et Heins. 2. a m. sec. *prælii* pro *prælio,* quod habet unus atque item aliter Torren.—26 *Cujus rei* Rhem. 1. 2. 3. Bitur. 1. Ultraj. 1. 2. Leidd. 2. 5. 7. et Perizon. et sic Vet. Mog. &c. *addicitur* in nonnullis.—27

NOTÆ

Equestris, alia Virilis, alia aliis nominibus insignita: hæc Muliebris dicitur, quod ad liberandam patriam plus mulieres, quam viri, tum potuerint: quare Fortunæ in via Latina ad rei memoriam, et templum, et simulacrum a mulieribus dedicatum.

^w *Quo Coriolanum, &c.*] De quo postea pluribus.

† An. M. 3567. Ol. 73. 2. Urb. C. 266. Ant. Ch. 486.

^x *Valerio Poplicola*] Qui expulso Collatino in Collegam assumtus a Bruto, quatuor Consulatus summo

Delph. et Var. Clas.

cum honore gessit.

^y *Pristinum imperium restituere*] Legationibus cum nihil proficeret Tarquinus, collectis ex omni Hetruria militibus in Romanos movit.

^z *In cornu dextro*] Varia victoria et æquo Marte pugnatum est; dextra utrimque cornua vicere, læva superata: Veientes enim vinci a Romano milite assueti fusi fugatique sunt, Tarquiniensis novus hostis ab sua parte Romanum pepulit.

^a *Arsia*] An Arsia sylva, an Æsuvium Ursinumve pratum legendum

Val. Max.

O

hunc pæne modum missa traditur: 'Uno plus Hetrusci cadent:^h Romanus exercitus victor abibit.' Miram dicti fidem digesta numero cadavera exhibuere.ⁱ †

6. Quid Martis auxilium,^c quo victoriam Romanorum adjuvit, nonne memoria celebrandum est? Cum Brutii atque Lucani odio incitatissimo maximisque viribus Thurinæ urbis^d peterent exitium,²⁸ ac præcipuo studio incolunitatem ejus C. Fabricius Luscinus^e Cos. protegeret, resque ancipiti eventu, collatis unum in locum utriusque partis copiis, gereretur: non audentibus Romanis prælium ingredi,²⁹ eximiæ magnitudinis juvenis primum eos hortari ad capessendam fortitudinem cœpit.^j Deinde, ubi tardiores animadvertit, arreptis scâlis per mediam hostium aciem ad

^h *Hetrusci occiduntur plures uno milite, quam Romani.*

ⁱ *Corpora cæsorum ex utraque parte numerata ostenderunt dictum Sylvani verum fuisse.*

^j *Primum cœpit illos excitare ad pugnam fortiter incipiendam.*



Leid. 2. ex ore *Sylvani*, &c. Copes. Heins. 1. 2. Perizon. et duo alii, *pæne modum emissa*.—28 Exc. Steph. Leid. 5. Leid. 7. a m. sec. habent, *excidium*: Leid. 7. a m. pr. Heins. 1. 2. Barber. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Rhem. 1. 2. 3. Harl. Voss. Leid. 6. Perizon. Copes. et omnes edd. *exitium*. Mox pro *Luscinus* alii *Lucinus*, alii *Lusinus*; alius, *Litinius*: in aliis servatur *Luscinius*.—29 Pighius invitis omnibus libris edidit: *prælio congregi*. Nostram lect. servant Dan. Mod. et Brand. 1. 2. *cohortari* pro *hortari* in Harl. Mox ed. Vet. cum

NOTÆ

sit, multis disputat Cluverius. Arsiam sylvam bene legeris, quæ trans Janiculum fuit.

^b *Sylvani*] Sylvarum pecorisque Deus, humano vultu caprinisque cruribus fingitur; cui sub Viminali templum Romæ fuit.

† An. M. 3546. Ol. 68. 1. Urb. C. 245. Ant. Ch. 507.

^c *Quid Martis auxilium*] Nulla quidem hujus historiæ apud Livium mentio: nisi quod in Epitome lib. XII. scriptum est contra Brutios et Lucanos id fere temporis feliciter pugnatum esse: at Ammianus Marcellinus lib. XXIV. eodem fere modo,

quo Valerius, id retulit; additque Plinius lib. XXXIV. c. 6. Fabricium a Thurinis statua donatum.

^d *Thurinæ urbis*] Calabriae oppidum fuit in sinu Tarentino, Crotoni vicinum, inter ostia Sybaris et Cratis: prius Sybaris, inde Thurium, et Thuri nuncupatum. Hodie *Terra nova*.

^e *C. Fabricius Luscinus*] Vir tribus consulatibus, Censura, victoriis de Brutiis, Lucanis, et Pyrrho relatis, paupertate, morum innocentia, vitæque integritate clarissimus: cujus filia ex ærario dotata est; quoniam paternæ hæreditatis præter gloriam nihil erat.

contraria castra evasit: et admotis, vallum^f conscendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoriæ gradum, et nostros ad aliena castra capienda, et Lucanos Brutiosque ad sua defendenda, illuc traxit, ubi conserti dubio certamine terebantur.³⁰ Sed idem impulsu armorum suorum prostratos hostes jugulandos capiendosque Romanis tradidit. Viginti enim millia cæsa: quinque millia cum Statilio Statilio, duce³¹ utriusque gentis, et tribus atque viginti militaribus signis capta sunt.* Postero die cum Cos. inter honorandos, quorum strenua opera fuerat usus, vallarem coronam^g ei se servare dixisset, a quo castra erant oppressa, nec inveniretur, qui id præmium peteret:³² cognitum pariter atque creditum est, Martem patrem tunc populo suo adfuisse. Inter cetera hujusce rei manifesta³³ indicia, galea^h quoque duabus distincta pinnis,³⁴ qua cœleste ca-



Ultraj. primo, quocum sæpe conspirat: *ubi eos tardiores*.—30 Torren. conj. *illinc ubi ... terebantur*. Multi codd. habent, *conferti*, et sic in Exc. Steph. Vet. et Mog. Pro *terebantur* unus Leid. *tenebatur*; unus Heins. *truncabatur*; alter Heins. *ferebatur*; complures, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. &c. *terrebantur*. Bitur. 1. *dubio certaminis*.—31 *Viginti enim quinque millia cæsa cum S. S. duce* in Leid. 6. Perizon. et Heins. 1. 2. *Nam xv. millia cæsa sunt cum Statilio duce* in Voss. *Viginti enim millia cæsa, quinque cum S. S.* in Leidd. 5. 7. Rhem. 1. 2. 3. et Ultraj. 1. 2. Pro *et tribus nonnulli, cum tribus*.—32 Codex Perizon. *nec inveniretur qui præmium peteret*. Pighius edidit: *nec juvenis qui id præmium peteret inveniretur*. Omnes impressi *id præmium* habent; codd. illud *juvenis* non habent. Gudius, quia in uno cod. *idem* erat erasum, legebat simpliciter, *qui peteret*, et referebat ad *vallarem coronam*.—33 Pighius *manifestæ*, eumque secuti sunt Colerus, Thysius, alii: *manifesta* habent omnes codd. et edd. vett. Pro *hujusce*, nonnulli *hujusmodi*, vel *hujusmodi*, vel *hujus*.—34 Copes. Heins. 2. Leid. 7. et Harl. *pennis*.

NOTÆ

^f *Vallum*] Aggestus erat e terra et sudibus ad labrum fossæ interius, veluti murus; cujus duæ partes, agger et sudes: agger e terra et cespite, sæpe altus decem pedes, et totidem latus: sudes ex quocumque et obvio ligno, robusto tamen: valli modus parte una 2017. pedum, altera plusculo major 2050. Hæc et plura Lipsius.

* An. M. 3772. Ol. 121. 3. Urb. C. 471. Ant. Ch. 251.

^g *Vallarem coronam*] Qua donari solebant, qui primi hostile vallum conscendissent: graminea fuit. Aliæ militares coronæ, triumphalis, obsidionalis, civica, de quibus postea.

^h *Galea*] Ex pellibus hi pilei, ne præliantibus graviore essent.

ⁱ *Duabus distincta pinnis*] Alii aliis rebus in galea usi, vel ad ornatum, vel ad horrorem; variæque animalium formæ galeis superpositæ. Unde de Turni galea Virg. Æn. vii. 'Cui

put tectum fuerat, argumentum præbuit. Itaque Fabricii edicto supplicatio^j Marti est habita, et a laureatis militibus magna cum animorum lætitia oblatis auxilii testimonium ei est redditum.

7. Referam nunc, quod suo sæculo cognitum manavit ad posteros, Penates Deos^{35 k} Æneam^l Troja^m advectos Laviniiⁿ collocasse: inde ab Ascanio^o filio ejus Albam,^p



Quidam etiam *argumentum fuit*.—35 *Penetrales Deos* in Camp. Gembl. Atreb. Winck. Colon. Brand. 1. 2. septemdecim Torren. et Vet. *Penetrales Penatesque*

NOTE

triplici crinita juba galea alta Chimæram Sustinet Ætnæos efflantem faucibus ignes.' Et Plutarchus in Mario Cimbrorum galeas et plumis et horrendis animantium figuris insignes describit. Morem illum ab Ægyptiis ortum non temere dixerim; quorum Reges caput, vel Leonis, vel Tauri, vel Draconis, Regiæ potestatis insigne gestasse scribit Diodorus lib. II. Ab Ægyptiis ad Græcos, ut indicat Plinius, a Græcis ad Romanos, ab iis ad nostram usque manavit ætatem. Familiarum enim insignia variis animalium figuris distincta cernimus.

^j *Supplicatio*] Duplex fuit: una, quæ Prætoris edicto extra ordinem fiebat: altera, cum Provinciarum seu Proconsules seu Proprætores a militibus ob victoriam Imperatores appellati laureatas literas ad Senatum mitterent; quibus, et Imperatoris nomen, et supplicationem deposcerent: tum solebat Senatus adire Deorum templa, gratias agere, offerre sacrificia, vota facere, dare epulum, dies festos celebrare, modo plures, modo pauciores, pro dignitate et victoris et victoriæ.

^k *Penatès Deos*] Dii Penates ii sunt, per quos penitus spiramus et vivimus, ex Macrobio. Tradit Cicero sic dictos a penu; quo significatur id omne, quo vescimur. Erant Penates alii

totius generis humani, alii cæli, alii terræ, alii ejusque et civitatis et domus. Quos vero Penates Æneas Troja secum in Italiam advexerit, obscurum est; alii Vestam, alii Neptunum et Apollinem, alii Castorem et Pollucem fuisse volunt.

^l *Æneam*] Anchisæ et Veneris filium, Virgilii versibus nobilitatum; qui tamen patriæ proditor ab aliis dicitur: ab illo enim, vel Scæa porta Græcis aperta, ut auctor est Dares; vel equus ligneus Græco gravis milite in urbem inductus. Trojæ reliquias incolere per Græcos cum ipsi liceret: seu quod Polyxenam pro felici reditu immolandam apud se occultasset, ab Agamemnone ejectus, ut placet Dareti; vel ab Antenore, quod in ipsum populum concitaret, ut vult Dictys Cretensis; in Italiam appulit.

^m *Troja*] Phrygiæ minoris civitate, non procul a monte Ida, quæ a Dardano Dardania, Troja a Troë, et ab Ilo Ilium appellata, decennali Græcorum obsidione nobilis.

ⁿ *Lavinii*] Urbs olim fuit Latii inter Ostiam et Velitras non procul a mari, ab Ænea condita.

^o *Ascanio*] Qui regni sedem a Lavinio ad Albam, quam condiderat, transtulit.

^p *Albam*] In Latio: dicta est Alba

quam ipse condiderat, tralatos, pristinum sacrarium repetisse; et quia id humana manu factum existimari poterat, relatos Albam, voluntatem suam altero transitu significasse.† Nec me præterit de motu et voce³⁶ Deorum immortalium humanis oculis auribusque percepto, quam in ancipiti opinione æstimatio³⁷ versetur.^k Sed quia non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem auctores vindicent: ' nostrum sit,³⁸ inclytis literarum monumentis consecrata, perinde ac vana, non refugisse.

8. Facta mentione urbis, e qua primordia civitas nostra traxit, Divus Julius fausta proles ejus se nobis offert:^m quem C. Cassius,³⁹ nunquam sine præfatione publici paricidii nominandus, cum acie Philippensi ardentissimo animo perstaret, vidit humano habitu augustiorem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, et concitato equo in se impetum facientem: quo aspectu perterritus, tergum hosti dedit, voce illa prius emissa: ' Quid enim amplius agas,⁴⁰ si occidisse parum est?' Non occideras tu quidem, Cassi, Cæsarem: neque enim exstingui ulla vi divinitas potest:⁴¹ sed mortali adhuc corpore utentem violando, meruisti ut tam infestum haberes Deum.‡

^k Non ignoro quam dubia sit et anceps opinio, quam habent homines de motu Deorum oculis percepto, et de eorum voce auribus audita.

^l Primi scriptores earum rerum sibi concilient fidem legentium.

^m Cum mentionem fecerimus Albæ civitatis, ex qua Roma urbs nostra duxit originem, dicemus aliquid de divo Julio Cæsare qui ab Iulo Albæ conditore oriundus fuit.

Deos in Leid. 2. Penates Deos Perizon. et Medic. 1. 2.—36 Nonnulli codd. de voce et motu. Mox Ultraj. 1. perceptis.—37 Venett. 4. 5. cum multis codd. existinatio, quod Torrenio placet.—38 Plerique codd. et edd. vett. vindicent: et nostrum sit. Mox in Copes. perinde ac nova.—39 Copes. et Harl. quem consulto Senatus G. Cassius.—40 Vet. Quid amplius agam, si occidisse parum est. Non occideras tu. quid enim Cassi Cæsarem? agam habent etiam Bitur. prim. et Leid. sext. ex interpretamento.—41 Alii codd. alio ordine: ulla exstingui

NOTÆ

ab alba sue, quam ibi reperit Æneas; Longa vero a longo tractu: a Tullo Hostilio eversa, civesque Romam migrare jussi: nunc etiam Alba.

† Ant. M. 2889. Ant. Ch. 1164.

^q Quid amplius agas, &c.] Cum a Cæsare impetum in se fieri cerneret,

Cassius fugiendo dixit: ' Quid agam? si occidisse Cæsarem nihil profuit, cum etiam mortuus mihi infestus occurrat.' De Cassio, pugnaque Philippensi jam sæpius.

‡ An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

9. Jam quod L. Lentulus^{42 r} littus prænavigans, in quo Cn. Pompeii Magni^s perfidia Ptolemæi regis^t interemti^u corpus^v conscissæ scaphæ lignis comburebatur, ignarus casus ejus, cum ipsi Fortunæ erubescendum^w rogam vidisset, commilitonibus dixit: ‘Quid scimus,⁴³ an hac flamma Cn. Pompeius cremetur?’^{*} divinitus missæ vocis miraculum est.^z

10. Atque hoc quidem hominis, et casu: illud tantum non ore⁴⁴ ipsius Apollinis editum, quo Appii interitum

^z Pro miraculo habenda est vox emissa inspiratione Deorum.



potest divinitas: alii: ulla divinitas extinguere potest: multi cum Vet. ulla extinguere divinitas potest: Rhem. 1. 2. 3. cum uno Voss. extinguere ulla vi divinitas potest; quod in textum recepit Torrenius, cum antea editum fuerit: extinguere ulla divinitas potest. Deinde Voss. ut tam manifestum.—42 Jamque Lucius Lentulus in uno Rhem. et Leid. 6. Jam quidem L. Lentulus in Heins. 1. 2. Barb. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Leid. 1. 2. 5. et Perizon. cum Aldd. Colin. Mediol. 3. Gryph. et Steph. Mox conscissæ in Brand. 1. 2. et multis Torren. conscisse in Vet.—43 Ita octodecim Torren. cum Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Aldd. Mediol. 3. Colin. Gryph. Steph. &c. Qui scimus in aliis codd. cum Vet. in hac flamma in Mog. oraculum est Copes.—44 Sus. Utque h. q. h. et casu: ita id ore, &c. Camp. Atque h. q. h. tantum, illud autem ore, &c. Brand. 1. Atque h. q. h. sed casu: illud tantum: Brand. 2. Atque h. q. h. et casu: illud tantum: Chalc. Atque h. q. h. et casu: illud tamen: Schot. Atque h. q. h. sed casu illud tantum non ore, &c. unde lect. nostram dedit Vorstius. Heins. 1. et Rhem. 1. 2. 3. A. h. q. ominis, sed casu illud tantum: pro ominis Leid. 5. hominis: Heins. 2. A. h. q. hominis ore, illud tamen ipsius, &c. Voss. A. hujus q. h. casu, illud ore ipsius, &c. Leidd. 6. 7. Perizon. et Medic. 1. 2. A. hoc q. h. sed casu, illud ore tamen ipsius, &c. et sic

NOTÆ

^r L. Lentulus] Qui Consul anno Urbis 705. et ipse Ptolemæi jussu in carcere necatus est.

^s Pompeii Magni] Carbone in Sicilia et Hiempsale in Africa devictis, Romam victor Pompeius redibat, cum Sylla honoris causa obviam illi progressus occurrit, eumque complexus alta voce Magnum appellat; inde Pompeius Magnus vulgo nuncupari cæptus.

^t Ptolemæi regis] Dionysii, qui Ptolemæi Auletis filius, una cum Cleopatra sorore, etiam tum puer regebat Ægyptum.

^u Interemti] Tot olim nationum victor Pompeius ad Ptolemæum sup-

plex venerat: at ille metuens, ne aut invaderet imperium, aut plus Cleopatræ quam sibi faveret, ex Photini consilio misit Achillam et Septimium, a quibus exceptus in navicula Pompeius confoditur.

^v Corpus] Caput ab Achilla delatum ad Regem, corpus a Septimio in fluctus, a fluctibus in littus projectum, ibique a Philippo quodam combustum.

^w Fortunæ erubescendum] Fortunæ enim pudori esse debuit, eum, quem tot triumphis ornasset, tam humili rogo ab uno cliente furtim sepeliri.

^{*} An. M. 4006. Ol. 183. 1. Urb. C. 705. Ant. Ch. 47.

veridica Pythiæ vaticinationis fides præcurrit.^o 45 Is bello civili, quo se Cn. Pompeius a Cæsaris concordia pestifero sibi, nec Reipublicæ utili consilio abruperat, eventum gravissimi motus explorare cupiens; viribus imperii (namque Achaïæ^x præerat)⁴⁶ antistitem Delphicæ cortinæ^y in intimam sacri specus partem descendere coëgit:⁴⁷ unde ut certæ consulentibus sortes petuntur, ita nimius divini spiritus haustus reddentibus pestifer^z existit.^p Igitur impulsu concepti numinis⁴⁸ instincta virgo, horrendo sono vocis, Appio inter obscuras verborum ambages fata cecinit. ‘Ni-

^o *Atque hoc oraculum Lentuli fuit editum ore tantum hominis; illud vero, quod sequitur, ore Apollinis: quo dicto vera prædictio Pythiæ vaticinantis prænuñciavit mortem Appii.*

^p *Summa sua potestate, nam regebat Achaiam, coëgit Sacerdotem templi Delphici descendere in profundissimam partem antri sacri. In qua sicut responsa certiora dantur consulentibus, ita nimius haustus spiritus divini est letalis Pythiis dantibus illa responsa.*



reliqui Medic. cum Leid. 2. nisi quod pro hominis habent homini. Harl. A. h. q. non hominis, sed casu, illud tantum in ore ipsius, &c. In Leid. 2. etiam erat, ‘more, al.’ non ore: Ultraj. 2. illud tamen ore: Ultraj. 1. tamen non ore: Copes. A. h. q. non hominis tantum, sed casu: Vet. et Mog. A. h. q. hominis, sed casu. Illud tantum ore ipsius: Venett. 4. 5. A. h. q. h. illud tantum ore: Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. A. h. q. h. Illud tamen ore. Vorstii lectionem recepit Torrenius.—45 Copes. aliique, cum Vet. et Mog. præcurrit, probante Torrenio.—46 Ita Brand. 1. 2. Camp. Gembl. Atreb. Winck. et Colon. cum multis Torren. Quatuor alii Torren. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. Colin. Gryph. Mediol. 3. Steph. &c. viribus nanque imperii Ach. præerat, in parenthesis. Codex Perizonii: nam A. prætor præerat; unde ille, pro consule præerat. At prætor præerat habent etiam Copes. Harl. et Barb. 1. 2. Perizonii conjectura non displicet Torrenio.—47 Sic omnes fere Torreniani cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. &c. vulgo, coëgit descendere. Mox Heins. 1. a consulentibus. Multi existit pro existit: Barthius malebat: redeuntibus pestifer existit.—48 Ita Cauch. capti numinis Dan. Brand. 1. 2. viginti Torren. alii, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. 1. 2. 3. 4. Mediol. 3. omnes Gryph. Chalc. Herbip. Colin. Steph. &c. Venet. 4. capiti, quomodo etiam in Leid. 5. sed medium i inferius puncto notatum jubetur deleri. Leid. 2. captis numis: unus Rhem. capti, et

NOTÆ

^x *Achaïæ]* Achaia proprie dicta, pars erat Peloponnesi, Corinthum inter et Patras: late sumta Epiro, Thessalia, Peloponneso, et mari circumscribitur; in Bæotiam, Atticam, Phocidem, Locros, et Doridem divisa. Hodie *Livadia* et *Rumelia*.

^y *Cortinæ]* Quæ, vel tripus corio Pythonis tectus, vel pars templi interior, ubi et cortina tendi, et reddi oracula solebant.

^z *Reddentibus pestifer]* Quo enim vehementior numinis afflatus, eo puella debilior.

hil enim,' inquit,⁴⁹ 'ad te hoc, Romane, bellum: Eubœæ^a Cœla^{50b} obtinebis.' At is ratus, consiliis se Apollinis moneri, ne illi discrimini interesset, in eam regionem secessit, quæ inter Rhamnunta^c nobilem Attici soli partem, Caristumque^d Chalcidico freto^e vicinam interjacens, Cœlæ Eubœæ nomen obtinet, ubi ante Pharsalicum certamen morbo consumptus, prædictum a Deo locum sepultura⁵¹ possedit.[†]

11. Possunt et illa miraculorum loco poni:⁵² Quod deusto sacrario Saliorum, nihil in eo præter lituum^f Romuli integrum repertum^g est.[‡] Quod Ser. Tullii statua, cum



corr. *accepti*.—49 Pighius edidit: *Nihil, inquit, &c.* Kappius restituit τὸ enim auctoritate tredecim Mss. et omnium editionum vetustarum; probante Torrenio.—50 Variant Mss. quorum plurimi *Euboe cellam*, alii aliter. Textum nostrum dedere Vorstius et Torrenius, sicque jam Chalc. ediderat ex cod. Parrhasii, probante Gronovio. Nonnulli habent, *Euboechelam*; alii, *cele Eulœa*, vel *Ocele Eubœa*: Orosius legit, *Euboica cœla*: Ultraj. 1. *Chœlam*, et sic quoque paulo post eodem modo. Ultraj. 2. *Cæleenboe*. Torren. conj. *Eubœæ cœlen*. Mox pro *Rhamnunta*, codd. habent, *Ramunta*, *Thamunta*, *Chamnucha*, *Tamutha*: deinde multi, *Chalcidico*: etiam nonnulli, *Antici soli*.—51 Pighius e quibusdam codd. mavult legi, *sepulturæ*: Dan. Brand. 1. 2. et alii Torren. *sepultura*: Rhem. 1. 2. 3. cum duobus aliis, *sepulture*. Lcid. 5. *locum obtinuit*; et inter lineas, *sepulturæ possedit*. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. *locum pro sepultura*.—52 Vox *poni* deest in Dan. delet eam Heins. 1. reponens *haberi*, quod est in Harl. duobus Leidd. Perizon. et Ultraj. 1. *accipi* Ultraj. 2. et Vet. *referri* Mog. *mirari* pleræque edd. Torrenius conj. *Poscunt*

NOTÆ

^a *Eubœæ*] Quæ Ægæi maris insula, a Bœotia Euripo admodum angusto sejuncta. Hodie *Negrepont*.

^b *Cœla*] Hoc est sinum: quare Eubœæ cœla valet plane idem quod Eubœæ sinus: vox enim illa a Græcis desumta est; sic Strabo, τῆς Εὐβοίας τὰ κοιλία.

^c *Rhamnunta*] Rhamnus duplex; altera in Eubœa, altera in Attica; illa Fortunæ, hæc Amphiarai templo, et Phidiaca Nemesi nobilis.

^d *Caristum*] Eubœæ civitatem, propter quam lapis nascitur, quem pectunt, et nent; unde texunt mantilia, quæ, ubi sordescunt, in flammis projecta, non secus emendantur, ac si maculas elueris. Ita Strabo lib. x.

^e *Chalcidico freto*] Chalcis urbs Eubœæ præcipua, ab Aulide Bœotiae portu exiguo freto divisa. Hodie *Negroponte*.

† An. M. 4005. Ol. 182. 4. Urb. C. 704. Ant. Ch. 48.

^f *Lituum*] Baculus erat incurvus, et a summo leviter inflexus, qui ab ejus, quo canitur, litui similitudine, nomen invenit, teste Cicerone. Lituo utebantur augures ad designanda in aëre spatia illa, inter quæ auguria captarentur. Est etiam lituus ex Festo, genus buccinæ incurvæ; qua qui cecinerit, Liticen dicitur.

^g *Integrum repertum*] Lituus ille in colle Palatino ad urbis per Gallos excidium servatus; tum etiam urbe

ædes Fortunæ^h deflagrasset,⁵³ inviolata permansit.* Quod Q. Claudiae⁵⁴ i statua in vestibulo templi Matris Deum^j posita, bis ea æde incendio consumpta, prius P. Nasica Scipione et L. Bestia:^k item⁵⁵ M. Servilio et L. Lamia^l Coss. in sua basi flammis intacta stetit.†

12. Aliquid admirationis civitati nostræ Acilii⁵⁶ etiam Aviolæ rogos^m attulit, qui et a medicis, et a domesticis mortuus creditus, cum aliquamdiu humi jacuisset, elatus, postquam ignis corpus ejus corripuit, 'vivere se'⁵⁷ proclamavit, auxiliumque pædagogi sui (nam is solus ibi remanserat) invocavit. Sed jam flammis circumdatus, fato subtrahi non potuit.‡



et illa miraculi locum; vel, miraculorum locum.—53 Ita nonnulli Torren. alii cum Vet. flagrasset: in quibusdam aliis cum edd. vett. conflagrasset.—54 Ultraj. 1. 2. Quod Claudii: Ald. Colin. Gryph. Steph. &c. Quod Q. Claudii: Camp. Winck. Colon. Chalc. et Herbip. Q. Claudiae; et sic codd. Sigonii, et Medic. omnes, in quibus desideratur prænomen: Leid. 5. Q. E. Claudie: Leid. 6. Q. Claudie. In quibusdam desunt hæc: cum ædes . . . Claudiae statua.—55 Codd. Perizon. Heins. 1. 2. Barb. 1. 2. Harl. et Bitur. 1. habent iterum pro item. Paulo ante prius deest in Leid. 5. prius Nasica primo Scipione habent Heins. 1. 2. Barb. 1. 2. et Leid. 7. Porro etiam et nominibus consulum interpositum a multis codd. abest. Deinde in sua basilica Voss. et Leid. 2.—56 Codd. partim Attilii, partim Actilii, vel Atilii, ut in edd. ante Pighium, vel Acilii, ut recte editum.—57 In pauculis Torren. deest se:

NOTÆ

capta incensaque, inter altissimos cinerum cumulos illæsus repertus.

‡ An. M. 3665. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

^h *Ædes Fortunæ*] Quod Romanum imperium multum auxerit Servius, multaque in urbe templa Fortunæ, Primigeniæ, Obsequenti, Privatæ posuerit; illius statuam in æde Fortunæ positam testatur Plutarchus.

* An. M. 3943. Ol. 167. 2. Urb. C. 642. Ant. Ch. 110.

^l *Claudiae*] Quæ Matrem Deum Pesinunte advectam induxit; ex Livio.

^j *Templi Matris Deum*] Primum in templo Victoriæ posita; deinde ædes in Palatio a M. Junio Bruto ipsi dedicata.

^k *P. Nasica Scipione et L. Bestia*]

Uterque patricii generis, ille Corneliorum, hic Calphurniorum. Vir ille facetus et urbanus: hic bello strenuus; sed pecuniæ avidior, turpe cum Jugurtha fœdus pepigit.

^l *M. Servilio, et L. Lamia*] Alter nulla re nisi consulatus honore illustris fuit; alterum, ut virum doctum, laudat Horatius Carm. I. et III. Urbi sub Tiberio præfuit.

† An. M. 4056. Ol. 195. 3. Urb. C. 749. Ant. Ch. 3.

^m *Rogus*] Pro mortui dignitate et honoribus quos gesserat, vel majorem vel minorem exstruxere pyram: legeque cautum fuit, ne de lignis politis strueretur.

‡ An. M. 4021. Ol. 186. 4. Urb. C. 720. Ant. Ch. 32.

L. quoque Lamiae,ⁿ prætorio viro, æque vocem⁵⁸ fuisse super rogam constitit.*

EXTERNA.

1. Quæ minus admirabilia, Eris Pamphylii⁵⁹ casus facit: ‘Quem,’ Plato scribit, ‘inter eos, qui in acie ceciderant,⁶⁰ decem diebus jacuisse, biduoque postquam inde sublatus esset, impositum rogo revixisse, ac mira quædam tempore mortis visa narrasse.’

2. Et quoniam ad externa transgressi sumus, quidam Athenis vir eruditissimus,⁶¹ cum ictum lapidis capite accepisset, cetera omnia tenacissima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus præcipue inservierat, oblitus est. Dirum malignumque vulnus in animo percussi, quasi de industria scrutatis sensibus, in eum potissimum, quo maxime lætabatur,⁶² acerbitate nocendi erupit; singula-



item paulo post *is* et *ibi*.—58 Heins. 2. *etiam vocem*.—59 *Eris Pamphili* in Heins. 1. a m. sec. ceteri codd. *Phertis*, *Pheretis*, *Pheretris*, *Pheretri*, unde Oliver. faciebat, *Pherai*; sed recte jam Theophilus emendavit, *Eris*, ut ‘Ser,’ *Seris*: alii legunt *Eri*. Præterea longe maximus codd. numerus habet *Pamphili*. Vide Macrob. in *Somn. Scip.* 1. 1. et Plat. de *Rep.* lib. x. quem noster citat.—60 Pro *ceciderant* sex Torren. *ceciderunt*. Paul. Leopard. Emend. ix. 2. pro *latuisse* profert *jacuisse*. Ultraj. 1. *biduoque post inde sublatus, cum esset rogo impositus, revixisse*. Heins. 2. cum Perizon. *delent esset*, pro quo Heins. 1. Barb. 1. Harl. Copes. et Leidd. 2. 6. exhibent *est*.—61 Copes. cum sex aliis *Atheniensis eruditissimus*.—62 Codex Perizon. *in eum potissime quo maxime delectabatur*; sex alii etiam cum Copes. *potissime*: Ultraj. 1. *in eo p. in quo*: Voss. *ita eum*; unde Torren. conj. *ita in eum*: Barb. 2. *magis delectabatur*. ‘Vorstius et Torrenius addiderunt *locum*. At cum Pighius in suis libris non invenit, Torrenius etiam a duodecim Mss. abesse, in duobus vero in margine additum esse dicit; crediderim cum Torrenio, e margine in textum aliorum librorum irrepsisse. Igitur delevi, et lectionem Pighii atque

NOTE

ⁿ *L. quoque Lamiae*] E plebeia quidem, at nobili Æliorum gente, quæ in tres potissimum familias divisa fuit, Tuberonum, Pætorum, et Lamiarum, qui ad Lamum Formiorum olim Principem referebant originem, si Horatio lib. iii. credimus: ‘Æli vestusto nobilis ab Lamo,’ &c.

* An. M. 4012. Ol. 184. 3. Urb. C. 711. Ant. Ch. 41.

^o *Eris Pamphylîi*] Non est operæ pretium huic exemplo, aliisque quæ proxime sequuntur addere plura; auctores a quibus referuntur indicasse satis erit. Eris Pamphylîi meminere tum Plato de *Rep.* lib. x. tum Macrobius in *Somnio Scipionis*. Viri illius eruditissimi Plinius l. vii. c. 24. Æglis Samii Aulus Gellius.

rem doctrinam hominis pleno invidiæ funere efferendo. Cui si talibus studiis perfrui fas non erat, utilius aliquanto⁶³ fuit, ad illa aditum non impetrasse, quam jam percepta eorum dulcedine caruisse.⁷

3. Miserabilior⁶⁴ tamen sequentis casus narratio. Nausimenis enim Atheniensis uxor, cum filii ac filiæ suæ stupro intervenisset, inopinati monstri percussa⁶⁵ conspectu; et in præsens tempus ad indignandum, et in posterum ad loquendum⁶⁶ obmutuit. Illi nefarium concubitum voluntaria morte pensarunt. Hoc modo fortuna sæviens huic vocem, iis vitam ademit, illi propitia donat.

4. Ægles⁶⁷ Samius athleta^p mutus, cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus et præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis evasit.⁷

5. Gorgiæ^q quoque Epirotæ, fortis et clari viri origo: ⁶⁸

^q *Dirum certe et malignum vulnus illius hominis læsi in memoria, quæ pars est animi; quasi enim de industria considerasset omnes sensus, malignitate sua illum præcipue corruptit, quo ille imprimis delectabatur; auferendo maximam illius scientiam, quam Dii illo casu invidisse visi sunt: cui homini, si non licebat usque ad finem vitæ frui sua doctrina, multo illi utilius fuisset nunquam studuisse literis, quam carere voluptate quam ex iis perceperat.*

^r *Ira commotus cæpit loqui.*

Coleri revocavi. Kapp. locum deest etiam in Vet. et Mog. Mox nonnulli Torreniani, ex acerbitate; alii, et acerbitate; alii, etiam acerbitate.—63 Unus Torren. delet, aliquanto: alius mox eorum. Pro percepta unus Rhem. habet, præcepta.—64 Mirabilior dedit Pighius e duobus codd. sed alii codd. cum edd. vet. exhibent, Miserabilior.—65 In multis codd. percussa.—66 Glossemata inepta videntur Guyeto, ad indignandum, et ad loquendum, quemadmodum etiam statim infra, illi propitia donat, ut in quibusdam edd. ubi pro illi etiam aliquot codd. habent illo; etiam, illi vero: unus, alteri sermonem: Ultraj. 1. adimit illi. Torrenius conj. illis. Duo delent propitia donat. Barthius quoque censebat hæc esse ejusdam glossatoris.—67 Undecim codd. Torreniani pro Ægles habent Echedes; unus, Eschiles: alii Chelides, vel Chedes, vel Hescheles, vel denique Ebles, quomodo et in Mog. Pro eriperetur Ultraj. 1. denegaretur.—68 Hæc verba: fortis et clari viri origo, construenda

NOTÆ

^p *Athleta*] De Athletis sic breviter Aristoteles: Qui celeritate valet, is cursor est: qui potest tum premere tum continere, luctator: qui percutiendo pellere, pugil: qui horum utroque modo, paneratio idoneus: qui ad hæc cuncta aptus, quinquer-

tio. Plura tamen Athletarum genera constituit Hieronymus Mercurialis in Gymnasticis; sunt enim Stadiodromi, Diaulodromi, Dolichodromi, Palæstritæ, Pancratiastæ, Discoboli, Saltatores, Pentathli.

^q *Gorgiæ*] Non philosophus ille

qui in funere matris suæ utero elapsus, inopinato vagitu suo lectum ferentes consistere coëgit, novumque spectaculum patriæ præbuit, tantum non⁶⁹ ex ipso genitricis rogo lucem et cunas assecutus.^s Eodem enim momento temporis, altera jam fato functa parit, alter ante elatus, quam natus est.^f

6. Divinæ fortunæ vulnus Pheræo⁷⁰ Jasoni^r quidam exitii ejus cupidus intulit.^u Nam cum inter insidias gladio eum percussisset, vomicam,^s quæ a nullo medicorum sanari potuerat, ita rupit, ut hominem pestifero malo liberaret.

7. Æque Diis immortalibus acceptus Simonides,^t cujus salus ab imminente exitio⁷¹ defensa, ruinæ quoque subtracta est.^v Coenanti enim apud Scopam,^u in Cranone,⁷² v

^s In ipso loculo matris vitam invenit, et illius pheretro pro cunis usus est.

^t Puer primus portatus est ad rogam cum matre, quum natus est.

^u Quidam cupiens occidere Jasonem Pheræum inflixit illi vulnus optandum et magnæ felicitatis.

^v Simonides tam dilectus fuit a Diis immortalibus, quam Jason: cum illius vita erepta a certo periculo naufragii, conservata etiam fuerit a ruina cœnaculi.



sunt cum: novum spectaculum præbuit, nam que in novum delendum atque a librariis ob præcedens coëgit additum esse puto: que delent etiam Ultraj. prim. Periz. et Voss. itemque Vet. Et sic bene procedit oratio. Pro qui in funere, multi Mss. et Vet. quod in funere, sine dubio quia τὸ qui præcedenti origo, quo referebant, non convenire videbant. At retinendum qui. Kapp. Pighius conj. fortis et clari fuit origo; at edidit: fortis viri clara fuit origo. Vorstius conj. fortis et clari mira origo, ut viri modo in mira mutetur. Nostram lectionem testantur Brand. 1. 2. et Torreniani ad unum omnes. Mox Pighius edidit, matris utero; at omnes scripti et editi, matris suæ utero. Sequens suo deest in tribus Torren. Porro quinque, stare coëgit.—69 Omnes fere codd. non tantum; in Sns. omittitur: in edd. vett. non tamen: in Dan. tantum non. Nonnulli, sed et cunas; alii, sed etiam cunas, ut in Ald. &c. alii, et cunas, ut in Ultraj. 1. 2. Mox multi habent, fato functa periit, ut est in Mog.—70 Octodecim codd. Phedreo; Ultraj. 1. Phædrius; sed Leid. 6. Pheræo, nisi quod neglexerit diphthongum. Porro quidam delent Ultraj. 1. 2. et Rhem. 1. 2. a nullo medico in Copes. poterat in sex aliis.—71 In Dan. et Vet. officio pro exitio: in aliis, naufragio. Lipsius sequentia connexim legit, defensa ruinæque subtracta est: in Par. 1. ab imminente ruina subtracta est; sed

NOTÆ

est ac rhetor celeberrimus, qui Le- &c.
ontinus fuit.

^r Pheræo Jasoni] Pheræorum ty-
ranno, de quo postea. Phera oppi-
dum Thessaliæ ad Bæbeidem lacum:
aliæ in Attica, Peloponneso, Apulia,

^s Vomica] Ulcus est latens, quod
saniam, si evomat, vomica dicitur.

^t Simonides] Id Pindaro tribuit So-
linus; Simonidi Cicero et Quintilia-
nus.

quod est in Thessalia^w oppidum, nuntiatum est, ‘duos juvenes^x ad januam venisse, magnopere rogantes, ut ad eos continuo prodiret:’ ad quos egressus, neminem reperit ibi.⁷³ Ceterum eo momento temporis triclinium,^y in quo Scopas epulabatur,⁷⁴ collapsum, et ipsum et omnes convivas oppressit. Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare, nec terra^z sæviens, extinguere valuit?^w

8. Non invitus huic subnecto Daphidam,^{75 a} ne quis ignoret, quantum interfuerit, cecinisse Deorum laudes, et nomen obtrectasse. Hic cum ejus studii esset, cujus professores Sophistæ vocantur,^b ineptæ⁷⁶ et mordacis opina-

^w Quis felicior unquam fuit Simonide, quem, nec mare furens, nec casus triclinii in terra extructi, potuit occidere?



ab alia manu correctum: pro ruina^x habet quoque ruina Ultraj. 1.—72 Barb. 1. 2. Heins. et unus Rhem. cum edd. vett. Cranona: Leid. 5. et Crannona; sed expuncta conjunctione correctum Crannone: Leid. 6. Ceanona: Leid. 7. Oromona; et in marg. Crannona: Bitur. 1. Cramiona: Ultraj. 1. intrannona: Ultraj. 2. Grannova; Mog. Brannona.—73 Perizon. Voss. et unus Rhem. non agnoscunt τὸ ibi.—74 Voss. Rhem. 1. 2. 3. Harl. Venett. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. et Ascens. Scopas dominus domus epulabatur; pro Scopas nonnulli Scropas.—75 Daphanidem in codd. Coler. et nonnullis Torren. Daphanicem, Cleophantem, Daphantem in aliis, sed codd. major pars Daphanitem, quod est etiam in Mog. et Venett. Daphaniten in Vet.—76 Perizon. legendum putat, ac ineptæ: duo codd. inepti. Pro opinionationis, in aliis per compendium scribitur opoīs, vel opioīs, in nonnullis opinionis; in sat multis extat quod editur. Hæc a Pighio

NOTÆ

^w Apud Scopam] Non Sculptorem, qui Mausoleum cælavit, sed fortunatum virum et nobilem; ex Cicerone.

^y In Cranone] Quæ in campis Pharsalicis, ex Plinio; Ephyra ab Homero dicta, ex Stephano.

^z Thessalia] Ad Sinum Pelasgicum et Maliacum; Macedonia finitima, inter Peneum fluvium et Thermopylas; quibus Bœotia terminatur. Hodie Janna.

^x Duos juvenes] Castorem et Pollucem. Inter cœnam cecinerat id carmen, quod in Scopam scripserat; in quo multa ornandi causa poetarum more fuerat in Castorem et Pollucem inserta: ita Cicero de Orat. lib. II.

^y Triclinium] A voce Græca κλίνη, quæ lectum significat, triclinium dicitur; quod circum mensam sternerentur tres lectuli, quorum in uno dominus; in altero uxor cum reliqua familia; in tertio invitati ad epulas amici assiderent.

^z Nec mare, nec terra] Quia jam a mortuo, quem sepelierat monitus, naufragium vitaverat.

^a Daphidam] Non Sophistam, sed Grammaticum, qui mendacii accusavit Homerum, quod bello Trojano militasse Athenienses scripserit. Ita Suidas.

^b Sophistæ vocantur] Primum Philosophi, deinde Rhetores Sophistæ dicti sunt; postremo abiit nomen in

tionis : Apollinem Delphis irridendi causa⁷⁷ consuluit,*
 ‘ An equum invenire posset?’ cum omnino nullum habuis-
 set.⁷⁸ Cujus ex oraculo reddita vox est, ‘ inventurum equum,
 sed ut eo perturbatus⁷⁹ periret.’ Inde cum jocabundus,
 quasi delusa sacrarum sortium fide, reverteretur, incidit in
 regem Attalum,^c sæpenumero a se contumeliosis dictis ab-
 sentem⁸⁰ laccessitum; ejusque jussu, saxo, cui nomen erat
 Equi,^d præcipitatus, ad Deos usque cavillandos dementis
 animi justa supplicia pependit.^y

9. Eodem oraculo Macedonum rex Philippus^e admoni-
 tus, ‘ ut a quadrigæ violentia salutem suam custodiret, toto
 regno disjungi currus’ jussit, eumque locum, qui in Bœo-
 tia^{81f} Quadriga vocatur, semper vitavit: nec tamen denunti-

* Ille cum esset mordax et ineptam opinionem de Diis haberet; consuluit Delphis Apollinem, ut illum irrideret.

y Punitus est supplicio quod juste meritus fuerat mente adeo stulta ut Deos etiam irrideret.



et aliis separata a superioribus sunt per colon.—77 Heins. 1. *videndi causa*.—78 Voss. *quem omnino non habuisset*: alii, *cum nullum omnino*.—79 Leid. 7. et Heins. 2. *proturbatus*: in priore etiam inter lineas *ex quo pro sed ut eo*: in Heins. 1. deest *ut*; et *eo* in Mog. et alio: pro *quo* in Ultraj. 1. *inde*; in Toll. *hinc*: in Mediol. *ut eo deturbatus*.—80 Vocem *absentem* delet Harl. Mox Ultraj. 1. 2. Leid. 6. et Heins. 1. *dementis animæ*: Rhem. 1. 2. cum uno Bitur. et Perizon. *aiā*; et sic corr. in Leid. 2. *animæ* corr. etiam in Leid. 7. Torrenius conj. *dementis audaciæ*.—81 Cantabr. et Ultraj. 1. *qui Bæotica*: plerique eodd. et edd. vett. *Boëtia*. Mox pro *periculi genus*, in Rhem. duobus

NOTÆ

invidiam; ut Sophistæ vocarentur tum ii qui ostentationis aut quæstus causa philosopharentur: tum ii, qui argutiis id, quod falsum est, verum ostendere niterentur.

^c *In Regem Attalum*] Tres fuerunt Pergameni Principes, quibus idem Attali nomen fuit: unus is, qui victis Galatis Rex Pergami salutatns, Romanos contra Philippum juvit: alter hujus filius, qui tutorio nomine pro nepote Attalo administravit; tertius Attalus ille, qui Romanos scripsit hæredes. Quis eorum Daphidam egerit in præceps, obscurum est.

^d *Nomen erat Equi*] Montem illum, non Equum, sed Thoraca dictum docet Strabo: aliique non præcipitatum, sed actum in crucem Daphidam volunt.

^e *Philippus*] Amyntæ filius et Alexandri Magni pater, qui Macedonia regnum prius angustis admodum clausum finibus adeo amplificavit, ut 150. populi in ejus ditione numerarentur.

^f *In Bæotia*] Quæ ex una parte Atticæ, ex altera Thessaliæ finitima, Chalcidico mari alluitur; olim Aonia, nunc *Stramulipa*.

atum periculi genus effugit: nam Pausanias ^g in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit cœlatam.^{† h}

10. Quæ tam pertinax necessitas in patre, et ⁸² filio Alexandro consimilis apparuit. Siquidem Calanus ⁱ Indus sua sponte se ardenti ⁸³ rogo ^j superjacturus, interpellatus ab eo, ‘ecquid ⁸⁴ aut mandaret, aut dicere vellet?’ ‘Brevi te,’ inquit, ‘videbo.’^k Nec id sine causa, ⁸⁵ quia voluntarium ejus e vita excessum rapida mors Alexandri subsequuta est.†

11. Regius interitus magnitudine miraculi remigis casus æquat: quem in hexere Tyrriorum ^{86 l} sentinam haurientem,

mali genus; et pro cœlatam, cœlaturam.—82 Vet. et Mog. cum decem Mss. delent et. Quatuor Mss. in patre, in filio, quod Torrenius vulgato præfert.—83 Medic. 5. et Leid. 6. habent, *ardentissimo*; in Pighianis, *ardenti*; in duobus Rhem. *candenti*. In nonnullis codd. *superjecturus*.—84 Dan. *si quid*: aliquot Torreniani et *quid*: octo tantum *quid*: ceteri *ecquid*. Deinde *mandare* habent sex.—85 *Nec sine causa* unus Torren. est etiam qui delet, *e vita*: undecim, *rabida mors*.—86 Vet. in *ære inter tyriorum sentinam haurientium*;

NOTE

^g Pausanias] Cerastæ filius ex Orestarum gente: de stupro ab Attalo sibi per vim illato apud Regem frustra questus, iram in ipsum convertit; et ultionem, quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice exegit; Philippumque, dum Cleopatæ filiæ cum Alexandro Epirotarum Rege nuptias celebrat, interficit.

^h Cœlatam] Cœlata proprie dicuntur vasa vel aurea vel argentea, in quibus signa aut sigilla eminentia expressa sunt, quæ cœlo non torno fiant. Quintilianus lib. III. cap. 31. sculpturam a cœlatura penes materiam distinguit: ‘Cœlatura quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit: nam si sculptura lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas complectitur.’ Hæc Salmasius.

† An. M. 3718. Ol. 111. 1. Urb. C. 417. Ant. Ch. 335.

ⁱ Calanus] Indus Gymnosophista, qui a Taxile Indiæ regulo persuasus Alexandrum secutus fuerat.

^j Ardenti rogo] Ubi venit Persepolim, firma semper usus valetudine, tum primum ægrotare cœpit: continuo rogam sibi construi ab Alexandro impetrat: deinde in lectica vectus annos natus 68. Indico more coronatus hymnosque patria lingua concinens in rogam conscendit: ubi decore compositus mediis in flammis stetit immotus. Alexander qui præsens aderat, veste pretiosa, aureis argenteisque vasis, splendido convivio, tubarum sonitu, barritu elephantorum, festoque totius exercitus clamore funus decoravit.

^k Brevi te, inquit, videbo] Addidisse fertur: ‘O præclarum,’ inquit, ‘discessum e vita; cum, ut Herculi contingit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit.’ Hæc Cicero de Divin. lib. I.

‡ An. M. 3730. Ol. 114. 1. Urb. C. 429. Ant. Ch. 323.

^l Hexere Tyrriorum] Hic locus in omnibus codicibus mire depravatus

cum e navi fluctus abjecisset, altero latere repperit, fluctus contrarius in navem retulit. Itaque miseri simul ac felicitis complorationi permixta fuit gratulatio.^z

12. Quid illa? nonne ludibria naturæ in corporibus humanis fuisse⁸⁷ credenda sunt? tolerabilia quidem, quia sævitia caruerunt; ceterum et ipsa miraculis annumeranda. Nam et Prusiæ,^m regis Bithyniæ,ⁿ filius⁸⁸ eodem nomine, quo pater, pro superiori ordine dentium unum os æqualiter extensum habuit, nec ad speciem deforme, neque ad usum ulla ex parte incommodum.*

13. Mithridatis^o vero regis filia Dripetine,⁸⁹ Laodice

^z Quare comploratio facta est ob miserum illum lapsum in mare, et gratulatio ob reditum in navim.

nonnulli codd. Torren. in litore Tyriorum; Camp. in dextro latere triere Tiriorum; Palm. in texere Timbrum; Brand. Atreb. Cauch. et Gembl. in dhexere Tiriorum; unde Pighius dedit lectionem nostram, et Perizonius, in hexere in littore Tyriorum: Barb. 1. 2. et Heins. 1. in dexere litore Tyriorum, sed in dexere postea obelo est transfixum in Heins. in Dexe litore in Harl. in dextero latere terre unus Ultraj. et Mog. cum aliis edd. in littore Tyriorum. Vide infra Notam l.—87 Ignorant rō fuisse Perizon. Heins. 2. et Leid. 7. sed hic additum est in margine.—88 Heins. 2. Harl. Barb. 1. 2. et a m. pr. Copes. Perizon. et Leid. 7. Nam et Prusias regis Prusiæ filius; sed et hic emendatur in margine. Deinde quatuor, extensum habuit.—89 Codd. habent, Dripetina, Dirpetina, Dirpetine, Depetrine, Direpetina; et pro Laodice, exhibent Leodice, Lvudice, e Laodice, Laodiceæ: in Mediol. 3. Laodices reginæ nata. Mox pro deformi Pighius contra consensum codd. et lib.

NOTÆ

est: in iis, quibus vulgo utimur, legitur in littore: In Campensi: in dextro latere triere Tiriorum. In Pulmaniano: in texere Timbrum. In Atrebatensi, Cauchiano, et Gemblacensi accuratius scriptum est: in dhexere Tyriorum: unde suspicatur Pighius in hexere Tyriorum legendum esse; qua scriptura quin vera sit et germana, dubitabit nemo, qui ab auctoribus, tum Græcis tum Latinis, naves, aut Penteres aut Hexeres aut Hepteres dici, a remotum vel numero vel ordinibus noverit; cuius rei testem appellare Livium satis erit, cuius hæc sunt verba e libro xxxvii. 'Regia classis septem et triginta majoris

formæ navium erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres habebat.'

^m Prusiæ] Ad quem Annibal profugit, pace Romanos inter et Antiochum facta.

ⁿ Bithyniæ] In Asia minori ad Pontum sita, adversa Thraciæ, proxima Troadi: primum Bebrycia, deinde Mygdonia, tum a Bithyno Rege Bithynia nuncupata. Hodie *Beccan-gial*.

* An. M. 3870. Ol. 149. 1. Urb. C. 569. Ant. Ch. 183.

^o Mithridatis] Regis Ponti; qui multos annos bellum in Romanos gessit, 'donec tribus ingentibus bel-

regina nata, duplici ordine dentium deformi admodum, comes fugæ patris,^p a Pompeio devicti, fuit.†

14. Ne illius quidem^q parvæ admirationis oculi, quem constat tam certa acie⁹⁰ luminum usum esse, ut^a a Lilybæo,^r portu Carthaginiensium egredientes classes intueretur.

15. Oculis ejus admirabilibus Aristomenis^s Messenii⁹¹ † cor; quod Athenienses, ob eximiam calliditatem exsectum, pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, et astutia elapsam, cepissent.

16. At poëta⁹² Antipater^u Sidonius,^v omnibus annis,

^a *Dignus est etiam ille magna admiratione, qui tam dicitur habuisse acrem oculorum aciem, ut, &c.*

//////////

impress. dedit *deformis*.—90 Ultraj. 1. *acuta acie*: Barb. 1. *portum . . . intuerentur*.—91 Pro *Messenii*, complures codd. *Meseni*, alii *Miseni*; edd. vet. habent etiam *Meseni*. Mox Copes. cum quinque aliis, *ob nimiam*, quod in duobus correctum est: in uno est etiam, *propter nimiam*, probante Perizonio. Nonnulli deinde *excitum* pro *exsectum*; unus *exactum*: Heins. 1. Barb. 1. delent *eum*: Barb. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Leid. 5. 6. 7. et Perizon. *aliquotiens*.—92 *Et poëta* nonnulli codd.—93 Sexdecim codd. cum Vet. Mog. et Venett.

NOTÆ

lis subactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeii consumeretur,' inquit Florus.

^p *Comes fugæ patris*] Accepta clade Mithridatis cum satellitibus per rupes elapsus ad Euphratis fontes, tum ad Tigranem fugit, et ab eo repulsus Colchos se recepit.

† An. M. 3988. Ol. 178. 3. Urb. C. 687. Ant. Ch. 65.

^q *Ne illius quidem, &c.*] Strabonem appellat Solinus: cujus ea erat oculorum acies, Varrone et Plinio testibus, ut, et 135. millia passuum prospiceret, et classem Punicam Carthagine solventem, naviumque numerum, et ordinem manifesto notaret. Traditque Cicero Iliadem omnem ab eo ita subtiliter scriptam in membranis, ut testa nucis clauderetur.

^r *Lilybæo*] Siciliae promontorio versus Libyam, unde Lilybæum dicitur. Nunc *Capo coco*.

Delph. et Var. Clas.

^s *Aristomenis*] Atheniensium, an Lacedæmoniorum dux fuerit, ab illis, an ab his occisus, incertum est; cum a Lacedæmoniis Pausanias in Messeniaciis, ab Atheniensibus Valerius necatum scribat.

^t *Messenii*] Messenii Elidem inter et Arcadiam Laconiamque ad mare habitabant: Messenia vero in ora Sinus Messeniaci ad ostium Balyri fluminis. Hodie *Moseniga*.

^u *Antipater*] Qui Catonis Uticensis præceptor, ex Plut. Crassi oratoris tempore floruit, ex Cicerone, cujus verba sunt hæc: 'Solitus est versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris, fundere ex tempore; tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut cum se mente ac voluntate conjecisset in versum, verba sequerentur.'

^v *Sidonius*] Sidone oriundus; quæ civitas est Phœnicia in ora maris

Val. Max.

P

uno tantummodo die, quo genitus erat, feбри implicabatur. Cumque ad ultimam ætatem pervenisset, natali suo certo illo circuitu morbi consumtus est.

17. Hoc loco apte referantur⁹³ Polystratus et Hippoclidēs Philosophi, eodem die nati, ejusdem præceptoris Epicuri sectam^w secuti, patrimonii etiam possidendi, alendæque scholæ⁹⁴ communione conjuncti, eodemque momento temporis ultima senectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitiaē societatem, quis non ipsius cœlestis Concordiæ sinu genitam, nutritam, atque finitam putet?

18. Quapropter hoc potissimum fuerit:⁹⁵ aut in liberis potentissimorum regum,⁹⁶ aut in rege clarissimo,⁹⁷ aut in vate ingenii florentis, aut in viris eruditissimis, aut in homine sortis ignotæ, ne ipsa quidem, omnis bonæ malæque materiæ fœcunda artifex, rationem rerum natura reddiderit. Non magis quam, quid ita⁹⁸ sylvestres capreas, Cretæ^x genitas, tantopere dilexerit, quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbæ dictamni^y tantum non⁹⁹ suis manibus

//////////

referuntur. Nonnulli *Ypoclidēs*; Copes. *Ypolides*.—94 ‘Sic præter Brand. et Basil. habent viginti quatuor Torrenii, itemque Vet. ut mirum sit, Pighium ex Winck. maluisse *adeundæque scholæ*. Mihi lectio *alendæque scholæ* neutiquam mutanda videtur.’ Kapp. Lipsius malit, *habendæque scholæ*, improbantibus Coler. et Vorst. in nonnullis Torren. *alendæque sobolis*, quod in duobus aut tribus correctum, et sic ex cod. Angl. monet etiam Wasse in Sallustium.—95 A Brand. 1. 2. Copes. Ultraj. 1. 2. Barb. 1. 2. Heins. 1. 2. et aliquot aliis, cum Vet. et Mog. abest *fuerit*: nonnulli codd. habent præterea: *Quapropter hæc quoque potissimum*: alii, *hoc potissimum*.—96 Ita Pighius ex cod. quodam, cum Ald. et alii edidissent, *potentissimi regis*. Codd. fluctuant inter *potentissimorum*, *potissimorum*, *potentissimi*, et *potissimi*.—97 Hæc verba: *aut in rege clarissimo*, Pighius putat adulterina et supervacua esse; at retinent omnes codd. Mox Pighius: *artifex Natura rationem rerum reddiderit*; sed Brand. 1. 2. et omnes fere Torreniani cum Vet. Mog. et Venett. nostram testantur lectionem.—98 Aliquot codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Ald. et Mediol. *qui ita*. Copes. cum paucis aliis, *tanto operæ*.—99 Pro *tantum non* Ultraj. 2. *quasi*, e glossa videlicet: Vett. *tantum quasi*. Voss. *exspuant*. Mox Barb. 1. ab alia manu *recepta*: Oliver. exponit *comesta*: Gryph.

NOTÆ

Mediterranei. Nunc *Said*.

^w *Epicuri sectam*] Philosophi celeberrimi, qui summum bonum posuit in voluptate sive corporis sive animi: ea enim de re aliter aliis placet.

^x *Cretæ*] Insula maris Mediterranei, non procul a Peloponneso, Jovis incunabulis et centum urbibus olim clara. Hodie *Candie*.

^y *Dictamni*] Non in tota insula, sed

deducit; efficitque, ut concepta ea, continuo et tela et vim veneni vulneribus respuant.^b Aut in Cephalenia^{100z} insula, cum omnia ubique pecora haustu aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes¹ majore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes sitim suam sedare instituerit. Aut quapropter Crotonæ^{2a} in templo Junonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit potissimum.^c Vel quare alteram in Macedonia,^{3b} alteram in Caleno agro,^c aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, possidere voluerit. Non admiratione ista, sed memoria prosequi debemus; cum sciamus, recte ab ea⁴ plurimum

^b *Ne ipsa quidem Natura, quæ omnium corporum, sive bonam sive malam, materiam efficit, potest rationem reddere, cur hæc miracula præcipue contigerint, aut in Dripetine filia Regis potentissimi, aut in Prusia Rege clarissimo, aut in Antipatro viro præstantis ingenii, aut in Polystrato et Hypoclide viris doctissimis, aut in lynceo illo homine infimæ sortis. Nec etiam potest reddere rationem, cur tam amaverit capras sylvestres genitas in Creta Insula, ut cum confixæ sunt telis, illas natura ipsa videatur manibus suis deducere ad dictamnium herbam, quæ est illis remedium salutare: facitque, ut, ea herba digesta, ejiciant continuo ex vulneribus et sagittas et venenum.*

^c *Quare voluerit ut Crotonæ in templo Junonis Laciniæ esset præcipue ara, supra quam cinis ex victima incensa relictus a nullo vento agitari potest.*



concerpta.—100 Multi codd. *Cephalania*, etiam *Cephalannia*, et *Cephalonia*. Mox usu aquæ Barb. 1. 2. Leid. 7. Heins. 1. 2. et Copes. cum octo aliis.—1 Leid. 2. in ea quoque parte pecudes majore parte anni: Leid. 5. et 7. ea pars pecudes; sed pro pars aliud quid antea fuerat; et pecudes, inferius punctis notatum, quasi deberet deleri: Ultraj. 2. omittit in: Ultraj. 1. exhibet, eam partem. Torrenius legendum putat, in ea capras majore ex parte anni, &c.—2 Aliquot codd. *Crotone*. Mox Vet. ad omnes auras, ad omnes ventos, ex glossa: potissimum partim est in codd. margine, partim alio loco, ut quare potissimum: partim omnino deest probantibus Guyeto et Gudio.—3 Jac. a Cruce legendum putat ex Plin. et Vitruv. in *Paphlagonia*. Mox Vet. proprietate vini.—4 Unus Rhem. cum Vet. ratione ab ea; et sic legi mallet Lipsius, quod et Colero

NOTÆ

in agro perangusto propter Dictæum montem. Dictamni figuram his verbis expressit Virgilius lib. XII. 'Dictamnium genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis, et flore comantem Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, cum tergo volucres hæserè sagittæ.'

^z *Cephalenia*] Ionii maris insula, non procul a Dulichio. Nunc *Cefalonia*.

^a *Crotonæ*] Urbis Brutiorum, olim celebris ob pugiles et aëris salubritatem: unde illud: 'Crotone salubrius.' Hodie *Crotone*.

^b *Macedonia*] Quæ olim Æmonia et Emathia dicta est: Græcia, mari Ionio, et Ægæo, Thraciaque circumscibitur. *La Macedonia*.

^c *Caleno agro*] Propter Cales oppidum Campaniæ, quod nunc *Calvi*.

licentiæ vindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit.^d

19. Quæ quia supra usitatum rationem excedentia attigimus,^e serpentis quoque a T. Livio^d curiose pariter, ac facunde relata⁵ fiat mentio. Is enim ait: ‘in Africa, apud Bagradam⁶ e flumen, tantæ magnitudinis anguem^f fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet: multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus elisis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balistarum tormentis undique petitam, silicum

^d *Illa miracula non tam admirari debemus, quam memoria recolere; cum sciamus multa nobis ignota fieri posse potestate naturæ, cujus officium est omnia producere.*

^e *Quoniam supra retulimus exempla, quæ superant ea, quæ usu solito videre solemus.*

//////////

placet.—5 Vet. *curiositer . . . relate*: Mog. *curiose pariter et facunde relata*: reliquæ cum decem codd. *ac facunde relatæ*: Voss. *curiose descriptæ pariter ac facunde relatæ*. ‘Sed *descriptæ* glossa est τὸν *relatæ*; et hoc verius quam *relatæ*.’ Torren.—6 Codd. habent *Bagradam, Bagrada, Bagardam, vel Bagarda*. Vet. omittit *anguem*. Nonnulli codd. cum Copes. *prohibuerit*. Postea duo Rhem. *compluribus etiam caudæ voluminibus elisis*; ubi Gudius cum Guyeto mallet,

NOTÆ

^d T. Livio] Cum iis omnibus, qui Romanam attigerunt historiam, longe præstet T. Livius, illumque eorum, quæ Valerio addimus, sæpe laudemus auctorem, non erit alienum, ut puto, quando ille floruit, quidve scripserit, monere te paucis. T. Livius patria fuit Patavinus; sub Augusto floruit: scripsit post Actiacam victoriam: annoque Tiberii quinto, ætatis suæ 76. obiit. Reliquit historiarum libros 142. quibus res Romanas ab Urbe condita ad mortem Drusi Germanici complexus est: ex tot tantisque libris supersunt tantum 35. decas enim secunda, ceteræque a libro 45. injuria temporum maximo literarum damno perierunt: earumque, præter argumenta, quæ Liviana Epitome continentur, superest admodum nihil.

^e *Bagradam*] Fluvium, qui præter Uticam labitur, et distat 30. millia passuum a Carthagine.

^f *Anguem*] Ne quis forte in re tam mira nonnihil affingere Valerium putet, libet hic auctorum, qui hujus serpentis meminerunt, verba ascribere; primum Plinii, deinde Gellii; tum Orosii, qui omnium uberrime hoc, quicquid est monstri, descripsit. Plinius l. viii. c. 14. ‘Ballistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens, 120. pedum longitudine: pellis ejus maxillæque usque ad bellum Numantinum duravere Romæ in templo.’ Gellius l. vi. c. 3. ‘Eumque magna totius exercitus conflictatione ballistis atque catapultis diu oppugnatum, ejusque interfecti longum corium pedes 120. Romam misisse refert Tubero.’ Orosius lib. iv. c. 8. ‘In vindictam Africæ nata serpens multos militum Romanorum devoravit, ad quam expugnandam Regulus cum exercitu profectus est: sed omni telorum ictu in ipsius tergum irrito, quæ per horrendam squama-

crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque et cohortibus⁷ et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque jacentis pestifero afflatu vicina regione polluta,⁸ Romana inde summovisse castra.' Dicit etiam:⁹ 'belluæ corium cxx. pedum, in Urbem missum.'‡



volumine elisis. Pro jactu Voss. ictu.—7 Codd. habent, ut editur, vel *omnibus et cohortibus*, vel *omnibusque cohortibus*: deinde *ipsam Carthagine*, vel *ipsaque Carthagine*; item *visa terribilior est*. Non desiderari copulas censuit Perizonius.—8 Plerique codd. Torreniani retinent vocem *polluta*, quam nescit Copes.—9 In nonnullis codd. et Vet. deest *etiam*: Coler. ex Dan. legit: *belluæ corium cxx. pedum, in urbem missum*. In multis Torren. distinguitur: *Romana inde submovisse castra dicit. Belluæ corium, &c.* Probat etiam Modius ut *Dicit et etiam* deleantur. In quamplurimis omittitur codd. *longum*; et omnes habent *pedum*, quemadmodum in vetustis edd. est: *centum et viginti pedum longum*. Klokkius quoque delet, *Dicit etiam*.

NOTÆ

rum cratem, quasi per obliquam scutorum testudinem, laberentur: quare ballistas afferri imperavit, per quas saxum murale spinæ ejus incussum compagem totius corporis solvit, et mox circumventus telis oppressus est.'

Similia de hoc serpente memorant Florus, Silius Italicus, et Zouaras: sed hac de re hactenus.

‡ An. M. 3799. Ol. 131. 2. Urb. C. 498. Ant. Ch. 254.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER II.

CAP. I.

DE MATRIMONIORUM RITU¹ ET NECESSITUDINUM OFFICIIS.

- | | |
|--------------------------------------|---|
| 1 Nuptiarum auspicia. | 6 Conjugalis concordia. |
| 2 Epulæ seu convivia. | 7 Verecunda consanguinitas. |
| 3 Matrimonia non repetentes laudatæ. | 8 Charistia. |
| 4 Primum repudium. | 9 Senectus honorata. |
| 5 Matrimonialis libertas ac decor. | 10 Juventus observata, exemplisque instructa. |

DIVES et præpotens Naturæ regnum scrutatus, injiciam stylum² tam nostræ urbis quam ceterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. Opus est³ enim cognosci hujusce vitæ, quam sub optimo principe felicem agimus, quænam fuerint elementa, ut eorum quoque respectus præsentibus aliquid moribus prosit.^a

^a *Postquam ostendi summam potestatem naturæ divitis in faciendis et prodigiis et miraculis, jam scribere incipiam instituta vetera et memoratu digna, tam nostræ civitatis, quam aliorum populorum: nam operæ pretium est, ut cognoscamus quænam fuerint primordia hujusce vitæ, quam felicem ducimus sub Tiberio optimo Principe, ut consideratio illorum principiorum prosit quoque moribus nostræ ætatis.*



1 Sic Vat. sed ceteri fere, *De Institutis Antiquis*, quod unum caput complectitur etiam quinque sequentia: extenditur etiam usque ad illud, quo agitur *De Disciplina Militari*; sic edd. vett.—2 Sambuci codex, *initiabo*

1. Apud antiquos ^a non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumto: quo ex more nuptiis etiam nunc ⁴ auspices ^b interponuntur. Qui, quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis ^c vestigia usurpant. ^{b 5}

2. Fœminæ cum viris ^d cubantibus sedentes cœnitabant:^e

^b Retinent tamen indicia aliqua antiquæ consuetudinis in ipso nomine auspiciis, quod adhuc servatur.



stilum. Mox J. Fr. Gronovius legit: *qua nostræ urbis, qua ceterarum gentium:* Ultraj. 1. et Leid. 6. exhibent *qua.*—3 *Opus est* omnes Torreniani cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. et Aldd. *Operæ est* ex vetere cod. edidit Pighius. Mox pro *hujusce*, quod codd. longe maxima pars et edd. vett. habent, *hujus:* Copes. Heins. 1. 2. Bitur. 1. et Medic. 2. *hujuscemodi.* Postea codd. hoc ordine: *respectus aliquid præsentibus:* in uno Rhem. *aliquis;* in uno Ultraj. *aliquod.*—4 Sic restituit Torrenius ex scriptis et impressis pro *etiamnum*, quod dederat Pighius.—5 In quindecim Torren. cum Vet. Mog.

NOTÆ

^a *Apud antiquos, &c.*] Cum alia multa, quæ ad Deorum cultum pertinent, tum etiam ille nihil sine auspiciis agendi ritus a Numa Pompilio manavit, qui, ut populi sibi devinciret animos, multis cærimoniis illigavit, ut tradit Livius.

^b *Nuptiis etiam nunc auspices*] Quod et Plautus et Cicero confirmant: ita ille in Prologo Casinæ: ‘Ultrò ibit nuptum, non manebit auspices.’ Et Cicero pro Cluentio: ‘Nubit genero soærus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus.’

^c *Veteris consuetudinis*] His Anspiciis Pilumnus et Picumnus Deos olim deputatos scribit ex Varrone Nonius Marcellus: qui vero ad hunc ritum adhiberi solebant, vel Proxenetæ, hoc est, pronubi, vel Paranymphei dicebantur.

^d *Fœminæ cum viris, &c.*] Non puto me rem studiosis ingratham facturum fore, si hoc in loco quænam fuerit apud Romanos cœnandi ratio, breviter exponam: de quo quatuor potissimum quærenda mihi visa sunt. Unde mos ille accumbendi fluxerit? quis

numerus tum lectulorum tum convivarum? quis accumbendi modus? quisque locus honoris? summus, an medius? 1. Alia aliis temporibus cœnandi ratio Romæ fuit: primum quidem assidentes, deinde accumbentes cœnitabant: mos ille a Laconibus et Cretensibus, teste Varrone; hic vero ab Asianis, devicta Asia, Græcisque manavit: usus tamen fuit, ut femina pudoris causa cubantibus viris assiderent, quibus etiam aliquanto post indultum est ut itidem ac viri accumberent. 2. Consuetudo fuit sub vesperam in cœnaculo mensam instrui, et rotundam, et humilem: circum mensam vel duo, ut minimum, vel tres, ut plurimum, lectulos insterni purpura, aliave veste stragula, pro convivoris aut opibus aut inopia. Convivarum vero numerus nec Gratiarum numero minor nec Musarum major eatenus esse debuit; ut, cum paucissimi convivæ, non pauciores essent quam tres; cum plurimi, non plures quam novem. 3. Priusquam accumberent, corpus lavare, mutare togam soleasque, ne inquinarent lec-

quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam Jovis epulo^f ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas, ad cœnam invitantur.^c Quod genus severitatis ætas nostra diligentius in Capitolio, quam in suis domibus servat: videlicet quia magis ad rem pertinet⁶ Dearum, quam mulierum, disciplina contineri.

^c Nam in Jovis epulo ipsius simulacrum collocatur in lectulo; statua vero Junonis et Minervæ in sedibus ponuntur.



Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Aldd. &c. *vestigia usurpantur*.—6 Guyetus pro ad rem pertinet legi malit *refert*, improbante Torrenio. Pro *servat* paulo ante quindecim codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. &c. habent *conservat*. Mox *disciplinam* Copes. et quatuor alii cum Chalc. *disciplina* Brand. 1. 2.

NOTÆ

tulos, ponere solenne fuit. In lectulis vero ita sese componebant, ut dorso a pulvillis suffulto, et capite leviter erecto, pars corporis inferior jaceret in longum porrecta, superior vero cubito sinistro niteretur. Quod si plures uno lecto decumberent, ea cubandi ratio fuit; ut pedes illius, qui ad caput lecti jacebat, pone dorsum secundi; pedes secundi pone dorsum tertii porrigerentur: secundus vero ad umbilicum primi, tertius ad umbilicum secundi, pulvillo interjecto, occiput obverteret. 4. In uno lecto bini interdum, sæpe terni, quaterni nonnunquam, raro plures accumbebant. Qui ad lecti caput erat, summus dicebatur; qui ad pedes, imus; qui inter istos, medius: si bini tantum in lectulo convivæ, qui dignitate præstabat ceteris, summus fuit; si terni, medius; si quaterni, proximus a summo.

^e *Cœnitabant*] Quinque fuerunt apud Romanos cibum sumendi tempora; mane, jentaculum; circiter meridie, prandium; haud multo post, merenda; sub horam nonam, cœna; noctu, comessatio, quæ ebriosorum fuit. Nec quinquies tamen, nec quater singuli singulis diebus esse solebant;

sed pueri tantum, senes, servi, opifices: alii vero, vel bis, vel semel. Prandium, cum a priscis Romanis non usurpatum, tum semper et brevissimum fuit et parcissimum: cœna, et lautior et liberalior; quod seorsim apud se pranderent, cum amicis sæpe cœnitarent. Cœnæ tres partes; una gustatio, in qua mora, promulsis, ova, echini, ostreæ, et id generis alia: altera, cœna, in qua cibi lautissimi et præcipui: tertiæ, mensæ secundæ, in quibus bellaria, &c. poma, uvæ, nuces. Harum rerum testes laudare locupletissimos possum Varronem, Plut. Festum, Macrobium, Gellium, et alios.

^f *Jovis epulo*] Lectisternium dicebatur. Moris enim fuit Idibus Novembris stratis tribus lectulis in Capitolio apponi convivium: tum simulacrum Jovis in lectulo; Junonis et Minervæ in sella constitui; appositæ denique epulas absumi a viris epulonibus, quorum erat ejusmodi convivia Diis placandis imperare; cujus rei institutionem pluribus persequitur Livius lib. v. in eo tamen a Valerio dissentire videtur, quod cum pestilens æstas urbem exceperet, non in honorem Jovis, Junonis, et Mi-

3. Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiae^g honorabantur.⁷ Existimabant enim eum præcipue matronæ^h sincera fide incorruptum esse animum, qui post⁸ depositæ virginitatis cubile in publicum egredi nesciret; multorum matrimoniorum experientiam quasi legitimæ cujusdam intemperantiæⁱ signum esse credentes.

4. Repudium^j inter uxorem et virum a condita Urbe usque ad vicesimum et quingentesimum^{9k} annum nullum intercessit.^l Primus autem Sp. Carvilius^{10m} uxorem sterili-



Torreniani ceteri omnes et edd. vett.—7 Barb. 1. et Leid. 5. *coronabantur*.—8 In Pighiani non habetur *post*; ideo ille legit, *qui depositæ v. c. pudicum*: codex Basil. *quæ depositæ v. cubili pudicum*: unde Klok. conj. *quæ depositu v. cubile unicum egredi nesciret*: Toll. *qui depositum*: Heins. 1. *qui post positæ*: Brand. Vat. et Vet. *qui deposito v. cubili in publicum, &c.* Copes. Rhem. 1. 2. Barb. 1. 2. Voss. 2. Leid. 6. unus Bitur. et Heins. 2. *qui post depositæ*. Omnes Torreniani pariter retinent *in publicum*, et hoc in suo cod. etiam invenit Lat. Latinius. Mox Pighius ex vet. cod. legit *illegitimæ*, quod exhibit etiam Ultraj. 1. a m. sec. *legitimæ* testantur Brand. 1. 2. Dan. Basil. et Torreniani; et sic in cod. Lat. Lat.—9 Undeviginti codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. &c. habent: *centesimum et quinquagesimum*.—10 In codd. *Carbilius* et *Carbulius*; sed in plurimis *Carbilius*, quomodo scribitur etiam in Vet. et Mog. et apud Plut. *Sp. Scarbilius* in Venett. *Sp. Cabillius* Aldd.

NOTÆ

nervæ; sed Apollinis, Dianæ, Latonæ, Herculis, Mercurii, et Neptuni primas ejus generis epulas celebratas velit.

^g *Corona pudicitiae*] Pudicitia Romanis Dea fuit; eaque et Patricia et Plebeia: Patriciae templum in foro Boario, Plebeia in vico Longo: illud ab Æmilio, hoc a Virginia constructum. In illis ædibus, iis omnibus qui vel nunquam vel bis nupsissent, sacrificium facere nefas fuit.

^h *Matronæ*] Matrona ea fuit, quæ, vel matrimonio vero juncta esset, ex Gellio; vel stolæ ferendæ jus haberet, ex Festo; vel primi pueri mater esset, ex Isidoro.

ⁱ *Legitimæ [illegitimæ] cujusdam intemperantiæ*] Melius, ni fallor, legeris, *legitimæ*: cum enim semel, iterum, atque etiam sæpius nubere per leges liceret; repetitas nuptias 'legitimam

intemperantiam' appellat.

^j *Repudium*] Repudium inter, divortium, et solennem renuntiationem hoc interfuit: quod repudium sponsæ remitteretur: divortium cum uxore fieret. Quare repudii formula hæc fuit: 'Conditione tua non utor.' Divortii vero: 'Res tuas tibi habeto.' Renuntiationis autem hæc lex fuerit, ut vir uxori, vel uxor viro, seu præsentis seu absentis nuntium remitteret.

^k *Vicesimum et quingentesimum*] Id contigit, ex Dionysio, anno Urbis 520. Coss. M. Pomponio et C. Papyrio; qui in fastis ponuntur An. 522. Ex Gellio, 523. M. Attilio et P. Valerio Coss. qui in fastis leguntur 526. Legit Cnjacius 600. ex Plutarcho 230. ex illius interprete 330. Nos Gellium secuti sumus.

^l *Nullum intercessit*] Legem tamen

tatis causa dimisit.* Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem¹¹ liberorum conjugali fidei præponi debuisse arbitrabantur.

5. Sed quo matronale decus,¹² verecundiæ munimento tutius esset, in jus vocanti matronam corpus ejus attingere non permiserunt: ut inviolata manus alienæ tactu stola¹³ⁿ relinqueretur. Vini usus^o olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem¹⁴ esse consuevit. Ceterum ut non tristes earum et horrida¹⁵ pudicitia, sed honesto comitatis genere

Sp. Carvilius uxorem suam Ultraj. 1.—11 Lat. Latinius legit, *ne cupiditatem quidem*: Klokkius, *cupiditatem quærendorum liberorum*. Mox *conjugali fide* in Heins. 2.—12 Hic Glareano titulus novus inserendus videtur: *De non attingenda matrona in jus vocata*. Mox *ejus delent* Ultraj. 1. et Copes. probante Perizonio, quod inter lineas habet Leid. 5. *corpus delent* Rhem. 1. 2. pro *attingere* Voss. *perstringere*. Vet. habet: *vocandi matronam corpusque attingere*, &c.—13 Vet. cum quindecim codd. *stole*; in aliis *stolæ*, quod habent etiam edd. vett. *ut stola aliena manus tactu inviolata relinqueretur* in Mog. *ut inviolata manus tactu stolæ relinquerentur* in Ultraj. 1.—14 Ultraj. 1. *ad i. Venerem pronus esse*.—15 Duo Rhem. cum Leid. 2. *horrenda*: undecim habent: *sed et honesto*. Deinde in quindecim codd. et Mog. *indulgentibus namque maritis*: Perizon. *indulgentibus maritis: namque*. Mox *et quo formam* abest ab octo-

NOTE

Romulus tulerat, qua potestas mulieri adempta relinquendi maritum: data viro dimittendi uxorem; si venefica circa prolem visa fuisset; si subdidisset alienam pro sua; si admisisset adulterium.

^m *Sp. Carvilius*] Gellio Carbilus; Plinio Carvilius, et Carbilus; Plutarcho in Romulo Sp. Servilius; in Problemate 13. Carbilus, in comparatione Numæ et Lycurgi Sp. Corvinus dicitur. Carvilius fuit novi hominis, at duobus, tum Consulatibus tum triumphis, clarissimi filius, et ipse bis Consul de Sardis triumphavit.

* An. M. 3824. Ol. 137. 3. Urb. C. 523. Ant. Ch. 229.

ⁿ *Stola*] Quamvis Nonius Marcel-

lus stolam viris perinde ac mulieribus communem fuisse velit, fuit tamen vestis mulierum propria, qua, pariter ac viri tunica, utebantur: quod ex ipso Varrone patet, qui viro togam et tunicam, mulieri pallium et stolam tribuit.

^o *Vini usus*] A Romulo lex de mulieribus hæc lata fuit, si Dionysio credimus: 'Mulierem, si vinum biberit, domi ut adulteram puniunto.' Judicium ad maritum et cognatos pertinuit: unde mos ille fluxit, ut propinqui mulieribus darent osculum, quo facilius noscerent, an olerent temetum; tum enim id nominis vino fuit.

temperata esset, indulgentibus maritis et auro abundantia, et multa purpura^p usæ sunt: et quo formam suam concinuiorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc subsessorum^q alienorum matrimoniorum oculi metuebantur;¹⁶ sed pariter et videre sancte, et aspici, mutuo pudore custodiebantur.^d

6. Quoties vero inter virum et uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum Deæ Viriplacæ, quod est in Palatio,^r veniebant: et ibi¹⁷ invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita concordēs revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur assecuta: veneranda quidem, et nescio an præcipuis et exquisitis¹⁸ sacrificiis colenda; utpote quotidianæ ac domesticæ pacis cus-

^d Nulli enim tum oculi timebantur insidiatores alienorum matrimoniorum; sed utrimque ita oculi custodiebantur, ut viri viderent mulieres sine turpi desiderio, et mulieres viderentur servata honestate.



decim codd. et Mog. et Venett.—16 Suesianus codex habet: *subsessorum alienorum oculi metuebantur*: Aldus alique, *subsessores*, &c. In quindecim Torrenianis legitur *subsessorum*; in quinque *successorum*; in Copes. *successores*; uterque Heins. habet *subversores*; sed ubique correctum est: *subsessorum* etiam Mog. et Venett. *subsessores* Mediol. Postea *videri* in quatuor codd. *ad pudore* suspectum erat Barthio.—17 Vorstius contra codd. omnes edidit *et inibi*. Unus atque item alter, *animorum mox deposita*: Vat. 1. *contentione tum mox deposita*.—18 In compluribus codd. cum Vet. Mog. Venett. &c. *sed exquisitis*. Barthius malebat: *præcipuis, certe exquisitis*.—19 Copes.

NOTÆ

^p *Purpura*] Colorum omnium nobilissimus; a pisciculo dicitur, qui hunc succum in mediis habet faucibus.

^q *Subsessorum*] Subsessor proprie dicitur, qui ad alium occidendum delitescit: hoc in loco idem valet, quod oppressor tori alieni.

^r *In Palatio*] Palatium, sive mons Palatinus; cui nomen inditum, vel a Græcis, qui cum Evandro palantes illuc venerint, ita Varro: vel a Palatia Latini Regis uxore: vel a pe-

core balante, ita Festus: vel a Palante Herculis filio, qui ibi sepultus sit, ita Dionysius et Polybins: vel a Pale pastorum Dea, ita Solinus. In hunc montem Romulus coloniam suam deduxit, primumque muro cingi voluit; quod ibi et fuerit una cum fratre expositus, et augurio Remum vicerit: eo quod in illo colle Palatino, cum Romuli ipsius, tum Imperatorum omnium ab Augusto aula fuerit; ideo Principum domus etiam nunc Palatium vulgo dicitur.

tos, in pari¹⁹ iugo caritatis ipsa sui appellatione virorum majestati debitum a foeminis reddens honorem.^e

7. Hujusmodi inter conjuges verecundia: quid?²⁰ inter ceteras necessitudines nonne apparet consentanea?^f nam ut minimo indicio maximam vim ejus significem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lavabatur.²¹ Manifestum igitur est, tantum religionis sanguini et affinitati, quantum ipsis Diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula non magis quam in aliquo sacro loco²² nudare se, nefas esse credebatur.

8. Convivium etiam solenne majores instituerunt, idque Charistia²³ appellaverunt, cui præter cognatos et affines nemo interponebatur: ut, si qua inter necessarias²⁴ personas querela esset orta, apud sacra mensæ,^u et inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiae adhibitis tolleretur.

^e In mutuo mariti et uxoris convictu, quem decet esse plenum caritatis, servans ipsa sui invocatione honorem debitum, et foeminis, et virorum dignitati.

^f Non tantum inter conjuges verecundia servatur; sed etiam pudor rationi congruens inter personas conjunctas, vel sanguinis, vel legum vinculo.

et septem Torreniani, in quo pari; unde Perizonius legit inque pari, quod exhibet Heins. 1. et Barb. 2. ab alia manu. Perizonius legit enim postea, ac foeminis.—20 Guyeto quid delendum videbatur. Perizonius legit: consentaneas? nam ut minimo ejus indicio maximam ejus vim.—21 Nonnulli codd. lavabantur.—22 In nonnullis codd. non magis . . . sacro loco, &c. in aliis, non minus . . . sacro loco, &c. Pro nefas Vorstius conj. fas; et sic edidit Aldus. Ascensius dicit se legendum putare magis, aut majus sine negatione, aut non minus quam in aliquo sacro loco; et hinc non minus edidit. Tres Torreniani, aliquo sacro loco: tres item, crederetur; Vat. 1. credebant.—23 Decem codd. Caristiam; Leid. 6. Caristitia; Leid. 2. Carestia; Heins. 1. Eucharistiam, ex stultitia monachorum.—24 Pigh. ex Cauch. dedit necessarios; sed nostram lectionem testantur omnes antiqui typis expressi; itemque Brand. 1. 2. et Basil. et sic etiam omnes codd. Torren. nisi quod totum omittitur in Leid. 6. querella in tribus Leidd. et aliquot Torrenianis; et sic perpetuum fere est in antiquis inscript. Mox septemdecim codd. et fautoribus; nonnulli factoribus.

NOTÆ

^a Lavabatur] Cum apud Romanos usus lini rarior esset, sordes corporis opus fuit abluere sæpius necessitatis causa, interdum etiam voluptatis. Romæ balnea ultra octingenta numerat P. Victor.

^t Charistia] Hoc est, sacrificatio,

qui dies convivii totus celebratus fuit VIII. Kalendas Martias.

^u Apud sacra mensæ] Epulas intellige, quæ sacra mensæ idcirco dicuntur; quod priusquam his vescerentur, primitias offerri Deo moris esset.

9. Senectuti juvenus^v ita cumulatum et circumspectum honorem reddebat, tanquam majores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca juvenes, Senatus die, utique²⁵ aliquem ex patribus conscriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valvis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem voluntaria statione, et corpora et animos ad publica officia impigre sustinenda roborabant, brevique processu^w morarum²⁶ in lucem virtutum suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctiores erant.⁵ Invitati ad cœnam diligenter quærebant, 'quinam ei convivio essent interfuturi:' ne senioris adventum discubitu præcurrerent:^h

⁵ Et ipsi juvenes brevi temporis processu et verecunda illa laboris exercitatione et manifestatione virtutum suarum doctiores erant.

^h Ne mensæ accumberent ante adventum senioris.



—25 In uno Rhem. et Vat. 1. deest *utique*. Postea pro officio Vet. habet officium.—26 Pighiani omnes omittunt *claram*; Susian. Pulmann. et multi Torreniani *morarum* quoque: nonnulli habent, *processu rerum in lucem*; et sic Lat. Lat. unus, *processu in lucem*; et sic Leid. 7. sed additum alia manu, *morarum*: quinque, *processurum in lucem*; sic Venet. 4. *progressu rerum in luce* Vat. *verecunda laboris meditatione* in omnibus fere; *verecundia* emendatum erat in Perizon. *doctiores erant* plerique; *ductores erant* Ultraj. 2. quod habet Mog. *doctores erant* unus Rhem. et sic Vet. Aldd. et Steph. sed Ascens. *brevique processu morarum aperta in luce . . . ipsi doctores erant*: cod. Basil. *brevique processurarum in lucem v. suarum verecundia l. m. i. doctiores erant*: Pulmanni cod. *verecundia et laboris m. i. doctiores eunt*: Pighius legit: *brevique progressu morarum in lucem virtutum verecundia et l. m. ipsi doctiores eunt*: Lipsius conj. *brevique processurarum virtutum verecunda et laboriosa meditatione, ipsi doctiores erant*; quam conj. probant Coler. et Klok. 'Mihi cum Torrenio videtur proxime ad verum accedere: *brevique processurarum in lucem virtutum suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctiores erant*.' Kapp. Ascens. etiam pro

NOTÆ

^v *Senectuti juvenus*] Apud Romanos veteres, summus honos, nec generi, nec pecuniæ, sed ætati delatus est: ubi vero numerosa sobole civitati opus fuit; qui et liberos et uxorem haberet, prælatus senioribus, quibus nec uxor esset nec liberi. Et ex lege Julia Consulum alter fasces primus sumebat, non qui plures annos, sed plures liberos haberet; si utrique par liberorum numerus, is qui maritus: si uterque et maritus et

pater totidem liberorum, tum is qui senior.

^w *Brevique processu, &c.*] Variant hoc in loco libri veteres, et sic quidem correxit Pighius: paulo aliter Lipsius: *brevique processurarum virtutum verecunda et laboriosa meditatione, ipsi doctiores erant*: quæ scriptura, Pighiana, quæ tamen non mala est, et facilior et verior mihi videtur: quare utro quis modo legerit, peccaturum non crediderim.

sublataque mensa priores consurgere et abire patiebantur.²⁷ Ex quibus apparet cœnæ quoque tempore, quam parco, et quam modesto sermone his præsentibus soliti sint uti.

10. Majores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera^x carmine comprehensa pangebant,ⁱ quo ad ea imitanda juventutem²⁸ alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid etiam utilius certamine?²⁹ pubertas canis suum honorem reddebat: defuncta virium³⁰ cursu ætas ingredientiens actuosam vitam favoris nutrimentis prosequabatur.^j Quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulim? Inde oriuntur Camilli, Scipiones,^y Fabricii, Marcelli, Fabii: ac ne singula imperii nostri lumina simul³¹ percurrendo sim longior, inde, inquam, cœli clarissima pars divi fulserunt Cæsares.^k

ⁱ Canebant ad tibias antecessorum præclare gesta expressa carminibus.

^j Juvenes reddebant senioribus honorem debitum, et senes exhausti viribus, illis incitamentis hortabantur ad gloriam juvenes ingredientiens ætatem rebus gerendis idoneam.

^k Inde orti sunt Cæsares, qui in Deorum numerum translati, fulgent in cœlis, ut clarissima sidera.



roborabant edidit, corroborabant.—27 Hæc: sublataque . . . patiebantur, addititia et aliena videbantur Gudio, ut et quæ mox sequuntur, his præsentibus: extant tamen in codd. si unum aut alterum exceperis. Quamplurimi codd. habent, soliti sunt.—28 Torrenius malit, pandebant, i. e. celebrabant, improbante Kappio. Mox Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Mog. et Herbip. virtutem alacriorem; et sic citat Sarisberiensis lib. VIII. cap. 8. juvenum virtutem habent Leidd. 2. 7. Harl. Voss. Medic. 5. Perizon. et Venett. 4. 5. quod non displicet Torrenio.—29 Pro certamine, tres Rhem. Medic. 3. et Barb. 1. carmine; sed in postremo, ut oportebat, alia manu erat emendatum. ‘Deinde codd. plus quam viginti cum Vet. Mog. et Herb. decus, quod præfero. Habet etiam Sarisberiensis decus.’ Kapp.—30 Vet. cum duodecim codd. defuncta viri; et sic Sarisberiensis: Voss. defuncta officiis: Torren. conj. defuncta virili cursu. Pro Marcelli, Voss. habet, Metelli.—31 Adverbium simul, plus quam viginti codd. auctoritate nixum, expulit Pighius. Mox Copes. et Barb. 1. pro inquam habent denique: Sarisberiensis addit, superioris cœli; unde Coler. conj. superioris cœnaculi.

NOTE

^x Egregia superiorum opera] Idem vius; de Germanis Tacitus. de Romanis ex Catone testatur Cicerone; de Hispanis ex Sallustio Seneca; de Germanis Tacitus. ^y Camilli, Scipiones, &c.] De his omnibus egimus lib. I.

CAP. II.

DE MAGISTRATUUM ATQUE ORDINUM
OFFICIIS ET INSTITUTIS.

- | | |
|--|--|
| 1 Senatus Rom. fides et taciturnitas. | 6 Vigilantia senatus. |
| 2 Auctoritas magistratum et observantia linguæ Latinæ. | 7 Diligentia tribunorum pleb. |
| 3 C. Marius eloquentiam spernens. | 8 Abstinentia magistratum. |
| 4 Majestas consularis. | 9 Equitum Rom. probatio et Lupercalia. |
| 5 Constantia legatorum Rom. | |

I. ADEO autem magna caritate patriæ tenebantur,¹ ut arcana consilia Patr. Conscriptorum multis sæculis nemo senator² enuntiaverit. Q. Fabius Maximus^a tantummodo, et is ipse per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod secreto in curia erat actum,^b P. Crasso,^c rus petens, domum revertenti in itinere narravit, memor eum triennio ante Quæstorem factum, ignarusque nondum a Censoribus in ordinem senatorium allectum:³ quo uno

//////////

1 Pighius initium hic novi capituli constituit; cum in codd. caput multo longius sit; ita ut secundum caput demum inchoetur Cap. VII. *De Disciplina Militari*: et in universum capita modo quinque sint totius libri. *omnes tenebantur* in quibusdam; *tenebantur omnes* Exc. Steph. Longe maxima codd. pars, cum prioribus edd. ignorant illud *omnes*: habet certe Leid. 5. sed punctis notatum.—2 Voss. *nemo Senatus*: Harl. *nemo Senatorum*. Q. *autem Fabius Maximus*. Mox Copes. et Voss. delent *is*. Deinde unus Rhem. Voss. 1. et Leid. 7. *quod sero*; et ab alia manu *scito*, et pro v. l. *secum*: Leid. 5. *secreto*; sed *c, e, t*, punctis notantur. Rhem. 1. 2. 3. delent *rus*. Postea Mog. *ignarus nondum*; Copes. *ignarusque necdum*.—3 Ita Pighius ex codd. legendum docuit, cum Aldus edidisset: *in o. senatorum electum*: ita etiam Vet. et Mog. et plerique Torreniani; nonnulli tamen habent *senatorum*: Leidd. tres, *electum*; Leid. 5. *ellectum*; Voss. *lectum*. Mox idem Pighius legit: *quo uno modo his qui jam primos honores gesserant*, cum in vulgatis fuerit; *etiam iis qui jam honores gesserant*. At lectionem nostram testantur Dan. Brand. 1. 2. et

NOTE

^a Q. Fabius Maximus] Cunctatoris filius.

^b In curia erat actum] Bellum inferendum, delendamque Carthaginem censebat Cato; contra Scipio Nasica, nec justam esse belli causam, nec diruendam urbem; ne sublata illa Romæ æmula, mores Romanæ juventu-

tis otium luxusque corrumpere. Vicit Catonis sententia, bellumque indictum, et eversa Carthago est.

^c P. Crasso] Mutiano, ni fallor; qui ex gente Mutia in Liciniam adoptatus, in bello contra Aristonicum periiit.

modo etiam his, qui jam honores gesserant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honestus error Fabii esset, vehementer⁴ tamen a consulibus objurgatus est.* Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum, labefactari volebant. Ergo, cum Asiæ rex Eumenes,^d amantissimus nostræ Urbis, ‘bellum a Perse adversus populum Romanum comparari’ senatui nuntiasset,^e non ante sciri potuit, quid aut ille locutus esset, aut patres respondissent, quam captum Persen cognitum est.^{† 5} Fidum erat, et altum reip. pectus Curia,⁶ silentiique salubritate munitum et vallatum undique: ^a cujus limen intrantes, abjecta privata caritate publicam induebant. Itaque non dicam unum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum.

2. Magistratus[†] vero prisci quantopere suam populique Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendæ gravitatis indicia, illud quoque^b magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis^f unquam nisi Latine⁷ responsa darent. Quin etiam

^a *Senatus erat quasi fidele et arcanum Reipublicæ pectus, et tenax silentii saluberrimi.*

^b *Sed quanta cura Magistratus antiqui se gesserint, ut suam, populique Romani majestatem servarent, hinc sciri potest, quod inter multa signa gravitatis retinendæ, illud quoque, &c.*

quindecim Torreniani.—4 Copes. delet *vehementer*. Deinde Harl. *Nunquam enim prisci viri taciturnitatem*.—5 Mirifice hic interpolatus est, Leid. 2. ita hæc augens: *quam per Lucium Paulum Proconsulem, qui ad hoc a Romanis missus fuit, captum Persen cognitum est*.—6 Multi codd. et edd. vett. pro *Curia* habent *cura*. Perizon. *avara silentique salubritate munitum*: novem alii habent etiam, *silenti*. Mox *publica induebantur* in Harl.—7 *Latina*: Copes.

NOTE

* An. M. 3904. Ol. 157. 3. Urb. C. 603. Ant. C. 149.

^d *Eumenes*] Attali superioris filius, paterque junioris, qui populum Romanum scripsit hæredem.

^e *Senatui nuntiasset*] Ab Attalo Eumenis fratre monitum Senatui scripsit Valerius Antias; ab ipso Eumene Livius. Eorum alter, uter, obscurum est, Senatui coram monuit, ut conatibus Persei iret obviam: ip-

sum Bastarnas secum advocasse, fœdera cum multis Principibus junxisse, triginta peditum millia, quinque equitum, stipendium et frumentum in annos decem paratum. Hæc et plura Livius.

[†] An. M. 3882. Ol. 152. 1. Urb. C. 581. Ant. C. 171.

^f *Ne Græcis, &c.*] Ciceroni crimini datum est, quod Siciliae Prætor, Senatui Syracusano Græce locutus es-

ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant; ^c non in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia, et Asia: quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinæ: sed nulla non ^s in re pallium togæ ^s subjici debere arbitrabantur; ^d indignum esse existimantes, illecebris et suavitati literarum imperii pondus ^h et auctoritatem donari. ^e9

3. Quapropter non es damnandus ⁱ rustici rigoris cri-

^c *Immo rejecta loquendi facilitate, qua Græci plurimum valent, illos cogebant loqui per interpretem.*

^d *Putabant Romanos gerentes togam, nulla in re debere subjici Græcis utentibus pallio.*

^e *Judicantes indignum esse Romanos aliquid remittere ex imperii sui dignitate, ob suavitatem et illecebras Græcurum literarum.*



darentur. Mox ipsos linguæ volubilitate in Exc. Steph. linguæ nobilitate Copes. —8 Ultraj. 1. et Leidd. 1. 5. 6. 7. delent non; etiam in re deest in Copes. nullo jure habet Vet. ortum ex in re. Torren. et Kapp. non commodius abesse putant.—9 Ita quindecim Torren. Dan. unus Brand. cum edd. vett. suavitate

NOTÆ

set; Tiberiusque in Senatu nonnihil Græce dicturus, veniam præfatus est, ex Tacito.

§ *Pallium togæ*] Ut pallium Græcorum, ita toga Romanorum propria fuit: unde vulgo togatos pro Romanis, et palliatos pro Græcis apud auctores reperias: et comædiæ togatæ, quæ Romanorum; palliatæ, quæ Græcorum. Fuit et toga pacis insigne, sicut sagum belli. Aperta, an integra sine ulla scissura toga fuerit, aliter alii sentiunt: apertam fuisse tradit Valerius; integram multis probat Aldus Manutius: cingi solitam docet Sigonius; alii negant. Lanea fuit et plerumque alba, et tunicæ superinduebatur. Non tamen eadem omnibus togæ mensura fuit; quibus res domi angusta, parva; quibus ampla, major: longior stante Republica; sub Imperatoribus brevior: tum enim neglecta toga, vulgus abiit

ad penulas, lacernas, et tunicas; easque pulli coloris: cumque Augustus vidisset pullatorum turbam, dixisse fertur: ‘Romanos rerum dominos, gentemque togatam.’ Ædilesque monuit, ne quem in circo, nisi togatum, paterentur. Erant varia togarum genera; prætexta, candida, pura, pulla, picta, palmata, &c.

^h *Imperii pondus*] Id temporis Græci omnes Imperio Romano non parebant.

ⁱ *Non es damnandus*] Alienus enim fuit a Græcis literis Marius; qui apud Sallustium ita de se ipso loquitur: ‘Neque literas Græcas didici: parum placebat eas discere; quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerant: at illa multo optima Republicæ doctus sum, hostem ferire, præsidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam; hyemem et æstatem juxta pati,’ &c.

mine,¹⁰ C. Mari, qui gemina lauro^j coronatam senectutem tuam Numidicis et Germanicis^k illustrem tropæis, victor devictæ gentis facundia politio^lrem fieri noluisti: credo, ne alienigena ingenii exercitatione, patrii ritus servus transfuga¹ existeres.¹¹ Quis ergo huic consuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures curiæ exsurdantur, januam patefecit?^f ut opinor, Molo rhetor,^m qui studia M. Ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem non immerito cepit, quoniam summam vim Romanæ eloquen-

f Quare, C. Mari, nemo te debet damnare rusticitatis; quod in tua senectute, cum esses coronatus duplici lauro, et insignibus tropæis in Numidia contra Jugurtham, et in Italia contra Cimbros Germanos relatis, nolueris victor Græcæ gentis devictæ eloquentia fieri politior: credo ne videreris desertor linguæ Romanæ exercendo tuum ingenium in alienis linguis discendis. Quis ergo fecit aditum consuetudini nostri temporis, qua aures Senatorum in Curia obtunduntur nunc Græcis orationibus?

//////////

... domari Vet. et sic edidit Pighius: *suavitati donari Mog.*—10 Pighius expunxit crimine, quia a Cauch. abesse viderat; sed id testantur quatuor et viginti codd. Torren. Basil. Brand. 1. 2. et edd. vett. omnes. In compluribus codd. quia gemina lauro; et sic edd. ante Ascensium: Ultraj. 2. quia gemina lauru. Mox Exc. Gud. victor tribuit Germanis facundiam.—11 Vet. habet: patrii ritus et linguæ; et sic in uno Brand. unde Lipsius: patrii ritus et linguæ servus transfuga. In Exc. Gud. legebatur: 'Forte legas, servus transfuga.' Omnes Torreniani habent, servus; sex ejusdem, existeret: Ultraj. 1. patrius ritus servus et transfuga existeret: Mog. et Mediol. 3. etiam habent, servus et transfuga. Mox pro exsurdantur, i. e. obtunduntur, Vet. vitiose

NOTÆ

^j Gemina lauro] Quia triumphantes lauro coronati in Capitolium vehebantur.

^k Numidicis et Germanicis] Marius enim et Jugurtham Numidiæ Regem, et Cimbros Teutonasque Germaniæ populos vicerat, de quibus postea.

^l Servus transfuga] Nonnulli legunt servus transfuga. Non male: senex enim cum esset Marius, Græcam linguam discere noluit, ne externa lingua, velut transfugio, canos suos dedecoraret.

^m Molo Rhetor] Non Molonis, sed Apollonii, qui Molonis filius fuit, auditor Cicero, si Plutarcho credimus. Post habitam pro Roscio Amerino

orationem, a Chrysogono Syllæ liberto, quem perstrinxerat, cum sibi metueret Cicero; primum Athenas, deinde in Asiam, tum in Rhodum insulam secessit: ubi, cum apud Apollonium Græce declamaret, illumque omnes maximis efferrent laudibus; fama est Apollonium diu sedisse subtristem; tum coram omnibus dixisse: 'Te quidem laudo et miror, Cicero; sed Græciæ me miseret; cum, quæ sola nobis reliqua erant ornamenta, ea quoque ad Romanos transtuleris, literas et eloquentiam.' Qua voce incitatus Cicero in Italiam ad capesendam Rempublicam rediit. Ita Plut. in Cicerone.

tiæ adjuverat. Conspiciuæ felicitatis Arpinumⁿ unicum;¹² sive literarum gloriosissimum contemptorem, sive abundantissimum fontem intueri velis.⁵

4. Maxima autem diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem et proximum lictorem, quamvis officii causa una progredieretur, interponeret: filio duntaxat,¹³ et ei puero, ante patrem consulem ambulandi jus erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus est,¹⁴ ut Q. Fabius Maximus^o quinquies Cos. vir etiam pridem summæ auctoritatis, et tunc ultimæ senectutis, a filio consule^p invitatus, ut inter se et lictorem procederet, ne hostium Samnitum turba, ad quorum colloquium descendebant, elideretur, id facere noluerit.‡ Idem a senatu^q legatus ad filium¹⁵ consulem Suessam^r missus, postquam animadver-

⁵ Quia docuerat Ciceronem Principem eloquentiæ Romanæ. Arpinum certe admodum felix fuit, sive velis considerare Marium in eo singularem quod literas contemneret, sive Ciceronem parentem eloquentiæ.

exhibet, exundantur.—12 Codd. fluctuant inter: *Arpinas unicum, Arpinum unicum*, et *Arpinatem unicum*. In pluribus tamen *Arpinas unicum*, unde Torrenius conjicit: *Arpinas municipium, Perizonius: Arpinum municipium*. Quid si interpunctione mutata legas: *Arpinum; unicum sive* et cum Pighio, (qui dederat: *Arpinum, sive unicum*), explices: sive ‘singularem,’ qui in contemnendis alienigenis studiis parem non habuerit, gloriæque id sibi duxerit? Nam *sive* non semper ab initio, sed etiam post aliquot voces nonnunquam poni solere, constat. Interim nulla mihi lis sit cum secus sentientibus.’ Kapp. Mox Vet. *compositorem pro contemptorem*.—13 In nonnullis codd. *duntaxat*.—14 Copes. *receptus est pro retentus est*. Mox pro, *vir etiam* Perizon. legit, *vir et jam*: Harl. delet *etiam*; Leid. 2. *jam* exhibet. Voss. pro *et tunc*, habet *et nunc*. Deinde Copes. Barb. 1. 2. Harl. et Vat. *lictorem incederet*: et Barb. 1. *colloquium descendebatur*.—15 Camp. *Idem præstitit*

NOTÆ

ⁿ *Arpinum*] Volscorum oppidum. Hodie *Arpino*, ubi nati Marius et Cicero; quibus præter genus omnia disparia fuerunt, animus, ingenium, studia. Sed hæc alias.

^o *Q. Fabius Maximus*] Rullianus, M. Fabii Ambusti ter Consulis et Dictatoris filius, qui genti Fabiæ rebus præclare gestis Maximi cognomen peperit, dictatura, consulatibus quinque, tribus triumphis clarissimus.

^p *Filio consule*] Q. Fabio Maximo, qui ob devoratum patrimonium Gurges dictus est; eam tamen infamiam bellica laude deleuit. De illius contra Samnites victoria postea.

‡ An. M. 3762. Ol. 122. 1. Urb. C. 461. Ant. Ch. 291.

^q *Idem [præstitit ille Fabius, qui] a Senatu*] Cunctator, cujus filius Q. Fabius Maximus tum erat Consul.

^r *Suessam*] Quæ duplex in Italia fuit, altera Suessa Pometia in Vol-

tit eum ad officium suum extra mœnia oppidi processisse,^k indignatus quod ex lictoribus XI. nemo¹⁶ se equo descendere jussisset, plenus iræ sedere perseveravit. Quod cum filius sensisset, proximo lictori ut sibi appareret,^l imperavit.¹⁷ Cujus voci Fabius continuo obsecutus: 'Non ego,' inquit, 'fili, summum imperium tuum contemsi, sed experi volui, an scires consulem¹⁸ agere. Nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur: verum publica instituta privata pietate potiora judico.'*

5. Relatis Q. Fabii laudibus,¹⁹ offerunt se mirificæ constantiæ viri:^t qui legati a senatu Tarentum^u ad res repetendas^{20 v} missi, cum gravissimas ibi injurias^w accepis-

^k Ubi vidit filium ex oppido ipsi venire obviam officii causa, plenus indignationis perseveravit in equo sedere.

^l Jussit proximo lictori, ut sibi præsto esset.



Fabius a senatu legatus ad filium Cos. missus: Cauch. Idem qui a senatu legatus ad filium: unde Pighius conj. Idem præstitit ille Fabius, qui a senatu legatus ad filium consulem Suessam missus. Aldus edidit: Idem a Senatu legatus missus; et sic in omnibus fere codd. et edd. ante Pighium.—16 In Pighianis codd. extra oppidum p. i. p. ex undecim lictoribus nemo: at lectionem nostram testantur Brand. 1. 2. viginti quatuor Torren. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. nisi quod nonnullæ edd. cum paucis codd. habent: indignatus quoque quod. Novem codd. exhibent: quod ex duodecim lictoribus: unus, quod e duodecim: alter, quod undecim. Ultraj. 1. plenus ira.—17 Quod cum . . . imperavit aberat a Bitur. 1. 2. et Ultraj. 1. 2. additum erat in margine in Barb. 2. Quod cum fieri filius habent Voss. Perizon. et Leid. 2. Quod cum fieri sensisset Barb. 1. Deinde in Leid. 6. ut sibi appareret et judicium sumeret.—18 Ultraj. 2. consulis: Barb. 1. consul: Barb. 2. consul, et pro v. l. consulem: Harl. consulatum; et ita Leid. 2. sed emendatum. Mox generationi pro venerationi in marg. Leid. 7. et duobus aliis.—19 Ita codd. et edd. ante Pighium omnes: in Atreb. et duobus aliis: Relatis Fabii laudibus: Pighius tamen edidit: Relatis Fabiorum laudibus.—20 Sic antiquæ edd. Medic. et Ascens. Ceteræ cum Vet. et tredecim codd. ad res

NOTÆ

scis; altera Suessa Aurunca in Auruncis, ab aliis dicitur Suessula; nunc Sessa.

^s Appareret] Hoc est, præsto adesset. Apparere enim idem valet, quod præsto adesse.

* An. M. 3841. Ol. 141. 4. Urb. C. 540. Ant. Ch. 212.

^t Mirificæ constantiæ viri] Hujus legationis princeps fuit L. Postumius.

^u Tarentum] Calabria, Apuliæ, et Lucaniæ caput in maris Adriatici faucibus, ex Floro, in Salentinorum confinio. Hodie Tarente. Eam urbem Cretenses, qui cum Theseo a Cnosso venerant, olim occuparunt: postea Iapyges e Sicilia profugi; denique Parthenii e Lacedæmone.

^v Ad res repetendas] L. Valerius Tarentum, urbem sociam ratus, cum

sent, unus etiam urina respersus esset, in theatrum, ut est consuetudo Græciæ, introducti, legationem, quibus acceperant verbis, peregerunt: de his, quæ passi erant, questi non sunt; ^x ne quid ultra ac ²¹ mandatum esset, loquerentur: insitusque ²² pectoribus eorum antiqui moris respectus dolore, qui ex contumelia gravissimus sentitur, convelli non potuit.† Finem profecto ²³ fruendarum opum, quibus ad invidiam diu abundaveras, Tarentina civitas, quæsisti. Nam dum horridæ virtutis ²⁴ ^y in seipsum connexum stabilimentum, nitore fortunæ præsentis inflata fastidiose æstimas, in prævalidum imperii nostri mucronem ^z cæca et amens irruisti.†

j *Observatio moris antiqui nihil ultra mandata loquendi, non potuit expelli eorum pectoribus dolore, qui sentiri solet maximus ex contumelia. O civitas Tarentina, tu certe voluisti invenire finem opum tuarum, quibus diu abundaveras usque ad invidiam aliarum civitatum: nam dum in splendore fortunæ nascentis tumida superbe contemnis virtutem Romanorum, et duram ad labores bellicos, et firmiter stabilitam ob consensum civium aliena ope non indigentium, cæca et amens incurristi in arma invicta nostri Imperii, a quo eversa es.*

petendas. Mox Voss. delet *ibi*: Vat. 1. habet *injurias recepissent.* Deinde Leid. 7. *legationem, q. a. v. ubi pergerunt*: Pighius edidit *acceperunt*, contra codd. et edd. vet. fidem.—21 Vet. *ultra quam*: quatuor Torren. *ultra ac mandatum erat.*—22 Sic Vet. cum Camp. et Gemblac. Alii: *intimisque, intusque, justusque, victimisque, &c.* Etiam hoc loco Vet. veram lectionem tuetur. Ultraj. 1. *at justus e pectoribus eorum antiqui moris respectu, dolor qui, &c.* Vat. 1. habet etiam *dolor.* Pighius e Winck. dedit, *gravissimus nascitur et sentitur.*—23 *Finem vero profecto* in Ultraj. 1.—24 Duo Torreniani, *horrendæ virtutis.* Dat. et Leid. 7. *convexum*; Vat. 1. *adnexum*; Guyetus conj. *connexum*; et sic edidit Ascens. exponens: ‘innitens in se ipsum.’ Nonnulli

NOTÆ

Romana classe appulerat: continuo Tarentini, qui cum Gallis et Hetruscis fœdus clam inierant, contra se missam suspicati eam hostiliter invadunt; præfecti navium trucidati, omnes bello utiles cæsi, alii pretio venditi: quod ubi Romam allatum est, legati, qui de injuria exoptularent, missi sunt.

^w *Gravissimus injurias*] Si quod verbum minus elegans, Græce enim loquebantur, Romanis excidisset, Tarentini eos irridere, tollere clamores, barbaros appellare.

^x *Questi non sunt*] E theatro dum

abent Romani, scurra quidam legati vestes lotio respersit; tum universo theatro in risum effuso, ‘Ridete,’ inquit Posthumius, ‘dum vobis per tempus licet: nam post hæc diu flebitis, dum has vestes multo eluctis sanguine.’ Hæc Dionysii sunt fere.

† An. M. 3772. Ol. 124. 3. Urb. C. 471. Ant. Ch. 281.

^y *Horridæ virtutis, &c.*] Quia Tarentini Lucanos, Brutios, ipsumque e Græcia Pyrrhum in auxilium evocarunt: Romani vero suis opibus bellum illud confecerunt.

^z *Imperii nostri mucronem*] Fugato

6. Sed ut a luxu perditis²⁵ moribus ad severissima majorum instituta transgrediar, antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodieque Senaculum^{26 a} appellatur: nec expectabat, ut edicto contraheretur, sed inde citatus protinus in Curiam veniebat; ambiguae laudis civem²⁷ existimans, qui^k debitis Reipubl. officiis non sua sponte, sed jussus, fungeretur: quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præstanti, acceptum refertur.^l

7. Illud quoque memoria repetendum est, quod tribunis plebis^{28 b} intrare Curiam non licebat: ante valvas autem positis subselliis, decreta patrum attentissima cura examinabant; ut, si qua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis²⁹ T litera subscribi solebat: eaque nota significabatur, illa tribunos³⁰

^k *Nec expectabat ut congregaretur mandato Consulis, sed ex illo Senaculo vocatus veniebat continuo in Curiam, arbitratus dubium esse, an civis ille laudem mereretur, qui, &c.*

^l *Quia quicquid fit a cive coacto per mandatum Magistratus, debet potius attribui illi, qui exigit, quam illi qui facit.*



codd. existimas, aut extimas: Vat. 1. etiam in prævalidum.—25 Codex Perizon. et quatuor alii: a luxu et perditis: duo Torreniani: a luxu et proditis; duo alii: a luxu perditisque. Ultraj. 1. delet moribus: Ultraj. 2. exhibet, ad serenissima: Leid. 5. omittit majorum.—26 Dan. eo loci peragebant, quod reposuit Colerus: eo loco peragebat Ultraj. 1. et unus Brand. eo loci peragebat in omnibus aliis. Pro hodieque codd. habent hodie quoque, ut unus Brand. Mediol. 3. et Ascens. vel hodie, ut Brand. alter, Mog. et Venett. nonnulli exhibent, cenaculum; alii, senatulum, ut conj. Pontanus.—27 Ultraj. 1. delet, civem: tres alii exhibent, civem esse. Mox Copes. fungatur: quia q. i. cogenti.—28 Copes. Trib. populi; Ultraj. 1. Tr. plebis.—29 Senatusconsultis delet Ultraj. 1. pro quo in Leid. 5. scriptis, sed punctis notatum, et correctum in margine.—30 Medic. 5. significatur; Ultraj. 2. subsignificabatur. Pighius e vet. cod. dedit, ita tribunos; cum illa exhibent omnes alii et edd. vett. nisi quod unus Rhem. habet vita. Pro censuisse Perizonius conj. recensuisse, i. e. 'exami-

NOTE

Pyrrho, non Tarentini solum, sed Brutii etiam, Appuli, Lucani, Samnites belli contagione subacti; deletumque Samnium; sic ut ne apparet quidem, materia triginta trium-
phorum.

^a *Senaculum*] Quem locum potissimum intelligat Valerius, incertum est: cum tria Romæ fuerint Senacu-

la, ut auctor est Festus; unum inter Capitolium et forum, alterum ad portam Capenam, tertium intra ædem Bellonæ; in qua et hostium et exterarum nationum legatis dabatur Senatus. Senaculum Græcis est γει-
ποῦλα, quasi senum statio.

^b *Tribunis plebis*] Consule Magistratus Romanorum.

quoque censuisse. Qui, quamvis pro commodis plebis excubabant, inque imperiis compescendis³¹ occupati erant, instrui tamen ea argenteis vasis et annulis aureis^c publice præbitis patiebantur,^m quo talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior.

8. Quorum quemadmodum majestas amplificabatur, ita abstinentia arctissime constringebatur. Immolatarum enim ab his hostiarum exta, ad quæstores ærarii delata, veniebant;ⁿ³² sacrificiisque populi Rom. tum Deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus nostris, quam sanctas manus³³ habere deberent, apud ista altaria discentibus. Continentiæque³⁴ tantum tribuebatur, ut multorum æs alienum, quia provincias sincere administraverant, a senatu persolutum sit. Nam quorum opera publicam auctoritatem³⁵ splendorem suum

^m Qui Tribuni licet vigilarent pro commodis populi, et occupati essent in coërcenda nimia potestate aliorum Magistratuum, tamen patiebantur illos uti vasis argenteis, et annulis aureis datis ex ærario publico, ut, &c.

ⁿ Exta victimarum, quas Magistratus immolaverat, deferebantur ad custodes pecuniæ publicæ, ut venderentur.



nasse.—31 Exc. Steph. *imperii capescendis*. Mox Ultraj. 1. *frui pro instrui*: duo delent, *publice præbitis*: quatuor alii exhibent, *quod talium*. Pro *ornatior*, Copes. Vat. 1. a m. pr. *honoratior*; Leid. 2. *honorabilior* a m. sec.—32 Lips. pro *veniebant* malit *vaniebant*, i. e. ‘vendebantur,’ quod etiam Gudio in mentem venerat: Dan. exhibet: *ærarios delata veniebant*. Mox quidam codd. *sacrificiisque patrum*, quomodo et in Mog. plerique: *sacrificusque P. R.*—33 Edd. vett. habent, *sacras manus*; sed Mog. cum nonnullis codd. *sanctas manus*, quod revocavit Pighius: alii codd. *scas manus*, i. e. *sanctas*.—34 Sic omnes editi, etiam Vet. et major pars Mss. hinc pro vulgato: *Continentia vero* in textum recepi.’ Kapp. Mox tres codd. *qui provincias*.—35 Rhem. 1.

NOTÆ

^c*Annulis aureis*] Annulorum usus ex Ægyptiis et Judæis ad Græcos, a Græcis ad Romanos venisse videtur: nam Thamar Gen. xxxviii. annulum a Juda poposcit; annulum Josepho Pharao tradidit, Gen. xli. Nulla quidem apud Homerum annulorum mentio; at annuli Polycratis Samii meminit Plinius. Romæ primis temporibus, vel nemo, vel pauci annulis usi sunt:

postea Senatus omnis, at ferreis; aureis vero ii soli qui, vel triumpharent, vel legationem obirent: deinde equestri ordini insigne annulus fuit: plebi enim stante Rep. prohibitus: denique eo devenit annulorum libido, ut singuli digitorum articuli iis graves essent, annulique cuderentur leviores et graviores, æstivi et hyemales.

procul obtinuisse viderant, eorum dignitatem domi collabi, indignum, sibi que deforme esse arbitrabantur.^o

9. Equestris vero ordinis juvenus omnibus annis bis Urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus³⁶ celebrabat,^p [die Lupercalium,^d et Equitum probatione.³⁷] Lupercalium enim mos³⁸ a Romulo et Remo inchoatus est tunc, cum lætitia exultantes, quod his avus Numitor,^e rex Albanorum, eo loco, ubi educati erant,^f urbem condere^g permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui,³⁹ quem Evander^h Argivus consecraverat; facto sacrificio,[†] cæsisque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore provecti, divisa pastoralis turba, cincti pellibus⁴⁰ immolatarum hos-

^o Nam putabant indignum esse et sibi turpe, in urbe imminui eorum dignitatem, quorum integritate viderant auctoritatem publicam habuisse in remotis provinciis suum splendorem.

^p Juvenes vero ordinis equestris exhibebant se per urbem spectandos, sub magnis auctoribus illius ritus, bis singulis annis.



2. 3. et Voss. publica auctoritate.—36 Lipsius malit: sub magnis ductoribus, probante Vorstio, improbante Perizonio.—37 Hæc verba uncis inclusa absunt ab undecim codd. Torrenianis. Vet. et Venett. 4. habent: *Die Lupercalium*: Venet. 5. *Diis Lupercalium*. ‘Videntur hæc verba glossam sapere. Forsan in margine scriptum erat: *De die Lupercalium et equitum probatione*; unde in textum irrepsit.’ Kapp.—38 *Lupercalium mos*, &c. edidit Pighius; sed Torrenius τὸ enim, quod in potiori parte codd. et edd. antiquis apparet, revocavit. Mox Guyetus: *quod iis avus*, &c.—39 Hæc verba: *hortatu Faustuli educatoris sui*, alieno loco posita a viris doctis pro glossa habentur. Mox *Evander Argis* in Brand. 1. 2. septemdecim Torrenianis, cod. S. Victoris, Vet. Mog. et Venett. *Evander Archus* in Dan. Gronovius legendum censet, *Evander Arcas*, probantibus VV. DD.—40 In edd. vett. *cincti omnes*: τὸ omnes, quod in plerisque codd. omittitur, expulit Pighius. Vet. cum sex

NOTÆ

^d *Lupercalium*] De Lupercis in Sacerdotiis Romanorum egimus.

^e *Numitor*] Procæ Sylvii filius, et Rheæ Sylvix pater, qui a fratre Amulio regno ejectus, a nepotibus, occiso Amulio, restitutus est.

^f *Educati erant*] Amulii jussu ad Palatini montis radices expositi, sive ab Acca Laurentia Faustuli pastoris uxore educati sunt, sive a lupa, quæ, dum vagiunt in luto, mammas præbuit.

^g *Urbem condere*] Numitor, ut et

nepotibus propriam tribueret ditio-nem, et fautores Amulii a se remove-ret, Romulo et Remo agros, pecu-niam, arma, mancipia concessit.

^h *Evander*] Carmentis filius, Rex Arcadiæ; qui, quod patrem impru-dens occidisset, regno ejectus venit in Italiam; pulsisque Aboriginibus tenuit illa loca, ubi multo post Roma condita est.

† An. M. 3302. Ol. 7. 1. Urb. C. 1. Ant. C. 751.

tiarum, jocantes obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circuitu feriarumⁱ repetitur. Trabeatos^j vero equites Idibus^k Juliis⁴¹ Q. Fabius^m transvehiⁿ instituit.

codd. *cincti obvios*; undecim codd. *cincti ovinis*; Barb. 2. et Medic. 5. 6. *cincti ovios*. Mox idem Pighius ex quibusdam codd. notavit *jocantes gestierunt*: Ultraj. 1. *metiverunt*. Pro *hostiarum* nonnulli *bestiarum*.—41 Longe major pars codd. cum edd. ante Pighium habent, *Julii*. Deinde Harl. cum

NOTÆ

ⁱ *Feriarum*] Feriæ a feriendis victimis dictæ; aliæ publicæ, aliæ privatæ: publicarum genera quatuor. I. *Stativæ*, statis diebus universo populo communes. II. *Conceptivæ*, quæ, vel a Sacerdotibus, vel a Magistratibus in certos dies concipiuntur, ut Latinæ feriæ. III. *Imperativæ*, quas pro imperio, seu Consul, seu Prætor indicebant. IV. *Nundinæ*, quibus conveniebant rustici, rebus suis provisuri. Feriæ vero privatæ, aliæ familiarum propriæ, ut Corneliæ; aliæ personarum, ut dies natales. ‘Feriarum, festorumque ratio in liberis requietem habet litium et jurgiorum; in servis, operum et laborum.’ Cicero de Legibus lib. II.

^j *Trabeatos*] Suetonius apud Servium tria trabearum genera distinguit; unum e sola purpura Diis consecratum; alterum e purpura et cocco augurale; tertium e purpura albo colore intexta: qua, cum Reges, tum, exactis Regibus, et Consules et Equites, cum Idibus Quintilibus transveherentur, usi sunt.

^k *Idibus*] Romani menses singulos tres in partes tribuebant, Kalendas, Nonas, et Idus: de quibus duo tantum quærimus; unde hæc nomina petita, quotque dies singulis partibus dati. Kalendæ a *καλῶ*, quod apud Græcos idem valet, quod apud nos *voco*. Cum enim mense lunari uterentur, ubi Pontifex primum Lunæ aspectum observasset, vocata in Ca-

pitulum plebe, quot dies ad Nonas superessent, hac formula prædicebat: Si quinque, ‘Dies quinque te voco, Juno Novella.’ Si septem, ‘Dies septem te voco, Juno Novella.’ Nonæ, quasi novæ observationis initium; vel, quod ab eo die ad Idus novem dies putarentur. His diebus Rex Sacrorum ferias menstruas prædicebat. Idus, vel ab ove Iduli, quæ hoc die immolabatur, vel ab Hetrusca voce *Iduare*, hoc est, dividere, quod mensem duas in partes prope æquales dividant. II. Kalendæ certam sedem semper occupant, primum cujusque mensis diem: Nonæ et Idus non item. In Martio, Maio, Julio, et Octobri, Nonæ septimum, Idus decimum quintum: in reliquis Nonæ quintum, Idus decimum tertium. Sicque nonis modo quatuor, modo sex dies tribuuntur: semper, et Idibus novem, et Kalendis sexdecim.

^l *Juliis*] Cum a mense Martio anni principium peteretur, hic mensis, quod ab eo quintus esset, Quintilis dictus est: nomenque suum, Januario et Februario a Numa additis, retinuit. At M. Antonius Consul, teste Macrobio, legem tulit, ut a Julio Cæsare, qui eo mense natus erat, Julius diceretur.

^m *Q. Fabius*] Rullianus.

ⁿ *Transvehi*] Multi quidem de hac pompa scripserunt, sed aliter aliis placet. Eo institutam putat Sigonius, ut Equites de stipendiis legi-

Idem censor cum P. Decio,^o seditionis finiendæ gratia, quam comitia in humillimi cujusque potestatem^p redacta accenderant,⁴² omnem forensem turbam in quatuor tantummodo tribus descripsit,^q easque Urbanas appellavit. Quo tam salubri facto,⁴³ vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus est.^r *



Posthumio Decio: Leid. 6. *post Decium*.—42 Aldus ediderat: *quia comitia . . . accesserant*: quædam aliæ edd. vett. habent *quum*: Brand. 1. 2. Pighiani, Herbip. &c. *quam comitia . . . accenderant*. Ultraj. 1. 2. *humilimi*, quomodo editur ap. Liv. IX. 46. Plures Torreniani, *attenderant*, vel *attenderent*: alii ejusdem *attenderat*, *accederet*, *accederent*, *accenderant*, *accesserant*: Leid. 1. a m. pr. Leid. 5. a m. sec. Leid. 6. et Ultraj. 1. *accenderant*: Voss. *animos accenderant*; codex Lat. Latini vetus: *quia comitia . . . accenderat*, quod non displicet Torrenio.—43 Edd. vett. *tam salubri Reip. facto*: illud *Reip.* omittunt omnes Torreniani. *Po. Ro.* inter lineas habet Copes. Mox codd. fere omnes *alioquin*: Leid. 6. *alioquin in Bellicis excellens*; Copes. *alioquin in bellicis rebus excellens*; quinque Torren. cum Vet. *alioquin in bellicis operibus excellens*. Voss. *cognominandus est*.

NOTÆ

time confectis Censori rationem redderent. Testatur Aurelius Victor, Equites ab æde Honoris olea coronatos ad Capitolium in equis transiisse. Ab utroque Dionysius dissentit; cui tamen libentius assenserim, cum in honorem Castoris et Pollucis, quod victoriam de Latinis anno 257. relatam nuntiassent, hanc pompam celebratam velit; et ab æde Martis per forum in Capitolium tetendisse Equites, qui per tribus et curias ad quinque millia distincti, quasi redirent e pugna, fronde oleaginâ coronati, togisque palmatis insignes essent; quorum alii coronas, alii torques, pars phaleras, hastas, armillas, singuli singula, et præmia virtutis, et bellicæ laudis insignia magnifice ostentarent. Dignum sane majestate Imperii spectaculum.

^o *Cum P. Decio*] P. Decii Muris filius, qui quatuor Consulatus, et

Censura nobilis, paternum secutus exemplum, se devovit, suisque victoriam de Gallis et Samnitibus morte sua peperit. Ita Livius.

^p *In humillimi cujusque potestatem*] Id Appii Claudii prava lectione factum est, qui Censor, humilibus per omnes tribus divisus, forum et campum corruerat, inquit Livius.

^q *Tribus descripsit*] Quot tribus Romæ fuerint, quo tempore, a quo singulæ, vel institutæ, vel aliis additæ sint, jam diximus in Magistratibus Romanorum.

^r *Maximus cognominatus est*] Ita etiam Livius lib. IX. ‘Adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis sibi non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.’

* An. M. 3750. Ol. 119. 1. Urb. C. 449. Ant. Ch. 303.

CAP. III.

DE MILITARIBUS INSTITUTIS.

1 Capite censi milites primi.
2 Militaris exercitatio.

3 Velitum primus usus.

LAUDANDA etiam populi verecundia est, qui, impigre se laboribus et periculis militiæ offerendo, dabat operam, ne imperatoribus capite censos^a sacramento^b rogare esset necesse, quorum nimia inopia suspecta erat,^{a c} ideoque his publica arma non committebantur.¹

1. Sed hanc diutina usurpatione firmatam² consuetudinem C. Marius capite censum legendo militem^d abruptit.* Civis alioqui magnificus, sed, novitatis suæ conscientia, vetustati³ non sane propitius: memorque, si militaris igna-

^a *Efficiebat, ut Imperatores non opus haberent exigere juramentum a pauperibus civibus, qui capite censebantur.*

1 Codd. septem, inter quos Copes. *committebant*; et sic in Vet. *committebat* in uno.—2 Copes. cum uno Rhem. *observatione formatam*; novem Torreniani et Vet. etiam, *formatam*. Vet. *legendo militie*.—3 Bitur. 1. cum uno Rhem.

NOTÆ

^a *Capite censos*] Qui capite censi dicerentur ut facilius intelligas, Romanos omnes in duos quasi ordines tribuere libet; quorum alter jus haberet suffragii, alter non item; res illius, hujus nomina tantum et personæ censerentur; hujus nulla classis, ille in quinque classes divisus esset: qui enim centum millia æris, vel eo plus possiderent, primæ classis erant; qui infra centum ad 75. millia, secundæ; qui 50. tertiæ; qui 25. quartæ; qui undecim, quintæ; qui vero aut nullo aut perexiguo ære censebantur, hi capite censi; qui eo nomine erant a militia immunes, quod illis familia aut nulla, aut tenuis esset. Ita Gellius lib. xvi. c. 10.

^b *Sacramento*] Quia in verba Impe-

ratoris jurare tenebantur, se quocumque duceret ituros, nec a signis discessuros.

^c *Nimia inopia suspecta erat*] Ne aut ad hostes deficerent, aut prædæ magis cupiditate, quam amore patriæ, militiam susciperent.

^d *Capite censum legendo militem*] Ad bellum Jugurthinum scripsit milites, non ex more majorum, neque ex classibus; sed uti cujusque libido erat; capite censos plerosque: quod factum, vel inopia bonorum, vel ambitione Marii; quod ab eo genere celebratus erat, et homini potentiam quærenti egentissimus quisque opportunissimus erat. Hæc Sallustius.

* An. M. 3947. Ol. 168. 2. Urb. C. 616. Ant. C. 106.

via⁴ humilitatem spernere perseveraret, se a maligno virtutum interprete velut capite censum imperatorem compelli posse. Itaque fastidiosum delectus genus^e in exercitiis Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipsius quoque gloriæ sugillationem penetraret.^b

2. Armorum tractandorum meditatio^c a P. Rutilio^f consule, Cn. Mallii^g collega, militibus est tradita. Is enim nullius ante se imperatoris exemplum secutus, ex ludo^h Cn.

^b *Civis alioqui præstantissimus; sed quod sciret se humili loco natum, infensus nobilibus; et memor, si milites ignavi pergerent contemnere abjectionem novorum hominum, posse se ab injusto æstimatore veræ virtutis appellari Imperatorem capite censum: quare censuit superbam rationem eligendi milites delendam esse in Romanis exercitiis, ne notata humilitas eorum, qui capite censentur, ipsius gloriam imminueret.*

^c *Exercitatio armorum tractandorum.*

conscientia spretus vetustati.—4 Lipsius legere malit: *si militaria signa . . . perseverarent.* Quod editur, constanter tuentur omnes codd.—5 Nonnulli

NOTÆ

^e *Delectus genus*] Legendi militis hæc ratio fuit. Consul in Capitolio, nonnunquam etiam in campo, ad vitandas Tribunorum intercessionem, quibus ibi non erat locus, in sella curuli sedebat: tum per Tribunos, et tribum, et classem ducta sorte, ne alia alii prælata videretur, eligi moris erat: deinde vocata tribus in centurias suas ibat; post ex singulis centuriis milites pro censu et classe nominatim appellabat: erat enim ad manum tabulæ, in quibus singulorum et nomina, et ætas, et opes scriptæ. Nunquam sorte, nisi in tumultu, electi: si qui militiam detrectarent, eorum bona aut direpta, aut vendita; et aliquando ipsi vel servitute, vel morte mulctati.

^f *P. Rutilio*] Patre Consulari natus erat, discipulus Panætii, vir eruditus, et in Stoicis prope perfectus. Postquam Silanus a Cimbris victus, et

oppressi cum toto exercitu Manlius et Cæpio; Rutilius, cui Italia obvenerat, jussus est juventutem omnem sacramento adigere, legiones novas scribere, et aliquanto post Publicanorum causa injuste damnatus Smyrnam secessit.

^g *Cn. Mallii*] Mirum, quam variis modis nomen hujus Consulis apud auctores legatur. Eusebio et Orosio M. Manilius: Cassiod. C. Manilius, Livio, Sallust. et Tacito M. Manilius: Ciceroni Cn. Manilius; in tabulis Græcis Cn. Mallius: homo ignobilis, sine ingenio, sine virtute, Q. Catulo viro præstantissimo, populi suffragiis, teste Cicerone, prælatus fuit: a Cimbris cum duobus filiis totoque exercitu cæsus est.

^h *Ex ludo*] Gladiatorio; plures enim erant in urbe, Gallicus, Dacicus, Magnus, Mamertinus, Æmilii, quibus præerant lanistæ.

Aurelii Scauri⁵ doctoribus gladiatorum arcessitis, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingeneravit: ^d virtutemque arti,⁶ et rursus artem virtuti miscuit; ut illa impetu hujus fortior, hæc illius scientia cautior fieret.†

3. Velitumⁱ usus eo bello primum repertus est, quo Capuam^j Fulvius Flaccus^k imperator⁷ obsedit.¹ Nam cum equitatui Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Nævius centurio e peditibus lectos expediti corporis, brevibus et incurvis⁸ septenis armatos hastis, parvo tegmine munitos, veloci saltu jungere se equitantibus, et rursus celeri motu delabi instituit: quo facilius equestri prælio sub-

^d *Evocatis magistris gladiatorum ex schola gladiatoria Cn. Aurelii Scauri, introduxit datis certis legibus modum quandam subtiliorem ictus et vitandi et inferendi.*



Torreniani: ex ludo Gaii Scauri; Copes. cum quodam alio: ex ludo Celi Scauri; Perizon. ex ludo C. Aurelii Claudii; edd. vetustissimæ: ex ludo C. Aurelii; quatuor: ex ludo C. Mallii; Veneti. cum uno cod. ex ludo C. Mallii. Mox edd. vet. accessitis; Dan. et Brand. 1. 2. arcessitis. Pro legibus Pighius in margine annotavit, legionibus.—6 Copes. virtutemque arti commisit: Pighius legit virtutemque a. et r. a. v. immiscuit. Quatuordecim Torren. cum edd. vet. omnibus, virtute miscuit.—7 Vox imperator abest a Brand. 1. 2. et Voss. Mox iidem cum Bitur. 1. Leid. 5. et Perizon. excursionibus; Leid. 7. excursionibus. Copes. milites nostri.—8 Vet. brevibus et inturmis; unde Lips. Q. Nævius Centurio: e. p. l. e. c. b. et infirmis s. a. hastis parvæ tegmine munitos. Harl. Q. Nævius; Perizon. Q. Mevius: Ultraj. 1. omittit, brevibus. Mox, septemdecim codd. cum Vet. habent, equitantibus, ut Aldus et Chalc. edide-

NOTÆ

† An. M. 3949. Ol. 168. 4. Urb. C. 648. Ant. C. 104.

ⁱ *Velitum*] Velites, quasi volantes, ex Festo. Ex omnibus legionibus electi juvenes erant maxime vigore et levitate corporum veloces; qui juncti equitibus pugnarent, docti in equos pone equites insilire; et ubi signum datum esset, desilire perniter: quare equites ante pugnam, pedites in pugna; ferentariis nostris, vulgo *Dragons*, in eo tantum absimiles, quod illi alienis equis, hi propriis vehuntur.

^j *Capuam*] Ad Vulturum, totius

olim Campaniæ longe nobilissimam, et in Italia Romæ æmulam; luxuriæ et superbiæ domicilium, ex Cicerone. Hodie *Capoue*.

^k *Fulvius Flaccus*] Q. Fulvius Flaccus ex nobili Fulviorum stemmate, qui, tribus Consulatus et Censura perfunctus, rem contra Annibalem gerebat.

¹ *Obsedit*] Bis hoc anno Capuam obsedit Fulvius, semel ante urbem ab Annibale obsessam, iterum depulso ab urbe Annibale. De Capuæ clade postea.

jecti pedites, viros pariter atque equos hostium telis incesserent.^{e 9} ‡ Eaque novitas pugnae unicum Campanae perfidiae^m debilitavit auxilium. Ideoque auctori ejus Nævio adhuc¹⁰ honos est habitus.

^e *Munitos brevi scuto edocuit et levi saltu in equos post terga equitum ascendere et deinde celeri lapsu desilire in pedes; ut pedites juncti in praelio equitibus facilius lacesserent telis milites simul et equos hostium.*

rant. Torrenius malit, *delabi*, sc. de equis.—9 Copes. *equos hostium intercesserunt*; Perizon. *telis inequiterent*.—10 Colerus pro *adhuc malit, ad hoc*; Lips. vero, *a duce*.

NOTE

‡ An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C. Cannensem pugnam ad Pœnos defecissent. 542. Ant. C. 210.

^m *Campanae perfidiae*] Quod post

CAP. IV.

DE SPECTACULIS.

- | | |
|------------------------------------|--------------------------------------|
| 1 Theatra primum ædificata. | 5 Primi sæculares. |
| 2 Loca ordinibus primum attributa. | 6 Ornamenta et luxus ludorum. |
| 3 Origo scenicorum ludorum. | 7 Gladiatorium et athleticum primum. |
| 4 Origo sæcularium. | |

1. PROXIMUS militaribus institutis ad urbana castra, id est, theatra,^{1a} gradus faciendus est: quoniam hæc quoque

1 *Vet. castra, id est, ad theatra*; sex codd. Torreniani, *castra c. theatra*; Leid. 6. *castra idem Theatra*. Voss. delet *τὸ theatron*. Mox *excogitata namque* ediderunt Aldus et Chalc. *excogitataque*, quod exhibent omnes codd. et cdd.

NOTÆ

^a *Theatra*] Varia Romæ fuit, pro varietate temporum, ludorum spectandorum ratio. Primum, quibus erat animus, dexteritatis, aut firmitatis, aut pernicitatis dare specimen, in diem et locum dictum conveniebant; et inde iudices, hinc circumfusa turba spectabat: deinde, quod alii aliis objectu corporum nocerent, locus circum undique aggestis cespitibus factus est altior, medius depressior: post subsellia sibi quisque attulit. Ubi vero Messalla et Cassius theatrum faciendum locarunt, magna Romæ identidem theatra visa sunt; præ ceteris tamen maxime ce-

sæpenumero animosas acies instruxerunt, excogitataque cultus Deorum,^b et hominum delectationis causa, non sine aliquo pacis rubore voluptatem et religionem civili sanguine, scenicorum portentorum gratia, macularunt.^a

2. Quæ inchoata quidem sunt a Messalla, et Cassio^c censoribus; ceterum auctore P. Scipione Nasica^d omnem apparatus operis eorum subjectum hastæ^e venire² placuit.^{b*} Atque etiam³ Senatusconsulto cautum est, 'ne quis in Urbe, propiusve passus mille, subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet,' ut scilicet remissioni animorum juncta standi virilitas propria Romanæ gentis nota esset.^{c†}

3. Per quingentos autem et quinquaginta octo⁴ annos senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit. Sed

^a Cum de militaribus institutis dixerim, nunc loquar de Theatris, quæ sunt quasi castra urbana, in quibus sæpe instruntur turmæ gladiatorum, velut acies fortiter inter se dimicantes: nam theatra, exstructa ob Deorum cultum, et delectationem hominum, dederunt spectantibus voluptatem pacis tempore erubescendam: quia in præliis scenicis, quod monstruosum videtur, sæpe civilis sanguis effusus est.

^b Verum hortante P. Scipione Nasica placuit omnem illius theatri apparatus vendi subjectum auctioni publicæ, quæ fiebat sub hasta.

^c Ut scilicet ille habitus standi dignus viris fortibus junctus cum animorum remissione cognosceretur esse proprius Romanæ gentis.



vett. revocavit Pighius. Perizon. *Deorum hominum sine copula.*—2 Gudius legit, *venire.*—3 *Itaque etiam Ultraj. 2. Atque etiam eodem Senatus consulto Harl. propius sex passus mille Bitur. 1. ve delent quatuor cum Ultraj. 1. Tres Torreniani: posuisset sedens, ne ludos spectare; et sic Mog. quinque: posuisse, sedens vel jacens ludos spectare vellet; Perizon. sedens sive ludos. Mox remissioni ludorum in nonnullis: juncta deest in duodecim cum Vet. et Mog. unde Perizonius malit remissione, vel in remissione: Venett. cum Ald. Ascens. et ceteris: remissioni animorum injuncta; et huc alludit Leid. 6. exhibens, invicta.*—4 Harl. Bitur. 1. Ultraj. 1. 2. Leid. 5. et Mog. *quinquaginta et octo: Voss. delet*

NOTE

lebrantur theatra Sp. Mummii, M. Scauri, et Curionis, temporaria: et Pompeii Magui ex lapide quadrato stabile.

^b *Cultus Deorum*] Ludi enim Diis consecrati, venatio Dianæ, Marti gladiatores, vocis et organorum centus Apollini et Musis, et alii aliis.

^c *Messalla et Cassio*] Ille M. Valerius Messalla, hic C. Cassius Longi-

nus; uterque Consul fuerat, hic anno 583. ille anno 593.

^d *Scipione Nasica*] Qui Coreulum vulgo dictus est.

^e *Hastæ*] Figebatur hasta in autionibus publicis.

* An. M. 3900. Ol. 156. 3. Urb. C. 599. Ant. C. 153.

† An. M. 3904. Ol. 157. 3. Urb. C. 603. Ant. C. 149.

hunc morem Atilius Serranus,^f et L. Scribonius ædiles, ludos Matri Deum^g facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis senatus^h et populi locis, solverunt: eaque res averfit vulgi animum, et favorem Scipionis magnopere quassavit.‡

4. Nunc causam instituendorum ludorum ab origine sua repetam.⁶ C. Sulpitio Betico,⁷ C. Licinio Stoloneⁱ Coss.* intoleranda vis ortæ pestilentiae civitatem nostram, a bellicosis⁸ operibus revocatam, domestici atque intestini mali cura afflixerat. Jamque plus⁹ in exquisito et novo cultu religionis, quam in ullo humano consilio, positum opis videbatur. Itaque placandi cœlestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures præbuit, ad id tempus¹⁰ Circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis,^j Consualium^k nomine celebravit. Ve-

octo.—5 Copes. *Atilius Serranus*; Barb. 1. *Atilius Geranius*; Voss. *Atilius Scripius et L. Carbonius*; Ultraj. 1. *Atilius Serranus et L. Scribonius*; Dan. *Atilius Serranus*; Perizon. et Leid. 5. *Atilius Serranus*; Leid. 6. *Atilius Serranus*. Mox Vet. Mog. Venett. et quatuordecim codd. Torreniani, *posterioris*.—6 Dan. *ab origine repetam*.—7 Pighius legit *Petico*. Duodecim Torren. habent, *Betico*, sen *Bethico*; unus *Retico*: duo, *Cn. Licinio Stolone*: tres, *C. Licinio Scolone*. Leid. 5. *vis orta*.—8 Pighius ex Cauch. edidit, *a bellicis*, contra alios codd. et edd. vett.—9 *Itaque plus* Barb. 1. Deinde duo, *positum operis*; duo, *positum opus*. Hæc verba *opis* et *op'is*, i. e. *operis* sæpe confunduntur.—10 Pighius ex Cauch. *usque ad id tempus*: vox *usque* abest a Brand.

NOTÆ

^f *Atilius Serranus*] C. A. et M. ab auctoribus vocatur. Ipse primus Megalesiæ ludos scenicos edidit, Prætorque classem sortitus Macedonum naves multas mersit. Quis ille Scribonius Libo, incertum.

^g *Ludos Matri Deum*] Megalenses ii ludi eo dicti sunt, quod Pessinunte, unde Romam Dea illa advecta est, celeberrimum fuerit his temporibus illius templum, *Megalesion*. Fuit Ædilium Curulium hos ludos in palatio per sex dies edere, quos Prætores et Magistratus in toga et prætexta celebrarent; cives omnes conviviis et sodalitatibus.

^h *Discretis senatus*] Senatoria subsellia non in Megalensibus ludis, sed

in Romanis a populari consessu separata tradit Livius; Valerio tamen assentitur Cicero.

‡ An. M. 3860. Ol. 146. 3. Urb. C. 559. Ant. C. 193.

ⁱ *C. Sulpitio Betico*, *C. Licinio Stolone*] Peticus quatuor Consulatus, Dictatura, triumpho nobilis. Stolo uno Consulatu et plebis Tribunatu notus.

* An. M. 3690. Ol. 104. 1. Urb. C. 389. Ant. C. 363.

^j *Raptis virginibus*] Ordinata enim civitate connubia novo populo, cum a finitimis non impetrasset, extorsit, et Consulibus ludis Sabinas aliasque virgines, quæ visendi studio confluxerant, rapi jussit.

rum, ut est mos hominum parvula initia pertinaci studio prosequendi, venerabilibus erga Deos verbis¹¹ juvenus, rudi atque incomposito motu corporum jocabunda, gestus adjecit.^d Eaque res ludium ex Hetruria¹² arcessendi causam præbuit: cujus decora pernicitas vetusto ex more Curetum¹ Lydorumque,^m a quibus Hetrusci¹³ originem traxerunt, novitate grata Romanorum oculos permulsit. Et quia ludius apud eos Histrio appellabatur, scenico^o nomen Histrionis inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad satirarum^p modos¹⁴ perrepsit: a quibus primus omni-

^d Verum, ut homines solent studio pertinaci augere res ab initio parvo cæptas, juvenus ludens verbis in Deorum honorem compositis, miscuit varios gestus et saltationes corporis motu agresti et incomposito.



1. 2. et viginti duobus Torren. Mox Bitur. 1. quod primo Romulus.—11 Ita Pighius ex codd. et sic Brand. 1. 2. Vet. et Mog. obsequiis juvenus . . . gestus dedit habent Venett. Aldd. Chalc. &c. obsequiis est etiam in Voss. et uno Rhem. dedit in Medic. 6. et codice Tollii.—12 Copes. et Harl. ludium Etruria. Vet. pro arcessendi exhibet exercendi. Mox eadem cum septemdecim codd. Torren. et Mog. causam dedit. Guyet. conj. quorum pro cujus: Vet. cujus decora pertinacitas.—13 Vet. cum multis codd. Torren. Tusci. Eadem, originem acceperunt vel traxerunt. Mox pro Histrio VV. DD. malint, Hister.—14 Codex Colinariensis Coleri: satyrarum mores: edd. antiq. perrexit: Pighius restituit perrepsit, quod habent Brand. 1. 2. Ultraj. 1. multi Torren. et Vet. Mox spectantium oculos et animos in edd. ante Pighium: oculos et

NOTÆ

^k Consualium] A Conso Deo, cujus aram Romulus sub terram se reperisse dicebat; sive Neptunus Equestris ille Consus esset, sive quivis alius Deus, qui rapiendarum virginum ipsi auctor fuerit. In his ludis cum multa, tum id maxime ridiculum fuit, quod et equos et asinos non modo otuari sinerent, sed floribus etiam coronarent.

¹ Curetum] Qui primum in Phrygia ad montis Idæ radices, tum in Creta, denique in Græcia habitarunt; multa de his Strabo, quem, si plura requiris, consule lib. x. hæc enim cum et incerta sint, et fabularum licentia pleraque corrupta, a nobis omittuntur.

Delph. et Var. Clas.

^m Lydorumque] Asiæ mincris populi fuerunt, qui propter Phrygiam Pactoli ripas incolabant.

ⁿ A quibus Hetrusci] Aty duo erant filii, Lydus et Tyrrhenus: cumque regio ingenti fame laboraret, ducta sorte e duobus filiis retinuit Lydum, Tyrrhenum cum magna populi parte foras abire jussit: qui in eam appulit Italiæ partem, quam nomine suo Tyrrheniam appellavit. Nunc *la Toscane*.

^o Scenico] A verbo Græco σκηνή, *umbra*, quod ante theatrorum usum sub frondibus et umbraculis carmina decantare solerent pastores.

^p Satirarum] Satira fabula est in qua Tragici Poëtæ nec Heroas, nec

Val. Max.

R

um poëta Livius^q ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isque sui operis actor,¹⁵ cum sæpius a populo revocatus^r vocem obtudisset,^e adhibito pueri et tibiae concentu, gesticulationem tacitus peregit. Attellani^s autem ab Oscis^t acciti sunt: quod genus delectationis Italica severitate temperatum, ideoque vacuum nota est:^f nam neque tribu¹⁶ movetur,^u neque a militaribus stipendiis repellitur.

^e *Isque actor sui operis, cum sæpius a populo in scenam revocatus ad agendum, vocem suam raucam fecisset.*

^f *Et ideo actor fabulæ Attellanæ nulla infamia notatur.*



non habent codd.—15 Undeviginti codd. *actor*; et sic in Mog. et Leid. 7. ab alia manu: *actor* in Vet.—16 Vet. *a turbis*; et mox *stipendiis rependitur*.

NOTÆ

Reges, sed Satiros induxerunt ludendi causa, jocandique, ut inter res tragicas seriasque spectator Satiorum joci et lusibus delectaretur: unde postea argutum poëma hexametro versu confectum Satiræ nomen accepit; quale extat Horatii, Juvenalis, et Persii. In tragædias Satiros a Latinis receptos vix putem; sed in comædias a Livio Andronico primum inductos, deinde in Attellanas fabellas aliquanto post demigrasse indicat Livius lib. VII. Nominis ratio alia ab aliis affertur; a Satiris ego dictos arbitror, quod ridiculæ res et pudendæ, quales a Satiris fere et proferuntur et fiunt, in his fabellis dicerentur. Hæc Diomedes Grammaticus, et Aldus Manutius.

^q *Poëta Livius*] Andronicus, homo Græcus, qui a M. Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate et familia donatus, primus Romæ fabulam docuit, Q. Claudio Cethego, Cæci filio, et M. Sempronio Tuditano Coss. anno ipso antequam natus est Ennius, post urbem conditam 514. duplici laude clarus; quod et poëta et actor suarum fabularum fuerit. Ita

Cicero, Gellius, et alii.

^r *Revocatus*] Dum fabellas suas diceret Livius, populo interdum ita placuit, ut ad principium ab eò revocatus sæpius, vocem obtuderit: tum ille, et puerum et tibicinem accivit, quorum alter voce caneret, alter tibia, dum ipse utriusque et modos et cantus motu corporis subsequeretur.

^s *Attellani*] Ludiones ab Attellis, quæ Campaniæ civitas est, nunc *Aversa*, Romam acciti: quorum fabellæ cum turpiores essent, Romana severitate ita temperatæ sunt, ut in iis pauca obscæna, joci vero multi, multique sales. In duobus potissimum Attellanæ a Satiris differebant, quod in illis obscænae personæ inducerentur; in his vero, vel Satiri fere, vel si quæ sunt personæ Satiris similes, ut Silenus, ut Autolycus: et Attellanis semper servare personam jus fuerit, Satiris non item.

^t *Ab Oscis*] Campaniæ populis, qui a verborum, quibus utebantur sæpius, turpitudine nomen sortiti; unde obscæna verba pro impudicis vulgo dicimus.

5. Et quia ceteri ludi ipsis appellationibus unde trahantur, apparet, non absurdum videtur, Sæcularibus^v initium suum, cujus generis minus trita¹⁷ notitia est, reddere. Cum ingenti pestilentia Urbs agrique¹⁸ vastarentur, Valesius,^w vir locuples, rusticæ vitæ,¹⁹ duobus filiis et filia ad desperationem usque medicorum laborantibus, aquam calidam iis a foco petens, genibus nixus, Lares familiares,^x ‘ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent,’ oravit. Orta deinde vox est,²⁰ ‘habituum eos salvos, si continuo flumine Tiberi^y devectos Tarentum^{21 z} deportasset,



—17 Ita Dan. unus Brand. undecim Torren. cum priscis edd. *certa malit Pighius; instructa* duo Torren.—18 *Urbs antiqua agrique* Venett. cum aliis edd. vett. *Urbs atque agri* legit Glareanus. Nostram lectionem testantur omnes codd. Pigh. et Torren. cum Vet. et Mog.—19 Ultraj. 1. *rusticæ vitæque plebeæ*: unus Rhem. delet *medicorum*: in Voss. desunt: *aquam calidam iis a foco petens*. Mox Harl. *innixus*; et sic edd. vett. *fixus* unus atque alter Torren. *Lares Deos* Ultraj. 1.—20 Quidam delent *est*. Leid. 2. *habituros*; unde Torren. conj. *abituos*. Deinde *Tiberis* Pigh. Coler. Thys. Delph. &c. *Tiberi* Mog. et duodecim codd.—21 *Terentum* emendat Rutgersius, probante Gudio, et sic olim ediderant Mediolanenses et Aldus: *Tirentum* Ultraj. 1. 2. *Tarentum* in aliis codd. Pro *deportasset* quindecim cum edd. vett. *portasset*;

NOTÆ

^v *Tribu movetur*] Ceteri, qui artis ludicræ causa in scenam prodirent, infames erant.

^v *Sæcularibus*] Qui vel centesimo decimo, ex Horatio, vel centesimo quoque anno, ex Livio et Varrone, per triduum omni genere, tum ludorum tum sacrificiorum, celebrabantur: ritus omnes persequi infinitum sit; utilius erit, opinor, quoties hi ludi Romæ, quoque tempore exhibiti sint, breviter inquirere. Novies omnino factos esse affirmare possum idoneis auctoribus Dione, Herodiano, Eutropio, Zosimo, et Eusebio. Primum quidem anno ab Urbe condita 52. ex Zosimo; secundum sub Valerio Publicola; tertium et quartum sub Consulibus, ex Livio, Gellio, et aliis apud Zosimum; quintum sub Augusto; sextum sub Claudio; septimum sub Domitiano; octavum sub Septimo Severo, ex Dione et Hero-

diano; denique sub Philippo anno Urbis millesimo, ex Eutropio et Eusebio. Unum tamen te monitum velim, hos omnes ludos non stato tempore, sed alios citius, alios serius celebratos. Ita fere Politianus libri Miscellaneorum cap. 58.

^w *Valesius*] Homo dives, et in gente Sabina nobilis, unde nomen et familia Valeriorum.

^x *Lares familiares*] Qui focis præerant; cum enim priscis temporibus defuncti sepelirentur in ædibus; inde factum est, ut eorum manes pro Diis familiaribus habiti sint; quos pelle canina ideo vestiebant: quod haud aliter ac canes domesticis custodiæ, alienis vero terrori essent.

^y *Tiberi*] Flavius Italiæ post Padum nobilissimus, qui oritur ex Apennino, Romam alluit, et in mare Tyrrhenum dilabitur. Hodie *Le Tibre*.

^z *Tarentum* [*Terentum*] Sic legen-

ibique ex Ditis patris,^a et Proserpinæ ara petita calda,^b recreasset.²² Eo prædicto²³ magnopere confusus, quod et longa et periculosa navigatio imperabatur; spe tamen dubia præsentem metum²⁴ vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus detulit, (habitabat enim in villa sua²⁵ propter vicum Sabinæ regionis Eretum,) ^{26 c} ac lintre^d Ostiam^e petens, nocte concubia ad Martium campum^f appulit. Siti-entibusque ægris succurrere cupiens,²⁷ igne in navigio non suppetente, ex gubernatore cognoscit, haud procul appa-



Vet. potasset.—22 Ita Pighius ex Camp. et sic Brand. 1. 2. Barb. 1. 2. Rhem. 2. 3. Medic. 4. Ultraj. 1. 2. et Perizon. *petita aqua calida, quam illi desiderarent, recreasset* Ald. et Chalc. *petita aqua calida quam illi desiderant* in nonnullis: *desiderarant* Harl. Voss. et Leid. 6.—23 *Eo dicto* quatuor Torren. *Ex prædicto* Leid. 6.—24 Codex Perizon. Ultraj. 1. Vat. 1. et Barb. 1. 2. *spem t. dubiam præsentem metu*: Harl. *spem inde dubiam præsentem metu*: Leid. 2. et Vat. *spe tamen dubia præsentem metu*.—25 In Medic. 5. *deest sua*, quod additum videtur Colero.—26 ‘*Vet. propter vicinum Sabinæ regionis. Fretum alince Ostiam. Alii prope; alii fretum, fletum, &c. Locum recte constituit Pighius.*’ Kapp. *prope vicum S. r. Heretum* in nonnullis vett. *prope vicinum S. r. fretum* in Vett. Vossius locum ita constituit: *propter vicum S. r. et nocte c. a. campum M. appulit lintre hostiam petens. Sex codd. hostiam*, et sic in quibusdam Torren.—27 Dan. *subvenire cupiens*: duo Rhem. *Sitientibus, qui*

NOTE

dum, non *Tarentum*: fuit pars quædam Tiberis in urbe, quod ex Ovidio et Martiali certum est. Sic Ovidius Fast. 1. ‘*Jamque ratem monitu doctæ Carmentis ad arcem Egerat, et Tuscis obvius ibat aquis. Fluminis illa latus cui sunt vada juncta Terenti Aspicit, et sparsas per loca sola casas.*’ Et Martialis lib. x. ‘*Bis mea Romano spectata est vita Terento.*’

^a *Ditis patris*] Plutonis, qui Dis appellatur, vel quod terrena vis omnis, et natura ipsi dicata putaretur. Ita Cicero. Vel quod minime dives sit, cum mortui bonis omnibus careant. Ita Quintilianus, de Proserpina lib. i. cap. i.

^b *Calda*] Pro aqua calida; sic enim veteres sæpe locuti sunt: quin etiam Martialis ipse: ‘*Frigida non deerit, non deerit calda petenti.*’

^c *Eretum*] Oppidum est dictum a *Junone*, id est, Ἥρας, quæ ibi colitur, ut vult Servius; Stephano Ἡρώτος dicitur; Dionysio et Straboni, *Eretum*: hodie, *Monte Ritondo*.

^d *Lintre*] Linter genus est naviculæ brevis, quæ trajiciendis fluminibus apta est.

^e *Ostiam*] Urbem in Maris et Tiberis confinio ab Anco Martio conditam. Nunc *Ostie*.

^f *Martium campum*] Qui Marti sacer erat, extra urbem ad portam Flumentanam, a Caia Tarrasia Vestali Virgine populo donatus. Mos erat hoc in loco creari Reges et Magistratus, ex Dionysio; summorum virorum et cremari corpora, et statuas erigi: exorto tumultu haberi delectum: juventutem cursu, saltu, pilis, funda, sagittis, arcu, ad armorum tractationem exerceri.

re fumum. Et ab eo jussus egredi Terentum²⁸ (id ei loco nomen est) cupide arrepto calice, aquam flumine haustam eo, unde fumus erat obortus, jam lætior pertulit, divinitus dati remedii quasi vestigia quædam in propinquo nactum se existimans: inque solo magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis levibus, et quæ fors²⁹ obtulerat nutrimentis, pertinaci spiritu flammam evomuit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit.[§] Qua potata,³⁰ salutari quiete sopiti, diutina vi morbi repente sunt liberati; patrique indicaverunt, ‘vidisse se in somnis,³¹ nescio a quo Deorum spongia sua corpora pertergi, et præcipi, ut ad Ditis patris et Proserpinæ aram, a qua fuerat potio ipsis allata, furvæ hostiæ[§] immolarentur, lectisterniaque et ludi³² nocturni fierent.’ Is, quod eo loci nullam aram viderat, desiderari credens, ut a se construeretur,³³ aram emurus in Urbem perrexit, relic-

[§] Cupide calice arrepto lætior ob auditum Terenti nomen aquam haustam ex fluvio pertulit in eum locum, ubi fumus visus fuerat: arbitratus se invenisse in hoc loco non remoto remedium a Diis Laribus ipsi indicatum: et dum constanter confidit omni oblato, in terra, qua fumabat, etsi nullæ ibi essent ignis reliquæ, elicuit continuo flatu flammam ex congestis in unum locum ignis fomentis, quæ ibi invenerat; et dedit aquam, &c.

ægris. Vulgatam tinentur omnes Torreniani cum vett.—28 *Terentum* in codd.—29 Aliquot codd. cum plerisque edd. ante Pighium exhibent *sors*. Unus Rhem. *foci nutrimentis*. Deinde *flammam emovit* ex Camp. legit Pighius; et sic Barb. 1. Voss. quinque Medic. et septem Torren. Lectionem nostram testantur Brand. 1. 2. cum septemdecim Torren. et Vet. Torrenius malit, *evocavit*. Mox pro *dedit* Perizon. Bitur. 1. et Leid. 2. cum codice Tollii.—30 *Qua pota* Pighius et qui eum sunt secuti. Nostram lectionem ex viginti codd. et edd. vett. restituit Torrenius. Pro *sopiti* Vet. cum Vat. 1. Copes. Barb. 1. ab alia manu, et Leid. 6. in marg. *potiti*.—31 Ita Brand. 1. 2. Harl. Voss. Leid. 5. 7. Perizon. Ultraj. 1. 2. Mog. et Ald. *in somniis dedit* Pighius; et deinde, *quos nescio Deorum . . . pertergere et præcipere*: aliquot codd. *spongea*. Venett. *a nescio quo*: Vorst. legit: *a quo nescio D. corpora sua pertergi, ac præcipi*: duo codd. Lipsii habent *prætergi et præcipi*: codd. Pighiani, *pertergere et præcipere*: Ultraj. 1. Harl. et unus Rhem. *pertergeri*: Voss. cum uno Rhem. *detergeri*: Leid. 2. *retergeri*: codex Basil. *a nescio quo D. viscera sua prætergui et præcipi*.—32 Multi codd. habent: *lectisterniaque et ludi*, quod præferunt etiam omnes edd. ante Pighium, qui *lectisterniu ludi*que eddidit.—33 Vet. cum nonnullis codd. *constitueretur*. Mox pro *emurus* duo Rhem.

NOTE

[§] *Furvæ hostiæ*] Nigræ: veteres feris nigras immolabant. enim Diis superis albas victimas, in-

tis, qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. Hi domini imperium exequentes,³⁴ cum ad xx. pedum³⁵ altitudinem humo egesta pervenissent, animadverterunt aram Diti patri^h Proserpinæque inscriptam. Hoc postquam Valesius nuntiante servo accepit, omisso emendæ aræ proposito,³⁶ hostias nigras, quæ antiquitus furvæ dicebantur, Terenti immolavit: ludosque et lectisternia,ⁱ continuis tribus noctibus, quia totidem filii³⁷ periculo liberati erant, fecit.

Cujus exemplum Valerius Poplicola,^{38j} qui primus consul fuit, studio succurrendi civibus, secutus, apud eandem aram publice nuncupatis votis, cæsisque atris bubus, Diti maribus, fœminis Proserpinæ, lectisternioque, ac ludis trinoctio factis, aram terra, ut ante fuerat, obruit.†

6. Religionem ludorum crescentibus opibus secuta lautitia³⁹ est. Ejus instinctu Q. Catulus^k Campanam imita-

epictus: unus Rhem. *construendorum*: Copes. omittit *terram*.—34 *Hi deinde imperium obsequentes* Voss. *Hii* tres codd. *Hi* in aliis.—35 Lipsius malit *denum pedum*; alii *decem pedum*: sed codd. vulgatam tuentur.—36 In Atreb. et multis aliis: *emendæ aræ proposito*; Gudius conj. *erigendæ*.—37 'Atqui habuit duo tantum filios, et unam filiam. Hinc Colerus et Guyetus malint *liberi*, quod in Colmar. tribus Rhemens. et Ms. Pontani est. Verum sub nomine *filii* comprehendit Valerius etiam *filiam*, ut Livius 1. 39. per 'reges' intelligit 'regem' et 'reginam.' Loca alia vide in Gesneri Thes. L. L.' *Kapp.* Leid. 5. *totidem pueri*.—38 Multi codd. cum edd. vett. *Publicola*. Deinde in plurimis, *bobus*; et sic quoque in edd. vett.—39 Ita ex conj. edidit Pighius; ita quoque Perizon. a m. sec. et septem Gudiani a m. pr.

NOTÆ

^h *Aram Diti patri*] Hujus aræ, si Zosimo credimus, hæc origo fuit: orto bello Romanos inter et Albanos, am instructa ad prælium utraque acies erat; cum ecce subito existit quidam furva pelle amictus, vociferans jubere Ditem patrem Deamque Proserpinam sacrum sibi fieri, priusquam prælium iniretur: continuo a Romanis sub terram ara exstructa, oblatumque sacrificium; araque, ne cerneretur, humi defossa: commissum prælium, relataque victoria.

ⁱ *Ludos et lectisternia*] Aliter Varro:

cum multa fierent portenta, murusque et turris ad portam Collinam de cælo tacta essent, in campo Martio Diti patri et Proserpinæ ex jussu librorum Sibyllinorum ludi facti sunt.

^j *Valerius Poplicola*] Quis Valerius ille, lib. 1. c. 8. quid nuncupare vota, lib. 1. c. 1. n. 8. quid lectisternium, lib. 111. c. 1. n. 2. diximus.

† An. M. 3551. Ol. 69. 2. Urb. C. 250. Ant. C. 502.

^k *Q. Catulus*] Qui Consul M. Lepidum collegam, acta Syllæ rescindere conantem, Italia expulit, et Capitolium dedicavit.

tus luxuriam, primus spectantium consessum velorum umbraculis¹ textit. Cn. Pompeius ante omnes aquæ per semitas^m decursu, æstivum minuit fervorem. C. Pulcher⁴⁰ⁿ scenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam.^{h †} Quam totam argento C. Antonius,^o auro Petreius,^{41 p} ebore Q. Catulus prætexuit. Versatilem fecerunt^q Luculli.^{42 * r} Argentatis choragiis^s P. Lentulus

^h C. Pulcher operuit scenam variis coloribus, cum antea ornata esset tantum tabulis, in quibus nulla erat pictura.

//////////

cum edd. Ald. Herbip. et Ascens. *secuta letitia* in aliis omnibus.—40 Harl. *Claudius Lucius Pulcher*; Voss. *Clodius Pulcher*; Leid. 5. Copes. *Claudius Pulcher*; Ultraj. 2. *Lucius Pulcher*; Leid. 6. et Camp. *C. Pulcher*; Atreb. Gembl. et Sus. *Cl. Pulcher*. Mox Vet. *picturam*; falso: scriba putavit *ante* præpositionem esse: Dan. *picturam . . . extentis*.—41 Alex. ab Alex. v. 16. h. l. citans legit, *auro Trebonius*: Vetus Commentator Valerii annotavit in vet. exemplaribus scriptum fuisse *P. Cethegus*, vel *P. Retejus*. Harl. habet, *auro Publius Cethegus*; Bitur. 1. *auro P. Petenis*; Leid. 5. *auro P. Retejus*; Leid. 6. *auro P. Pretejus*; Vet. *auro pater ejus*.—42 Harl. *fecerunt locum quem argenteis*; Vat. *fecerunt locum, quem argentatis*; Rhem. Leidd. 5. 7. Cauch. Winck. et Pulm. *fecerunt lucum argentatis*; Leid. 6. *fecerunt lucum quem argentatis*; Perizon. *fortunæ locum argentatis*; Ultraj. 1. *Versatilem fecerunt argentatis coragiis*; Ultraj. 2. *Versatilem fecerunt argentatis coragiis*; Copes. *Versatilemque fecerunt locum*; Mog. *Versatilem fecerunt Lucani*; Atreb. *Ver-*

NOTÆ

¹ *Velorum umbraculis*] Byssina vela primus in theatrum duxit, ex Plinio, lib. xv.

^m *Aquæ per semitas, &c.*] Cum theatrum suum dedicaret; tum enim varia spectacula exhibita, ludi Gymnici; equorum et cursus et certamina; omnis fere generis animalium venationes; 500. leones quinque dierum spatio confecti; elephantique 18. cum armatis pugnarunt. Hæc Plut. et Dio.

ⁿ *C. Pulcher*] Clodius P. Clodii patruus, et Consul anno Urbis 662. quem splendida Ædilitate perfunctum scribit Cicero.

† An. Urb. C. 654.

^o *C. Antonius*] Oratoris filius, et Ciceronis in Consulatu Collega, de quo multa postea.

^p *Petreius*] Hoc nomen corruptum

est, cum Petreiorum familia nemo Ædilis fuerit: quare emendatius legeris, vel *P. Trebonius*, vel *P. Cethegus*; ita enim nonnulli.

^q *Versatilem fecerunt*] Duplex enim scena, versatilis et ductilis; illa machinis quibusdam ita vertebatur, ut aliã atque aliam picturæ speciem identidem ostentaret: ductilis erat, cum hinc et inde ducta rota pictura omnis interior nudabatur.

* An. Urb. 679.

^r *Luculli*] Optime, ut solet, hunc locum emendavit Pighius: nec enim *Lucani*, sic scriptum erat, sed *Luculli* scenam versatilem fecerunt. Ambo fratres, natu major Lucius, minor Marcus, simul Ædiles ludos magnificentissimos dederunt: uterque Consul, alter anno post alterum; uterque summus Imperator, et triumpho, ille

Spinther^t adornavit.[†] Translatum,^u antea poeniceis⁴³ indutum tunicis, M. Scaurus^v exquisito genere vestis, cultum induxit.[†] ‡

7. Nam gladiatorium munus⁴⁴ primum Romæ datum in foro boario, Ap. Claudio, M. Fulvio^w Coss. Dederunt M. et D. Bruti,⁴⁵ x funebri memoria patris cineres honorando. Athletarum certamen a M. Scauri tractum est munificentia.*

ⁱ *M. Scaurus induxit eleganti genere vestis et pretioso cultum scenicum, ornatum antea tunicis rubicundis.*



satilem fecerunt Lucuni. Lectio nostra debetur Pighio.—43 *Punicis, Penicis, vel Peniccis*, in codd. *Pæniceis* in Atreb. Torrenius legit; *Translatum autem a Pæniceis, &c.* Aldus habet, *phæniceis*; et unus Brand. *pæniceis*.—44 *Gladiatorium munus* dedit Pighius, expungens particulam *Nam*. Omnes codd. cum edd. habent, *Nam gladiatorum munus*, vel *Nam gladiatorium munus*. Deinde nonnulli codd. *Appio Claudioque Fulvio*; unde edd. vett. habent, *Q. Fulvio*, quod diserte extat in Harl. Leid. 5. et Perizon.—45 *M. et Decius filii Bruti* edd. vett. et longe major pars codd. sed Harl. Bitur. 1. Barb. 1. 2. Vat. Ultraj. 2. et Copes. *M. et Drusus filii Bruti*: Gronovius ex vet. cod. legit: *M. et D. Bruti Peræ*; quem vide ad Liv. xxiii. 14. Pighius vero ex alio vet. cod. malit: *M. et D. Junii Bruti*.

NOTE

de Asia, hic de Macedonia, nobilis: Lucius tamen, ut ætate, ita virtute etiam et auctoritate Marco superior. Ipsius vitam scripsit Plutarchus.

^s *Choragiis*] Choragia dicuntur instrumenta scenarum.

^t *P. Lentulus Spinther*] E gente Cornelia, qui ludos bis dedit, semel Ædilis Curulis, Cicerone Consule, iterum Prætor; omnesque superiores, teste Cicerone, magnificentia superavit. Consul Ciceronis restitutionem obtinuit; Proconsul de Cilicibus triumphavit.

† An. Urb. 690.

^u *Translatum*] Aliter Pighius, aliter Lipsius hanc vocem explicant: Pighio infima Ludionum et vulgaris turba est, quæ pro ludorum occasione per scenam sæpius transferatur; Lipsio idem est, quod translaticium, hoc est, receptum et crebrum. Ita etiam Phædrus: ‘Di sunt locuti more

translatitio,’ id est, in fabulis seu comædiis recepto.

^v *M. Scaurus*] Ex Æmiliorum stemmate, illius, qui Senatus diu Princeps fuit, filius, et Syllæ privignus; qui his in ludis et suas absumsit opes, et magnum æs alienum contraxit: de illo infra.

‡ An. Urb. C. 995.

^w *Appio Claudio, M. Fulvio*] Ille Appii Cæci frater. Codex hic vel *M.* vel *Q.* Primus e gente Fulvia Flaccus dictus est: ambo Consules, cum cæptum primum bellum Punicum.

^x *M. et D. Bruti*] Uterque filius D. Junii Bruti Scævæ Consulis anno Urbis 461. in cuius honorem hos ludos exhibuerunt; solius Decimi meminuit Florus.

* An. M. 3790. Ol. 129. 1. Urb. C. 489. Ant. C. 263.

CAP. V.

DE FRUGALITATE ET INNOCENTIA.

- | | |
|--------------------------------------|--------------------------------|
| 1 Prima aurata statua in urbe. | 4 Tibicinum Quinquatria prima. |
| 2 Jus civile cum fastis promulgatum. | 5 Frugalis antiquorum victus. |
| 3 Veneficii prima quæstio. | 6 Febris Deæ sacella in urbe. |

1. STATUAM auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiæ quisquam prius aspexit, quam a M. Acilio¹ Glabrione^a equestris patri poneretur in æde Pietatis.^b Eam autem ædem P. Cornelio Lentulo, et M. Bæbio Tamphilo² Coss. ipse dedicaverat, compos voti factus, rege Antiocho^c apud Thermopylas^d superato.^{e*}



1 Codd. Torreniani habent partim *Atilio*, partim *Attilio*; item *Gabione*, *Glabione*, *Gulabrione*. Ultraj. 2. Barb. 1. 2. Harl. Leid. 2. Perizon. et Copes. *equestri*; Ultraj. 1. *equestris ordinis*. Mox sex cum Vet. *in ædem*.—2 Aliquot codd. *P. Cornelio Lentulo*, *M. Bæbio*, sine copula; et pro *Tamphilo* plerique *Pamphilo*, aut *Pamphilio*; prius tamen habent longe plures. Deinde, *ipse dedicavit*, quia pater compos voti factus dedit Pighius ex scholiolis cod. Camp. cui emend. non favent codd. *dedicavit* in Brand. 1. 2. et edd. vett. *dedicaverat*

NOTÆ

^a *M. Acilio Glabrione*] Patri et filio unum idemque nomen fuit; sed longe dispar gloria: pater enim Prætura, Consulatu, victoria de Antiocho, et triumpho clarus; filius nullo Magistratu, nisi forte Ædilitate vix notus. De Lentulo et Bæbio lib. I. c. 1.

^b *Æde Pietatis*] Ædem illam in Circo Flaminio Julius Obsequens, in foro Olitorio P. Victor; in loco, ubi postea theatrum Marcelli fuit, Plinius collocat. Publicus olim hic carcer erat, in quo, cum vincam matrem filia suis aluisset uberibus, et impunitas matri concessa est, et locus Pietati dicatus, et templum ab Acilio Glabrione exstructum.

^c *Antiocho*] Qui, rebus in Asia præclare gestis, Magni cognomen assecutus, longe lateque imperabat; in Romanos si bellum non gessisset, fe-

licior quidem futurus, sed non illustrior.

^d *Thermopylas*] Sunt angustiarum montium ad Cætam montem, Thessaliam inter et Græciam: erant in ipso ingressu *Θερμὰ λουτρά*, hoc est, *calida lavacra*; et desuper ara dicata Herculi, murusque super quem olim visabantur *πόλαι*, *portæ*, unde Thermopylæ. Nunc *Bocca di lupo*.

^e *Superato*] Antiochus, ne a Romanis ante copiarum suarum adventum opprimeretur, illas angustias cum Ætolis occuparat: at Consul Acilius, Ætolis e jugis montium Catonis virtute dejectis, illum aggreditur, cæsoque illius exercitu, excussis dentibus saucium in fugam vertit.

* An. M. 3873. Ol. 149. 4. Urb. C. 572. Ant. C. 182.

2. Jus civile per multa sæcula inter sacra cærimonias-que Deorum immortalium abditum, solisque pontificibus^f notum, Cn.³ Flavius libertino patre genitus, et scriba,^g cum ingenti nobilitatis indignatione^h factus ædilis curulis,ⁱ vulgavit, ac fastos^j pæne toto foro exposuit. Qui, cum ad visendum ægrum collegam suum^k veniret, neque a nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, sedendi loco reciperetur, sellam curulem^l afferri jussit, et in ea, honoris⁴ pariter atque contemptus sui vindex, consedit.^a†

3. Veneficii quæstio, et moribus, et legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto scelere orta est. Quæ cum viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent, unius ancillæ indicio^m protractæ,^b pars⁵ capitaliⁿ

^a Et in ea sedit, ut ulcisceretur injuriam, et sibi, et dignitati Ædilis Curulis ab illis illatam.

^b Vocatæ ad judicium indicio unius ancillæ.

Leidd. 2. 5. 6. 7. Perizon. Ultraj. 1. 2. et Copes.—3 In Livii codd. lib. ix. Cajus, non Cn. legitur; Gellius autem vi. 6. non Cnei sed Annii filium ait; et ita Cic. ad Att. lib. vi.—4 Ita omnes codd. et edd. vett. Pighius tamen legit, honorum.—5 Membranæ habent *ps* pro *pars*; unde in septem codd. et sive *ac*, perperam; non enim omnes damnatæ sunt. Vide Liv. viii. 18. Deinde, *centum et septuaginta* in duodecim codd. Torren. *centum et septuagesim-*

NOTÆ

^f Solis pontificibus] Apud Collegium Pontificum tum erant actiones omnes, omnisque juris scientia.

^g Scriba] App. Claudii Cæci, qui cum actiones omnes in formam redigisset, eas, Appii jussu, an secus, incertum, Flavius populo vulgavit; vel potius, ut tradit Plinius, Flavius ipse, Appii quidem hortatu, eos dies, assidue consultando, a Pontificibus exceperat, quos in certum ordinem digestos cum populo communicavit.

^h Nobilitatis indignatione] Tam graviter id tulit Nobilitas, ut plerique annulos anreos, phalerasque, tanquam in luctu, deponerent. Sic Plinius.

ⁱ Ædilis curulis] Triumvir etiam fuit, et nocturnus, et coloniæ deducendæ, templumque Concordiæ, mag-

na nobilium invidia, dedicavit.

^j Fastos] Libros, qui docebant dies, quibus agere cum populo aut fas esset, aut nefas: a fando tamen dicti sunt, quod ii dies, quibus populo fari licebat, fasti; ii vero, quibus non licebat, nefasti vocarentur.

^k Collegam suum] Q. Antium Prænestinum, qui paucis ante diebus hostis erat.

^l Sellam curulem] Cui nomen factum vel a Curibus Sabinorum oppido, unde desumta est, vel a rotis, quibus imposita, ut in omnes urbis partes facilius traheretur.

† An. M. 3750. Ol. 119. 1. Urb. C. 449. Ant. C. 303.

^m Unius ancillæ indicio] Quæ indicaturam se causam publicæ pestis Q.

judicio damnatae, centum septuaginta^o numerum expleverunt.⁶ †

4. Tibicinum^p quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas privatasque ferias, actiones,⁷ personis tecto capite, variaque veste velatis,⁸ concentus edit. Inde tracta licentia.^c Quondam⁹ vetiti^q in aede Jovis, quod prisco more factitaverant, vesci, Tibur^r irati se contulerunt. Quorum ministerio senatus deserta sacra non æquo animo ferens, per legatos a Tibur-

^c *Inde hæc facultas illis concessa est.*



mum in Vet.—6 Pighius dedit, *numerum compleverunt*, contra omnes codd. Voss. delet, *numerum expleverunt*.—7 Pro *ferias, actiones*, Lipsius legit, *feriationes*, compulsis in unam vocibus; hanc emend. probat Colerus, improbat Gudius; Vorstius vero malit *actiones* prorsus expungere. Unus Rhem. *feriis*; Copes. *ferias et actiones*; in Leid. 5. correctum est *serias*, ut clare extat in Leid. 7. ‘Unice probo lectionem duorum codd. *serias actiones*; et cum Torrenio ita explico: Tibicines oculos vulgi in se convertunt, quod, dum publice privatimque seriæ res ab omnibus agantur, illi hac utantur licentia, et sic ornati concentus edant.’ Kapp.—8 Voss. Perizon. Leid. 5. a pr. m. et Leid. 7. ab alia manu, *velatum*; Leid. 5. ab alia manu, et Leid. 7. a m. pr. *velatis*, improbante Guyeto: Gudius malit *velati*. τδ *velatum* placet Kappio, qui ita scribit: ‘*velatis* ortum videtur ex eo, quod librarii, vulgari errore abrepti, ac si persona totum hominem hoc loco significaret, *velatum* cum *personis* construerent, et sic in *velatis* mutarent.’ Pighius scripsit, *concentusque edit*; eumque Colerus et Thysius sunt secuti: septemdecim codd. *concentus edidit*; et sic Mog. duo, *edebat*: nullus codex agnoscit τδ *que*, quod Pighius tacite adjecerat.—9 Ultraj. 1. *Quidam*. Paulo post Harl. *quod prisci*

NOTÆ

Fabio Rulliano tum Ædili Curuli professa est; Fabius rem ad Consules, Consules ad Senatum deferunt; consensuque ordinis fides indici data: tum patefactum est muliebri fraude urbem premi, mulieresque ea venena coquere.

ⁿ *Pars capitali, &c.*] Duæ ex iis Patriciae, Cornelia et Servilia, cum ea medicamenta salubria esse contenderent, ab ancilla bibere jussæ, spatio ad colloquendum sumto, aliis non abnuentibus, epoto medicamento, suametipsa fraude omnes interierunt. Hæc Livius lib. VIII.

^o *Centum septuaginta*] Ita etiam

Livius; sed Orosius 380. numerat: supra fidem multas fuisse scribit S. Augustinus lib. III. de Civitate Dei.

‡ An. M. 3723. Ol. 112. 2. Urb. C. 422. Ant. C. 330.

^p *Tibicinum*] Qui sacrificiis, ne quid infaustum accideret, præcinere solebant. De feriis consule lib. II. c. 2. n. 9.

^q *Quondam vetiti*] Jus illud ipsis ademtum fuit per App. Claudium et C. Plantium Censores.

^r *Tibur*] Sabinorum oppidum decimo sexto ab urbe lapide, aëris salubritate, et crebris fontibus commendatum. Hodie *Tivoli*.

tibus¹⁰ petiit, 'ut eos gratia sua Romanis templis restituerent.' Quos illi in proposito perseverantes, interposita festæ epulationis simulatione, mero somnoque sopitos, plaustris in Urbem¹¹ devehendos curaverunt: ^d quibus et honos pristinus restitutus, et hujusce lusus jus est datum.¹¹ Personarum usus pudorem circumventæ temulentiaë causam habet.^{e*}

5. Fuit etiam illa¹² simplicitas antiquorum in cibo capiendõ, humanitatis simul et continentiaë certissima index. Nam maximis viris prandere^t et cœnare in propatulo, verecundiaë non erat: ^f nec sane ullas epulas habebant, quas populi oculis subjicere erubescerent. Erant adeo¹³ continentiaë attentii, ut frequentior apud eos pultis^u usus, quam

^d Quos tibicines, perseverantes in proposito non redeundi Romam, Tiburtini deportaverunt in urbem curribus obrutos somno et vino; quod biberunt in convivio facto uno, i. e. quem illi festum sibi simulaverant.

^e Illis permissum est, ut personis uterentur ob pudorem ebrietatis per deceptionem commissaë.

^f Nam in loco patenti et publico cœnare et prandere non erubescerent viri maximi.



factitaverant. Leid. 2. et Ultraj. 1. Tiburti irati.—10 Tiburtinis Ultraj. 1. Tibur tibiis Ultraj. 2. et Mog. petit Ultraj. 1. 2. Leidd. 2. 5. 6. 7. Perizon. Bitur. 1. Vat. et Mog. restituant Bitur. 1. 2.—11 Tres Torreniani, in Urbe. Mox Barb. 1. et Copes. hujusmodi lusus iis datus est; Exc. Steph. hujusmodi lusus eis datus est; Vat. 1. Barb. 2. Leid. 7. et Mog. hujusce lusus his datus est; Harl. hujusce lusus hiis datus est; Leid. 6. hujuscemodi lusus jus datum est; Venet. 5. huiscaë lusus jus datum est. Vet. pro lusus habet ludus. Torrenius probat quod in Leid. 6. est.—12 Etiam et illa Harl. Fuit et illa Voss. Mox in eodem, verecundum non erat. Paulo ante, et prandere et cœnare in Copes. —13 Erant autem adeo Aldd. Colin. Steph. Gryph. aliaë; sed non favent codd. præter unum Barb. continenter attentii Bitur. 1. Vat. Leidd. 5. 6. 7.

NOTÆ

^a *Plaustris in Urbem, &c.*] Sive Tiburtini hujus fraudis inventores fuerint, ut scribit Livius; sive libertus quidam, ut Plutarchus et Ovidius; non prius dolum senserunt ebrii, quam plaustris in foro relictis plenos crapula lux oppressit; tunc populi concursus factus est, impetratoque ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati cum cantu per urbem

veherentur. Hæc Livius.

* An. M. 3743. Ol. 117. 2. Urb. C. 442. Ant. C. 310.

^t *Prandere*] Prandium quasi *παρένδιον*, quod meridie sumeretur; *ἐνδιον* enim idem sonat, quod *tempus meridianum*.

^u *Pultis*] Cibi genus est quod ex farina et aqua, mixto sale, conficitur.

panis, esset. Ideoque in sacrificiis mola, quæ vocabatur,¹⁴ ex farre et sale constat: exta farre sparguntur: et pullis, quibus auspicia petuntur, puls objicitur.¹⁵ Primitus enim ex libamentis^v victus sui Deos eo efficacius, quo simplicius, placabant.^g¹⁶

6. Et ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur. Febrem autem ad minus nocendum, templis colebant:¹⁷ quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area Marianorum^w monumentorum, tertium in summa parte Vici longi extat. In eaque remedia, quæ corporibus ægrorum annexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis æstus leniendos cum aliqua usus ratione excogitata;^h ceterum salubritatem suam industriæ certissimo ac fidelissimo munimento¹⁸ tuebantur: bonæque valetudinis eorum quasi quædam mater erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis, et aliena nimie vini abundantie, et ab immoderato Veneris usu aversa.

^g *Olim placabant Deos, illis offerendo primitius cibi, quo vescerentur, et tanto efficacius, quo simplicius agebant.*

^h *In eaque febris templis, post recuperatam valetudinem, portabantur remedia, quæ fuerant ægrorum corporibus applicata: hæc inventa erant hominum usu, et ingenio, ad sedandos nimios mentis phreneticæ æstus.*

Perizon. Ultraj. 1. 2. Vet. et Mog.—14 Lipsius legi malit *vocatur*, ut in Vet. Venett. et Chalc. quod placet etiam Guyeto; at in nullo codice extat: Rhem. 1. 2. 3. et Bitur. 1. *vertebatur*; sed in postremo alia manu, *vocabatur*. Hoc non placet Kappio. Ultraj. 1. *mola utebatur*, quæ ex aqua, farre, et sale constat; Leid. 6. *mola et ex farre et sale constat*. Torrenius malit: *et ex farre et ex sale*, vel *ex farre et sale*, vel quod in Ultraj. 1. est. Mox Bitur. 1. *asperguntur*; Barb. 1. *experguntur*.—15 Voss. *pullisque iis, quibus puls objicitur*.—16 Vat. 1. *quo simplicius vocabantur*.—17 Toll. et Leid. 2. *in templis colebant*. Deinde in marg. notavit Pighius, quosdam codd. habere: *in summo Vico longo*, probantibus Colero et Vorstio; quod non plane damnat Torrenius.—18 Ita edidit Pighius; Copes. Ultraj. 1. 2. quatuor Leidd. Barb. 1. et Toll. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. Ald. Mog. 3. aliis habent, *monumento*.

NOTÆ

^v *Libamentis*] Libare est partem et primitias Diis fundere. Peracta enim immolatione, quæ per fruges et molam salsam fiebat, vinum, antequam aspergeretur, cum Sacerdos ipse, tum astantes delibabant; deinde evulsas a victima setas, tanquam prima libamina, Sacerdos projiciebat in ignem;

tum victimam mactandam ministris dabat.

^w *Area Marianorum*] Tropæa C. Marii bello Cimbrico parta, quæ a Sylla disjecta, a Cæsare Dictatore instaurata memorat Suetonius, non procul a via Prænestina.

CAP. VI.

DE EXTERNIS INSTITUTIS.

- | | |
|--|---|
| 1 Spartanorum frugalitas. | in adendis præliis. |
| 2 Mos militaris eorundem. | 12 Thracum opinio de vitæ calamitate. |
| 3 Atheniensium institutum contra otiosos et inertes. | 13 Lyciorum luctus. |
| 4 Areopagus eorundem. | 14 Indarum fœminarum fides amor erga maritos. |
| 5 Honos virtutis apud eosdem. | 15 Punicarum fœminarum prostitutio. |
| 6 Animi ingrati actio apud eosdem. | 16 Persarum institutum in educandis liberis. |
| 7 Massiliensium instituta varia. | 17 Numidarum regum mos in auctoritate servanda. |
| 8 Ceiorum venenum publicum. | |
| 9 Massiliensium lex de advenis armatis. | |
| 10 Gallorum mos in mutuo dando. | |
| 11 Cimbrorum Celtiberorumque mos | |

1. IDEM sensit¹ proxima majorum nostrorum gravitati Spartana civitas: ^a quæ, severissimis Lycurgi legibus^b obtemperans, aliquamdiu^c civium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit; ne illecebris ejus capti, ad delicatius vitæ² genus prolaberentur. Audierant enim, lautitiam³ inde, et immodicos sumtus, et omnia non necessaria⁴ voluptatis genera, fluxisse: primosque Ionas^d unguenti, co-

^a *Idem sensit Respublica Spartiatarum, quæ gravitatis studio majoribus nostris similis videtur.*



1 *Idem sentit* Vat. 1. *Spartana* delent duo Rhem. Deinde *severissimi* Voss. *særenissimi* Copes. Ultraj. 1. Pro *aliquamdiu* Copes. *quamdiu*.—2 Copes. et Ultraj. 1. *delectatius vitæ*.—3 Vat. 1. Medic. 1. 2. 3. 4. Leid. 7. Ultraj. 1. 2. et Vet. *leticiam*; Leid. 6. *leticia*.—4 Ita Pighius ex vet. cod. et sic in omnibus fere codd. *non necessaria* habent Barb. 2. Venett. Mediol. Ald. &c.—5

NOTÆ

^a *Spartana civitas*] Spartani adeo voluptatum contemtores fuerunt, patientesque laboris, ut eorum etiam virginibus palæstra, pulvis, militia, venatio in studiis fuerit.

^b *Lycurgi legibus*] Quas tamen et rectæ rationi, et bonis moribus adversari in his potissimum duobus tradit Aristoteles; quod, et adulteria quorum maritus ipse procurator es-

set, et furta quæ callide fierent, probarentur.

^c *Aliquamdiu*] Soli toto orbe terrarum septingentos annos, et amplius, suis moribus, et nunquam mutatis legibus vixerunt. Cicero pro Flacco.

^d *Ionas*] Ab Ione Xuthi filio sic nominati sunt; prius Ægialenses dicti; ex Achaia ab Heraclidis pulsii, primum in Atticam sub Melantho,

ronarumque in convivio dandarum, et secundæ mensæ ponendæ⁵ consuetudinem, haud parva luxuriæ irritamenta, reperisse. Ac minime mirum est, quod homines labore ac patientia gaudentes, tenacissimos patriæ nervos, externarum deliciarum contagione solvi et hebetari noluerunt;⁶ cum aliquando faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem, transitum viderent. Quod eos non frustra⁶ timuisse dux ipsorum Pausanias^e patefecit, qui maximis operibus editis, ut primum se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam effœminato ejus cultu mollire non erubuit.*

2. Ejusdem civitatis exercitus non ante ad dimicandum descendere solebant,⁷ quam tibiæ concentu,^f et anapæsti^g pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent, vegeto et crebro ictus sono strenue hostem invadere admonitum. Idem ad dissimulandum et occultandum vulnere suorum cruorem, puniceis⁸ in prælio tunicis utebantur; non, ne ipsis aspectus ejus terrorem,⁹ sed ne hostibus fiduciæ aliquid afferret.

^b *Et nullo modo mirum est, quod Spartani, qui homines erant studiosi laboris et patientiæ, noluerunt laboris amorem, et sobrietatem, quæ sunt quasi nervi firmissimi Reipublicæ, solvi et relaxari turpi communicatione voluptatum externarum.*

A Dan. et Bamb. abest *ponendæ*; putat ergo Colerus prorsus expungendum: id tamen tuentur omnes Torreniani.—6 *Quo Deos non frustra* Exc. Steph. eorum dux tres Torreniani. Mox moribus commisit Copes. *cultu molliri* Leid. 2.—7 Plerique codd. cum Vet. Mog. et Steph. *solebat*; ceteræ edd. *solebant*.—8 Ita omnes Torreniani cum edd. plurimis; Pighius legit *Pæniceis*.—9 Ita Pighius: Leid. 5. et edd. vett. *non ut i. a. earum terrorem*; Ascens. *non quo ipsis*; cod. Ortwinii, *utebantur quo ne*; Leid. 6. *utebantur, ne ipsis a. e. t. ne,*

NOTE

deinde in Asiam, Neleo et Androclo, Codri filiis, ducibus, anno mundi 3930. venerunt; et oram illius, quæ ab illis Ionia nuncupata est, urbibus frequentarunt.

^e *Pausanias*] Qui Mardonium cum ducentis et amplius Persarum millibus ad Platæas cecidit; deinde in Thracia Persis vel cæsis, vel fugatis, Byzantium occupavit: tum semel atque iterum proditionis et accu-

satus et absolutus est: denique conspirationis cum Helotis convictus in asylum fugit, ubi fame necatus est.

* An. M. 3580. Ol. 76. 3. Urb. C. 279. Ant. C. 473.

^f *Tibiæ concentu*] Idem refert ex Thucydide Gellius.

^g *Anapæsti*] Pes est, qui primas duas syllabas breves habet, et ultimam longam.

3. Egregios virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum, prudentissimi pacis moribus, Athenienses subsequuntur: apud quos inertia^h e latebris suis, languore marcens, in forum perinde ac delictum¹⁰ aliquod protrahitur, fitque, ut facinorosæ, ita erubescendæ rea culpæ.^c

4. Ejusdem urbis sanctissimum consilium Areopagus,¹¹ i quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebat; ut homines honestatem, vitæ rationem memores reddendam¹² esse, sequerentur.

5. Eadem bonos cives corona decorandi primo¹³ consuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabile institutum, sive

^c *Apud quos cives inertem vitam agentes et otioso torpore languidi accusantur in foro coram iudicibus, quasi crimen aliquod admisissent, et puniuntur tanquam rei facinoris probrosi.*

//////////

&c. Leid. 2. *non quod ipsis.* Ceteri codd. stant pro Pighio.—10 Ultraj. 2. *perinde ac ob delictum.* Aliquot codd. *pertrahitur.* Deinde, *non facinorosæ* contra omnes codd. et edd. omnino legendum contendit Perizonius.—11 ‘Pighius: *Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium Areopagus, ubi quid . . . inquire, &c.* Sed codd. et editiones stant pro nostra. Vet. et *sanctissimum*, quod etiam in Brand. et aliis Mss. invenitur; *Ariospagus* Vet. quod propius ad Græcum ‘*Apeios páγος* accedit.’ Kapp. Vat. 1. et Medic. 3. habent etiam, *Ariospagus*; Perizon. *Areospagus*, sed correctum; Leidd. 5. 6. 7. Ultraj. 1. 2. et Copes. *Ariopagus*; Atreb. et unus Brand. *Areios pagus*, probante Gronovio.—12 Barb. 2. *honestate vitæ decorandi rationem memores reddenda.*—13 Copes.

NOTÆ

^h *Inertia*] Annis singulis singuli cives iudicibus rationem reddere tenebantur, cui arti quis se dedisset, quoque quæstu toleraret vitam, &c.

ⁱ *Areopagus*] De Areopago tria quærimus; quænam ratio nominis, a quo institutus, quæque fuerit iudiciorum forma. Areopagum Martis pagum interpretantur Varro, et August. collem aut saxum Stephanus, Suidas et Scaliger: vicum Budæus. Suspicor ego, in re enim incerta conjectura uti licet, huic, seu pago, seu potius colli, primum τοῦ πάγου nomen inditum; deinde, vel quod ibi de Marte iudicium habitum sit, ut docet seu fabula, seu historia; vel quod

hoc in loco causæ de cædibus, quibus Mars dicitur præesse, agerentur, Areopagum dictum esse. II. Areopagum a Solone institutum affirmant Tullius et Plutarchus, negat Aristoteles: alii ad Cecropem ipsum, ut urbis, ita illius iudicii originem referunt: horum quis verius dicat, obscurum est. III. Novem erant iudices, tum genere, tum virtute nobiles, quos inter Regi locus fuit; non de omni criminum genere, sed de veneno, impietate, incendio et parricidio cognoscebant; idque et noctu et summo silentio, ne reorum vultu, lacrymis, precibus, eloquentia iudices moverentur.

rem sive¹⁴ personam intueri velis. Nam et virtutis uberimum alimentum est honos; et Pericles^j dignus, a quo talis muneris dandi posteritas¹⁵ potissimum initium caperet.

6. Age, quid illud institutum Athenarum, quam memorabile? quod convictus a patrono libertus ingratus^k jure libertatis exuitur. ‘Supersedeo te,’ inquit, ‘habere civem tanti muneris impium aestimatorem. Nec adduci possum, ut credam urbi utilem, quem domui¹⁶ scelestum cerno: abi igitur et esto servus, quoniam liber esse nescisti.’

7. Inde Massilienses¹ quoque ad hoc tempus usurpant disciplinæ gravitatem, prisca moris¹⁷ observantia, caritate populi Romani præcipue conspicui; qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognoverint. Quarto errori subveniendum non putant;^d quia sua jam culpa injuriam accepit, qui ei

^d *Permittunt ut tertia manumissio ejusdem servi rescindatur, si servus ter dominum deceperit; si vero quater deceperit, quartam deceptionem puniendam non arbitrantur.*



prima pro primo.—14 Pighius sive omisit, eumque secuti sunt Colerus et Thysius. Aliquot codd. cum Vet. *si rem, sive*: Bitur. 1. *si rem intueri vel personam velis.*—15 Copes. Leid. 7. Barb. 1. 2. et decem Torren. cum Vet. et Mog. *potestas*; unde Perizon. conj. *honestas*: Ultraj. 2. *pptas*: in aliis *posteritas*, vel *potestatis*. Quidam habent, *potentissimum*; alii delent *potissimum*. Voss. *dandi initium sumeretur*; Leid. 7. ab al. m. etiam, *sumeretur*; Bitur. 1. et Vet. *caperetur.*—16 Sex Torren. *quem domi*, ut in edd. vett.—17 Leid. 7. et novem alii codd. *prisca moribus*: Leid. 6. *charitate* omittit. Harl. *conspicui et clari*. Mox Copes. Ultraj. 1. 2. Leidd. 5. 6. 7. cum quinque aliis et Vet. et

NOTÆ

^j *Pericles*] Xanthippi Atheniensis filius, vir belli domique illustris; de ejus rebus gestis sæpe postea. Illius mores his verbis expressit Cicero: ‘Qui cum floreret omni genere virtutis, eloquentiæ laude fuit clarissimus; vir lenitate et mansuetudine et gravitate conspicuus; qui in summa potentia nihil iræ indulserit: Orator et Philosophus præstantissimus, qui Atheniensium Rempublicam 40. annis gubernavit.’

^k *Libertus ingratus*] Libertum in *Delph. et Var. Clas.*

hac actione vel pœna vel præmium manebat; si vicisset, perfecta libertas; sin minus, servitus perpetua.

¹ *Massilienses*] Quorum civitas Massilia in littore Galliæ ad mare Mediterraneum, origine Græca, a profugis ex Asia Phocæensibus condita, cum Cyrus rerum in Asia potiretur. Plutarchus tamen Massaliam Mercatorem nescio quem illius conditorem fuisse memorat: Eustathius vero vult illi nomen impositum ex occurso piscatoris navem religantis, *μάσσειν*

Val. Max.

S

se totiens objecit. Eadem civitas severitatis custos acerrima est: nullum aditum in scenam¹⁸ Mimis dando,^m quorum argumenta majore ex parte stuprorum continent actus; ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam summat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiae quærunt, clausas portas habet,¹⁹ et mendacem et fucosam superstitionem summovendam esse existimans. Ceterum a condita Urbe gladius est ibi, quo noxii jugulantur: rubigine quidem exesus, et vix sufficiens ministerio, sed index in minimis quoque rebus omnia antiquae consuetudinis monumenta servanda.²⁰

Duæ etiam ante portas eorum arcæ jacent: altera, qua liberorum; altera, qua servorum corpora ad sepulturæ locum plaustro devehuntur: sine lamentatione, sine planctu luctus funeris die,²¹ domestico sacrificio, adjectoque necessariorum convivio, finitur.^e Etenim quid attinet, aut huma-

^e *Luctus terminatur die funeris, sacrificio domestico, et convivio amicorum, sine ullo planctu, et sine ulla lamentatione.*

Mog. rescindere. Tres Torreniani etiam habent, *cogoverunt*.—18 Novem codd. *in scena*. Mox *stuprum* in Harl. et Bitur. 1. *speculandi consuetudo* Rhem. 1. 2. 3. *suspectandi* Copes.—19 Perizon. et Vet. *habent . . . existimant*: Rhem. 1. 2. 3. et Bitur. 1. *habent . . . existimantes*: Ultraj. 1. *habet . . . existimat*.—20 Mog. *momenta servandi*; Vulgg. *momenta servanda*: Vet. *monumenta servandum*, probante Colero: Herbip. *monimenta servare debet*: Leid. 5. *monumenta servantium*, sc. Massiliensium.—21 In omnibus codd. legitur *dies*: Perizon. legit: *devehuntur sine l. s. planctu. Funeris dies, &c.* Harl. *sine planctu funeris dies*: Medic. 2. *sineque planctu funeris dies*: Vet. Mog. &c. *sine planctu luctus funeris dies*: ‘in aliis omittitur *luctus*; alii delent *planctu* et legunt: *sine luctu*; in Camp. est *luctus ac funeris dies*; alii: *sine lament. sine planctu, sine luctu*. Hæc largam nobis materiam disputationis præbere possent. At nolo his diutius inhærere, sed meam statim sententiam profero. Sic lego: *plaustro devehuntur, sine lamentatione, sine planctu. Luctus funeris die, &c.* Kapp. Leid. 5. *luctus funeris diei*; sed posterius *i puncto* notatur. Mox duodecim codd. cum Vet. *aditoque*; tres cum Mog. *aditoque*; Leid. 5. Medic. 6. et duo alii, *adhibitoque*, quod non displicet Torrenio. Voss. *fini*

NOTÆ

enim Æolice est *religare*, et ἀλιεὺς, piscator.

^m *Mimis dando*] Mimi ab imitatione nomen habent. Sicut et cothurno Tragici, et Comædi socco, ita et Mimi nudis pedibus agebant; non personati, sed obliti fuligine; pelli-

bus amicti et tunicis albo distinctis. Illis solenne fuit cum canistris, herbis, hedera, violis, corollis in honorem Bacchi ad numerum saltare, et inde procurrentes, obvium quemque subsannare.

no dolori indulgeri,²² aut divino numini invidiam fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? Venenum cicuta temperatum in ea civitate publice custoditur, quod datur ei, qui causas Sexcentis²³ ⁿ (id enim Senatus ejus nomen est) exhibuit, propter quas mors sit illi expetenda:²⁴ cognitione virili benevolentia temperata, quæ nec egredi vita temere patitur,^f et sapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet; ut vel adversa, vel prospera nimis usus²⁵ fortuna (utraque enim finiendi spiritus, illa, ne perseveret, hæc, ne destituat, rationem præbuerit)²⁶ comprobato exitu terminetur.^g

8. Quam consuetudinem Massiliensium non in Gallia ortam, sed e Græcia²⁷ translata inde existimo, quod illam etiam in insula Cea^o servari animadverti, quo tempore

f Mors eorum qui viriliter mori cupiunt, est temperata benevolentia iudicum et civium.

g Ut qui usi sunt fortuna, vel nimis adversa, vel nimis prospera, intereant laudando mortis genere.

pro finitur.—22 Ita Pighius ex codd. antiq. et sic Brand. 1. 2. Torren. Vet. Mog. Venet. Mediol. et Herbip. *quid attinet h. d. indulgere* Ald. Chalc. et Vulgg.—23 Cod. Basil. ap. Klok. *cenſētis*, et pro v. l. *senescentis*: Torreniani multum inter se discrepant; habent enim, *senescentis, sēsētis, censentis, cesentis, cescentis, cascent, scentis, vel zexcentis*.—24 Sex Torren. *expectanda*; reliqui *expetenda*, quod reposuit Pighius. Mox Ultraj. 1. et Vet. *egredi vitam*.—25 Legebatur olim *usi*; Pighius vero in codd. suis invenit *usis*; et sic Barb. 2. a m. pr. *usu* in duobus Rhem. *virī* in Bitur. et altero Rhem. *usus* Perizon. Barb. 1. et a m. sec. in Barb. 2. *usi* habent reliqui codd. cum Vet.—26 Ald. et Ascens. *præbet*; ceteræ edd. cum longe maxima codd. parte, *præbuerit*. Perizon. *terminentur*.—27 Viginti duo codd. *ex Græcia*: Ald. cum paucis codd. *tralatam*: multi codd. *inde æstimo*. Mox Cæa Mog. Venet. Ald. et nonnulli codd. Cæo in Pighianis; *Chio, Coc*, vel *Ceo*, in tribus Leidd. Peri-

NOTE

ⁿ *Sexcentis*] Quos Τιμόχους appellabant. His omnibus præerant viri quindecim, qui negotia et faciliora et levioris momenti expedirent. Ut quis in hunc ordinem legeretur, duo vulgo requirebant: unum, ut liberos suscepisset: alterum, ut non oriundus aliunde; sed illius pater, avus, proavus, cives fuissent. Strabonem, si quis plura requirat, consulat.

^o *In insula Cea*] Variant hoc in loco Mss. Codices: in aliis enim *Coco*, vel *Ceo*; in aliis *Chio*, vel *Coo* legitur: diversas tamen insulas esse constat. Ex his malim *Ceon* tetrapolim fuisse: duabus vero urbibus *Cocressa* *Pæessa*que maris fluctibus summersis, cives *Julida* et *Carthæam* migrasse testantur Strabo et Plinius. Nunc *Zea*.

Asiam cum Sex. Pompeio ^p petens, Julida ²⁸ oppidum intravi. Forte enim ²⁹ evenit, ut tunc summæ dignitatis ibi fœmina, sed ultimæ jam senectutis, reddita ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno consumere se destinavit, ³⁰ mortemque suam Pompeii præsentia clariorem fieri magni æstimavit. Nec preces ejus vir ille, ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimus, aspernari sustinuit. Venit itaque ³¹ ad eam, facundissimoque sermone, qui ore ejus quasi e beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto consilio diu nequicquam revocare conatus, ad ultimum propositum exequi passus est, ^h quæ nonagesimum annum transgressa cum summa et animi et corporis sinceritate, ⁱ lectulo, quantum dignoscere erat, quotidiana consuetudine cultius strato ³² recubans, et innixa cubito, ‘Tibi quidem,’ inquit, ³³ ‘Sex. Pompei, Dii magis, quos relinquo, quam quos peto, gratias referant: quia ³⁴ nec hortator vitæ meæ, nec mortis spectator esse fastidisti. Ceterum ipsa hilarem Fortunæ vultum semper experta, ne aviditate lucis tristem intueri cogar, reliquias spiritus mei prospero fine, duas filias, et septem nepotum gregem superstitem relictura, ³⁵ permuto.’ ^j Cohortata deinde ad concor-

^h Tandem passus est mortem sibi consciscere, ut proposuerat.

ⁱ Cum maxima integritate et puritate et animi et corporis.

^j Semper experta fortunam mihi faventem, ne illam mihi adversam cogar experiri per nimium vivendi cupiditatem, malo morte felici deserere, quod mihi reliquum vitæ esse posset, relictura et duas filias, et magnam nepotum multitudinem mihi superstitem.

zon. et Ultraj. 2. *Cea*.—28 Plerique codd. *Julida*, vel *Julide*; Leid. 2. *Illide*; Ultraj. 1. 2. *in lide*, i. e. *julide*.—29 Venett. et multæ aliæ, *Forte enim tunc evenit*: Ultraj. 1. 2. *summæ ibi dignitatis fœmina*: Perizon. delet *tunc* et *ibi*.—30 ‘Tredecim cum Vet. *destinaret*: et mox totidem *æstimaret*.—31 *Venitque* Voss. *Venitque* Ultraj. 1. et Copes. *qui ab ore ejus* Harl. *ex ore* quatuor Torren. *qui ore ejus quasi beato* Ultraj. 1. *qui ex ore ejus sic quasi e beato* Copes. Deinde, *summa animique corporisque sinceritate* in Voss. et Vat.—32 Sic Mog. et Asc. cum omnibus codd. *structo* Venett. et Aldd. *Tum nixa* Ultraj. *innixa* Barb. 1.—33 *Tibi, inquit* in edd. vett.—34 Codex Perizon. cum decem Torren. et Vet. pro *quia* habent *quod*; Perizonius malit, *qui*.—35 Ita Pighius ex Cauch.

NOTÆ

^p Cum Sex. Pompeio] Qui eodem Germanicus Pisonis insidiis veneno anno, quo Augustus obiit, Consul periit in Syria. Vide Pompeiorum erat, et Proconsul Asiæ præfuit, cum familiam.

diam suos, distributo eis patrimonio, et cultu suo sacrisque domesticis³⁶ majori filiae^q traditis, poculum, in quo venenum temperatum erat, constanti dextra arripuit. Tum defusis Mercurio^r delibamentis,³⁷ et invocato numine ejus, ut se placido itinere in meliorem sedis infernae deduceret partem,^s cupido haustu mortiferam traxit potionem. Ac sermone significans, ‘quasnam subinde partes corporis sui rigor occuparet,’ cum jam visceribus eum et cordi imminere esset elocuta,³⁸ filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit. Nostros autem, tametsi novo spectaculo obstupefacti erant, suffusos tamen lacrymis dimisit.^{k†}

9. Sed ut ad Massiliensium civitatem, unde in hoc deverticulum excessi, revertar, intrare oppidum eorum nulli cum telo licet: praestoque est, qui id custodiae gratia acceptum, exituro reddat; ut hospitia sua, quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.

^k *Advocavit filias, ut supremo officio fungerentur, claudendo ipsius oculos suis manibus: nostri etiam oculi erant lacrymis superfusi, etiamsi erant attoniti novo illo spectaculo.*



Camp. et Winck. cum Aldus aliique edidissent: *unum nepotum gregem relictura superstitem*: Rhem. 1. 2. Vat. Atreb. et Sus. uno: Barb. 1. 2. Ultraj. Leid. 7. Perizon. Copes. Bitur. *unum*: Rhem. 3. et Leidd. 5. 6. *una*. Error forte ex eo ortus, quod τὸ *septem* ita scriptum fuerit in membranis, *VII*. unde quis scripserit, *un*.⁷ pro eo quod nunc exhibent codd. Mox *permitto* in duodecim Torren. cum Vet. Venett. Aldd. Asc. Tol. Steph. et Gryph. *praemitto* Lat. Latinus.—36 Unus et alter cum Mog. *sacris Diis domesticis*.—37 Ita omnes fere codd. et edd. vett. Vorstius legerit *fusis M. libamentis*: Voss. et Leid. 7. *libamentis*; unus Torren. *Tum demum fusis*. Mox in quibusdam Torren. *invocato nomine ejus*.—38 Septemdecim codd. cum Vet. et Mog. *elocuta*; Perizon. *allocuta*: in aliis *locuta*. Deinde *ad summum* in Vet. *oculorum opprimendorum* in quibusdam edd. antiq. *occupavit* pro *advocavit* in Perizon.—

NOTÆ

^q *Majori filiae*] Mos erat, ut majoribus natu sacra domestica traderentur.

^r *Mercurio*] Qui et Deorum tum superiorum tum inferiorum nuntius, et animabus mortuorum praesse fingitur. Unde Virgilius: ‘Animas ille

evocat orco Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.’

^s *Meliorem sedis...partem*] Campum Elysium.

† An. M. 4072. Ol. 199. 3. Urb. C. 771. Æræ Ch. 19.

10. Horum mœnia egresso³⁹ vetus ille mos Gallorum occurrit,^l quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare solitos: quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse. Dicerem stultos, nisi idem braccati^t sensissent, quod palliatus^u Pythagoras^v credidit.

11. Avara et fœneratoria Gallorum philosophia: alacris et fortis Cimbrorum^w et Celtiberorum,^x qui in acie gaudio⁴⁰ exultabant, tanquam gloriose et feliciter vita excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter et miserabiliter perituri. Celtiberi etiam nefas esse ducebant,⁴¹ prælio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiritum^y devove-

^l Si ex urbe Massiliensium velim egredi, mihi occurrit antiqua illa Gallorum consuetudo.



39 Perizonii codex, *egressus*; unde ille *egressis*, ut in Barb. 1. 2. Leid. 6. Harl. Bitur. 1. et Vat. *egressi* Ultraj. 2. Mox Gronov. ad Melam malit *quo memoria*. Deinde Barb. 2. Copes. Harl. Voss. Leid. 7. (Leid. 6. a m. sec.) Ultraj. 1. Bitur. 1. Perizon. et Vat. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. &c. exhibent *datas* pro *dare solitos*. Nostram lect. ex Winck. edidit Pighius.—40 Ita codd. et edd. vett. *τὸ gaudio deest* in Pigh. et quæ deinceps secutæ. Tres Torren. *exultant*, et paulo post, *lamentantur*.—41 Sex Torren. cum Vet.

NOTÆ

^t *Braccati*] Gallia omnibus ex partibus Oceano, Pyrenæis montibus, Alpibus, Rheno, et mari Mediterraneo circumscribitur. Multiplex olim illius divisio fuit, in Cisalpinam et Transalpinam, Togatam, Comatam, et Braccatam, quæ erat Narbonensis Romanorum Provincia. De aliis divisionibus alias.

^u *Palliatus*] Hoc est, Græcus Philosophus, quod pallio, cum Græci omnes tum maxime Philosophi uterentur.

^v *Pythagoras*] Mnezarchi annulorum sculptoris filius, ex Insula Samo, Pherecydis discipulus, et Italicæ Philosophiæ Princeps; qui post diurnam peregrinationem reversus in patriam, Polycrate adhuc in ea dominante, Crotonem in Italia petiit,

ibique 600. discipulis floruit, Μετεμψυχάσεως primus astructor.

^w *Cimbrorum*] Qui insulam incolabant prope Albis ostia, hodie *Danemarck*, vel *Silandia*, acceptis a Romanis cladibus notissimi.

^x *Celtiberorum*] Qui Iberi fluminis ripas habitabant, ex Strab.

^y *Pro cuius salute spiritum*] Quod de Celtiberis Valerius et Plutarchus, idem de Gallis prodidit Cæsar lib. III. cuius hæc verba sunt: ‘Cum Sexcentis devotis, quos Soldurios appellant, quorum hæc est conditio; ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiam dederunt: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria repertus est

rant. Laudanda utrorumque populorum animi præsentia,⁴² quod et patriæ incolumitatem fortiter tueri, et fidem amicitiae constanter præstandam arbitrabantur.

12. Thraciæ^z vero illa natio merito sibi sapientiæ laudem^a vindicaverit, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat.⁴³ Sine ullis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitum pervidit.^m 44 Removeatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa et facere et pati turpiter cogit; si ea mortua⁴⁵ ejus aliquanto felicior ac beator finis reperietur.

13. Quocirca recte⁴⁶ Lycii,^b cum iis luctus incidit, muliebrem vestem induunt: ut deformitate cultus commoti, maturius stultum projicere mœrorem velint.

14. Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentiæ viros laudem? Respiciantur Indorum fœminæ,^c quæ cum more patrio complures eidem nuptæ esse soleant, mortuo marito, in certamen judiciumque veniunt, quam ex iis max-

^m *Perfecte cognovit miseram conditionem vitæ humanæ.*

dicebant pro ducebant.—42 ‘Sic Vet. cum plurimis Mss. nam compendium *pntia* idem est quod *præsentia*, non vero *præstantia*, sicut *pns* est *præsens*’ Ergo ita edidi. Vide III. 7. 5. VI. 8. 3. VI. 2. ext. 1. III. 2. 9.’ Kapp. Ita quoque duo Coler. unus Brand. Rhem. 1. 2. 3. Leid. 7. Perizon. et Bitur. 1. *præstantia* dedit Pighius. Mox pro *tueri* Barthius legendum censebat, *tuendam*.—43 Ita sexdecim Torren. cum edd. antiq. *celebrabat* in Voss. et Vet. *celebrabant* Copes. *celebrando* Gryph. *celebrans* Pighius.—44 Sic edidit Pighius ex Atreb. et sic est in quibusdam Torren. cum Vet. Mog. et Venett. *prævidit* exhibent novem codd. cum Aldd. Chalc. et Herbip. *providit* quinque Torren. et Asc. Cf. VII. 3. 6. et VII. 4. 2.—45 Torrenius malit, *jam ortu pro ea mortua*. ‘Pighius hæc verba expunxerat, tanquam glossema, sed habent omnes Mss. excepto Winck. habent editt. in quibus et Vet. Perizonius malit: *ortu*.’ Kapp.—46 *Quocirca rite* in Copes. Dein multi alii, *cum his*.—47 Oli-

NOTE

quispiam, qui, eo interfecto, cujus se amicitiae devovisset, mori recusaret.’

^z *Thraciæ*] Quæ inter Ægeum mare, Propontidem, Pontum Euxinum, Macedoniam, et Mysiam. Hodie Romania.

^a *Laudem*] Thracibus hoc commune fuit cum Agathyrsis, Cæsiis, Indis,

aliisque nationibus; de quibus Herod. Mela, et alii.

^b *Lycii*] Quorum regio Phrygia, Pamphylia, Caria, et mari Mediterraneo clauditur.

^c *Indorum fœminæ*] Quod et Solinus refert: Thracibus tamen id tribuit Herodotus.

ime dilexerit. Victrix gaudio exultans, deductaque a necessariis lætum præferentibus⁴⁷ vultum, conjugis se flammis superjacet, et cum eo tanquam felicissima crematur: superatæ cum tristitia et mœrore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam; adjice Celtibericam fidem; junge animosam Thraciæ sapientiam;⁴⁸ annecte Lyciorum in luctibus abjiciendis callide quæsitam rationem: Indico⁴⁹ tamen rogo nihil eorum præferes, quem uxoris pietas in modum genialis tori propinquæ mortis secunda conscendit.ⁿ

15. Cui gloriæ,⁵⁰ Punicarum fœminarum, ut ex comparatione turpius appareat, dedecus subnectam. Siccæ⁵¹ d enim fanum est Veneris, in quod se matronæ conferebant, atque inde procedentes ad quæstum, dotes⁵² corporis injuria contrahebant,^o honesta nimirum tam inhonesto vinculo conjugia juncturæ.

16. Nam Persarum⁵³ admodum probabile institutum fuit,

ⁿ *Quem rogam uxorem pia in maritum, contemnens mortem imminuentem, conscendit, tam læto vultu, quam si esset lectus genialis.*

^o *Atque inde cupientes habere pecuniam, comparant sibi dotem stupro corporis.*



ver. alique, *præferens vultum*. Lect. nostram reposuit Pighius; et sic est in Vet. Mog. Venett. et septemdecim Torren. Gudius conj. *lectum præferentibus*. Mox cum *tristitiæ mœrore* exhibent Ultraj. 1. 2. Copes. Harl. Rhem. 1. 2. 3. Bitur. 1. 2. et Barb. 1. cum Vet. vulgatam ceteri tumentur, sed Perizon. *tristitia* et non agnoscit.—48 ‘Vet. cum octodecim Mss. *potentiam sapientiam*. Torrenius tamen credit, *potentiam* esse a mala manu, cum diserte *sapientiam* in Thracibus laudarit, qui sine ullis Doctorum præceptis conditionis nostræ habitum perviderint.’ Kapp. Quidam Torren. *potentiam sapientiam*; Barb. 1. *potentiam et sapientiam*: Ultraj. 1. 2. et *annecte*: Mog. *Thraciæ potentiam*. *Sapientiam adnecte L. et in . . . exquisitam rationem*: Ultraj. 1. 2. Voss. et unus Rhem. habent etiam, *exquisitam*.—49 Toll. et Leid. 2. *Indicorum*. Deinde quatuor codd. *uxorum*; quinque alii cum Mog. *uxoria*, probante Torrenio.—50 *Cujus gloriæ* sc. pietatis, in sexdecim Torren. cum Vet. Mog. et Venett. *Punicarum* Pighius; cum omnes codd. et edd. vett. habeant, *Punicarum*.—51 Dan. *Cirtæ*; Harl. *Circe*; Bitur. 1. *pirce*; Medic. 5. *Cirte*; Leid. 5. *Pirte*; Vat. 1. *Sicce*; libri vett. excusi, *Sicæ*; Vet. *sicte*.—52 Ita locum hunc ex codd. restituit Pighius: Dan. Brand. 1. 2. cum Vet. Aldd. &c. *procedentes quæstum dotis*. Ut emendavit Pighius ita exhibent Ultraj. 2. et Toll. neque aliter Mog.—53 *Jam Persarum* Exc. Steph. ut edidit Pighius: *Nam* habent

NOTÆ

^d *Siccæ*] Urbs est Africæ trium Sicca Venerea dicitur Ptolemæo. dierum itinere a Carthagine dissita.

quod liberos suos non prius aspiciabant, quam septimum implessent annum, quo parvulorum amissionem æquiore animo sustinerent.

17. Ne Numidiæ ⁵⁴^e quidem reges vituperandi, qui more gentis suæ nulli mortali osculum ferebant.^f Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili et trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse convenit.^p

^p Qui enim positus est in summo culmine honoris et dignitatis, non debet deprimi ad humilem et vulgatam inter plebeios consuetudinem, ut alii majori veneratione illum prosequantur.



omnes fere Torren.—54 Vet. cum aliquot codd. *Numidæ*, optime iudice Torrenio. Mox eadem Vet. *mortalium*.

NOTÆ

^e *Numidiæ*] Quæ inter mare et Æthiopiam hinc ad Carthaginensium ditionem, inde ad Mauritaniam pertinebat. *Biledulgerid*.

^f *Osculum ferebant*] Mos osculum figendi, vel honoris vel amoris causa, stante Republica Romæ, vel nunquam vel raro usurpatus. Sub Augusto maxime invaluit; et quamvis a Tiberio edicto prohibitus, sæpius quam ante usurpatus est: quin etiam Imperatoribus ipsis, quod et amicos et cives primarios osculo exciperent,

laudi datum est: cujus rei locupletissimos testes laudare possum Plinium, Suetonium, et Pacatum. Ita Plinius de Trajano loquitur: 'Gratum erat cunctis, quod Senatam osculo exciperes, sicut dimissus osculo fueras.' In Othone Suetonius: 'Magne Galbam salutavit, utque consueverat, osculo exceptus etiam sacrificanti interfuit.' Et Pacatus de Theodosio: 'Ille cohonestatus affatu, ille mensa beatus, ille osculo consecratus est.' Hæc fere Lipsius.

CAP. VII.

DE DISCIPLINA MILITARI.

OBSERVATA A ROMANIS.

- 1 P. Scipione Æmiliano Cos.
- 2 Q. Metello Numidico Cos.
- 3 P. Rupilio Cos.
- 4 C. Aurelio Cotta Cos.
- 5 Q. Fulvio Flacco Cens.
- 6 A. Posthumio Tuberto dict. et T. Manlio Torquato Coss.
- 7 L. Quintio Cincinnato dict.
- 8 L. Papirio Cursore dict.
- 9 L. Calpurnio Pisone Cos.

- 10 Q. Metello Macedonico procos.
- 11 Q. Fabio Max. Serviliano procos.
- 12 P. Africano majore procos.
- 13 P. Africano minore procos.
- 14 L. Æmilio Paulo procos.
- 15 Senatu Romano.

EXTERNIS.

- 1 Senatu Carthaginienſi.
- 2 Clearcho Spartanorum duce.

VENIO ¹ nunc ad præcipuum decus, et ad ² stabilimentum Romani imperii, salutari perseverantia ad hoc tempus sincerum et incolume servatum, militaris disciplinæ tenacissimum vinculum; in cujus sinu ac tutela serenus tranquillisque beatæ pacis status acquiescit.

1. P. Cornelius Scipio,^a cui deleta Carthago avitum cognomen dedit, consul in Hispaniam missus, ut insolentissimos Numantinæ urbis^b spiritus, superiorum ducum^c culpa nutritos, contuderet, eodem temporis momento, quo castra intravit, edixit: ut omnia ex his, quæ voluptatis causa comparata³ erant, auferrentur ac summoventur. Nam⁴

//////////

1 Hic demum incipit in codd. et edd. vett. Caput secundum. Vide supra ad initium Cap. II.—2 Pighius delet *τὸ ad*; Mediol. 3. exhibet *ac stabilimentum*. Nostram lect. ex omnibus codd. et edd. vett. restituit Torrenius. Mox, *ad hoc usque tempus* in Ultraj. 2.—3 Copes. et Leid. 7. *comperata*; unde Perizonius conj. *voluptatis comperta*. Pighius legit *comparata essent*, contra omnes codd.—4 *Nam* habent Brand. 1. 2. septemdecim Torren. et edd. vett. hoc tamen Pighius expunxit, quod in codd. Camp. et Sus. non reperiret:

NOTÆ

^a P. Cornelius Scipio] Africanus Minor Æmilii Pauli filius, et Africani Majoris adoptione nepos. De Carthaginis ruina lib. I. cap. 1.

^b Numantinæ urbis] Urbs fuit Celtiberorum in Hispania bello in Romanos gesto nobilitata. Nunc *Puente Garay*.

^c Superiorum ducum] Septem ante Scipionem in Numantinos duces fuerunt. Cæcilius Metellus, Q. Pompeius, Popilius Lænas, Hostilius Maucinus, Æmilius Lepidus, Furius Philus, et Calphurnius Piso; quorum alii fugati, alii victi a Numantinis.

constat, tum maximum inde institorum^d et lixarum numerum cum duobus millibus scortorum abiisse. Hac turpi atque erubescenda sentina vacuefactus noster exercitus, qui paulo ante metu mortis, deformi se fœderis ictu^e maculaverat, erecta virtute, recreataque,⁵ acrem illam et animosam Numantiam incendiis exustam ruinisque prostratam solo æquavit. Itaque⁶ neglectæ disciplinæ militaris indicium, Mancini miserabilis deditio; servatæ merces, speciosissimus Scipionis triumphus^f extitit.*

2. Ejus sectam⁷ Metellus^g secutus, cum exercitum in Africa, Jugurthino bello^h nimia Sp. Albini indulgentia corruptum,ⁱ consul accepisset, omnibus imperii nervis ad re-



constat quantum maximum in uno Rhem. rusticorum et lixarum in Vet.—5 Vet. habet: erecta et recreata virtute.—6 Hæc omnia: Itaque... extitit, supposititia videbantur Guyeto. Vet. inter servatæ et merces interponit: vero militaris disciplinæ.—7 Eam sectam tacite dedit Pighius; contra omnes fere codd. et

NOTE

^d *Institorum et lixarum*] Institores dicuntur ii, qui jumenta, quibus venalia portantur, agunt; lixæ vero, qui militibus apparant cibum, potum, aliaque, quæ ad victum pertinent.

^e *Deformi se fœderis ictu*] Duce Mancino, ut lib. I. c. 6. n. 7. explicuimus. Scipio omnia luxuriæ et ignaviæ adjuncta edicto sustulit, ne miles gregarius servum aut equum haberet; ne quisquam ordine egrederetur; ne quis lectis uteretur; et præterea subinde castra movere, juxta ac si instarent hostes; vallo et fossa munire; vigiliis crebras ponere, &c.

^f *Speciosissimus Scipionis triumphus*] Victi a Scipione Numantini intra urbem obsessi sunt; cumque, nec pugnae copia fieret, nec ulla spes superesset, aut pacis aut fugæ, in rabiem furoremque conversi, duces suos, se, patriamque ferro, veneno, subjectoque igne peremerunt: ne unus

quidem fuit, qui in vinculis duceretur, 'prædaque ut de pauperibus nulla, triumphusque fuit tantum de nomine,' inquit Florus. Plinius tamen 17. millia pondo argenti a Scipione delata memorat; sed Floro libentius assenserim, cum illi et Orosius et alii consentiant.

* An. M. 3920. Ol. 161. 3. Urb. C. 619. Ant. C. 133.

^g *Metellus*] Q. Cæcilius Metellus Numidicus, Metelli Calvi filius: de quo plura in gente Cæcilia.

^h *Jugurthino bello*] Jugurtha Masinissæ nepos, Micipsæ per adoptionem filius, Hiempsalem et Adherbalem Micipsæ filios, ac patruales suos, regno ac vita spoliavit, quare bellum in ipsum gestum est.

ⁱ *Sp. Albini indulgentia corruptum*] Vel avaritia; ipse enim, a Jugurtha pecunia corruptus cum diceretur, lege Manilia damnatus est.

vocandam pristinae⁸ disciplinam militiae connisus est.^a Nec singulas partes apprehendit, sed totam continuo in statum suum redegit. Protinus namque lixas e castris summovit, cibumque coctum venalem proponi⁹ vetuit. In agmine neminem militum ministerio servorum jumentorumque, ut arma¹⁰ sua et alimenta ipsi ferrent, uti passus est. Castrorum subinde locum mutavit: eadem, tanquam Jugurtha semper adesset, vallo fossaque aptissime¹¹ cinxit. Quid ergo restituta continentia, quid repetita industria profecit? Crebras scilicet victorias,^j et multa tropæa^k peperit ex eo hoste, cujus tergum, sub ambitioso imperatore,^l Romano¹² militi videre non contigerat.[†]

3. Bene etiam illi disciplinae militari affuerunt,¹³ qui, necessitudinum perruptis vinculis, ultionem vindictamque læsæ, cum ignominia domuum suarum, exigere non dubitaverunt.^b Nam P. Rupilius^{14m} consul eo bello, quod in

^a Ad restituendam disciplinam antiquæ militiæ, adhibuit omnem auctoritatem, quam habet Imperator.

^b Illi etiam multum contulerunt ad observantiam disciplinae militaris, qui nulla habita ratione cognatorum et amicorum, non dubitarunt sumere ultionem et vindictam ob neglectam disciplinam, etiam cum dedecore suarum familiarum.



edd. vett. *Cujus sectam* Voss.—8 Vox *pristinæ* deest in Copes. Deinde sunt qui habent, *connixus*; item, *nisus*.—9 Vet. habet, *pponi*, i. e. *præponi*.—10 Perizonius malit: *ut ne arma*, improbante Kappio.—11 *Castrorum subinde loca . . . vallo fossaque apertissime* in Vet.—12 *Romano* deest in Copes.—13 *Ultraj. 1. non affuerunt*: edd. vett. *præruptis*; codd. et Mog. *perruptis*. Mox Voss. pro *læsæ* exhibet, *lesi*; *Ultraj. 2. sese*.—14 Ita recte restituit Pighius:

NOTÆ

^j *Crebras scilicet victorias*] Ubi semel justo prælio Jugurtham vicit, Numidiam populatus Zamam obsidet; deinde Regi pacem petenti deditio-nem imperat: at ille supplicii metu deterritus, iterum prælium parat; eandemque quam antea fortunam expertus, ad Bocchum Mauritaniæ Regem fugit; tumque Metello Marius surrogatur. Hæc multis Sallustius.

^k *Tropæa*] Trophæum, seu Tropæum; sic enim rectius scribitur; monumentum fuit a victore erectum ibi, ubi hostem fuderat: primum quidem

rapta ex hoste spolia arborum ramis suspensa; deinde turres ædificari cœptæ. Apud Romanos primi Domitius Ænobarbus et Fabius Maximus saxeas erexere turres, et desuper exornata armis hostilibus tropæa fixere, ut auctor est Florus.

^l *Ambitioso imperatore*] Sp. Albino, qui, quo militi gratior esset, ejus libidini obsequabatur.

† An. M. 3945. Ol. 167. 4. Urb. C. 644. Ant. C. 108.

^m *P. Rupilius*] Non Rupilius, sed *P. Rutilius Rufus*, qui paulo post pub-

Sicilia cum fugitivisⁿ gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Taurominitanam arcem^o amiserat, provincia jussit decedere. †

4. Jam C. Cotta^{15 p} P. Aurelium Pecuniolam,^q sanguine sibi junctum, quem obsidioni Liparitanæ ad auspicia reptenda Messanam^r transiturus præfecerat, virgis cæsum, militiæ^s munere¹⁶ inter pedites fungi coëgit, quod ejus culpa agger incensus,^{17 t} et pæne castra fuerant capta. *

codd. et edd. vett. præferunt *Rutilius*. Deinde Copes. *quia negligentiam*; unde Perizon. conj. *qui per negligentiam*. Perizon. *a Tauro arcem*; Voss. *Tauromenitanam*; Ultraj. 2. *Thauromentanam*; Bitur. 1. *Tauromontanam*; Barb. 1. *Tauromitanam*; Leid. 2. 5. 6. et Mog. *Tauromentanam*; Vet. *Tauromatanam* . . . *discedere*.—15 *Jam C. Cotta* desunt in quatuor Torrenianis: Vet. exhibet, *Jam C. Cotta consul P. Aurelium filium Pecuniolam*: Voss. *Aurelianum filium quem*: duo Leidd. Bitur. 1. 2. et Vat. *Aurelium filium Pecuniolam*: in Leid. 7. punctis notatur τὸ *filium*: Leid. 2. habet: *Aurelium filium suum*; et alia manu, *Pecuniolam*. Edd. vett. habent, *Nam C. Cotta*: Vet. *Jam C. Cotta consul P. Aurelium filium Pecuniolam*.—16 Pighius addiderat *gregalis*, quod minime opus est, nam id jam *militiæ* indicat. Vet. *munera cum Dan. gregalis*

NOTÆ

lico judicio eo damnatus est, quod in amicos Ti. Gracchi consulisset asperius.

ⁿ *In Sicilia cum fugitivis*] Dum bellicis variis distinentur Romani, Eunus quidam natione Syrus fanatico furore simulato servos, quasi Syriæ Deæ imperio, ad libertatem vocat; et 60. amplius millium collegit exercitum. Ita Florus. Alterum addit Livius nomine Cleonem, qui septuaginta servorum millia contraxit: utrumque conjungit Diodorus. Ab his Prætorum quatuor Manilii, Lentuli, Pisonis, et Hypsæi sæpe fusi exercitus, castraque direpta, donec Consul Rutilius contra eos missus est.

^o *Taurominitanam arcem*] *Taurominiam* Straboni urbs est Siciliæ, Romanorum Colonia; nunc *Tuormina*: Ptolemæo mons, cui civitas erat imposita, tum a servis occupata. A Rutilio, vi Taurominio, prodicione Enna captis, servorum alii in prælio ceciderunt, pars acti præcipites, pars suppliciis necati. Cleon eruptione

facta fortiter dimicans occubuit, Eunus a Romanis captus in carcere misere periit. Hæc Diodorus.

‡ An. M. 3922. Ol. 162. 1. Urb. C. 621. Ant. C. 131.

^p *C. Cotta*] Male a Sigonio vocatur Valerius. Huic primo ex gente Aurelia Cottæ ob iracundiam nomen inditum. Unde distichon illud: ‘Trasci faciles Cottas, vultuque severos Fama refert; domui nomen et inde datum.’

^q *P. Aurelium Pecuniolam*] Nec cum Valerio, nec inter se consentiunt Frontinus et Zonaras: ille enim Valerium, hic Q. Cassium appellat. Ille, sicuti Valerius, virgis cæsum; hic dignitate dejectum scribit, quod præter Consulis mandatam urbem aggressus multos e suis amisisset.

^r *Messanam*] Urbem Siciliæ Peloro promontorio propinquam, a Messeniis Achaïæ populis conditam: cujus incolæ primum Messanenses, deinde Mamertini dicti sunt. Hodie *Messine*.

* [*Gregalis*] *Militiæ*] Gregales mi-

5. Q. etiam Fulvius Flaccus censor, Fulvium fratrem^u cohortem legionis,^{18 v} in qua tribunus militum erat, injussu consulis domum dimittere ausum, senatu movit.[†] Non digna exempla, quæ tam breviter,¹⁹ nisi majoribus urgerer, referrentur. Quid enim tam difficile factu, quam copulatae societati generis et imaginum deformem in patriam reditum indicere? aut communioni²⁰ nominis, ac familiae veteris propinquitatis serie cohærenti, virgarum contumeliosa verbera adhibere? aut censorium supercilium adversus fratrem caritatem destringere?^{c 21} Dentur hæc singula quam-

^c *Quid enim tam factu difficile, quam imperare reditum in patriam ignominiosum homini conjuncto et sanguinis et stemmatis vinculo, ut fecit Rutilius; aut virgis cedere, quod supplicium infame, affinem ejusdem et nominis et familiae, ut Cotta: aut exercere censoriam severitatem contra fratrem, ut Fulvius.*



abest ab omnibus codd.—17 Ita Camp. Atreb. Pulm. Brand. 1. 2. Exc. Steph. et nonnulli Torren. cum Herbip. *ager incensus* exhibent Venett. Mediol. Aldd. Gryph. Chalc. et Steph. *agger inscensus* malit Lipsius; *agger escensus* Colerus. Mox copulam et delent Ultraj. 1. 2. nonnulli Torren. Vet. et Mog. Deinde plurimi Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. &c. *erant*; nam *fuertant* est a Pighio.—18 Perizonius emend. *fratrem consortem, legionem, &c.* sed non favent codd. Deinde Steph. *senatu amovit.*—19 ‘Alii omittunt quæ, ut Vet. et Mog. alii iique plurimi: *Tam digna exempla tam breviter non*; alii: *Tam digna exempla non tam breviter.* Lectio textualis est a Pighio, qui auctoritate Susii et Pulm. sic edidit. Sensus manet idem, quocumque etiam loco *non* ponatur, cum *referrentur* construendum; neququam cum *digna.*’ Kapp. Perizonius dubitat, an per interrogationem esset positum: *Tam digna exempla, tam breviter, &c. . . referentur?*—20 Pighius edidit: *copulato societate . . . communiõne*: sed lect. nostram testantur Dan. Brand. 1. 2. plurimi Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—21 In edd. vett. *distringere*: Torrenius dedit *destringere*, eumque secuti Bip.

NOTÆ

lites, ut ex ultimis Centuriarum Decuriis delecti, ita ad infima quæque deputati.

[†] *Agger incensus*] Sic quidem legit Pighius; at, qui agger, cum e terra esset, incendi potuit? Melius, opinor, Lipsius, *agger inscensus*; nam inscendi et conscendi vallum, trita est lectio.

* An. M. 3802. Ol. 132. 1. Urb. C. 501. Ant. C. 251.

^u *Fulvium fratrem*] Q. Fulvius Flaccus, de quo superius, duos fratres habuit M. et Cn. Fulvius: illum in Hispaniam legatum duxit; hunc Censor Senatu movit.

^v *Cohortem legionis*] Quid Cohors, quid Legio, quis Tribunus Militum, in Militia Romanorum diximus.

† An. M. 3880. Ol. 151. 3. Urb. C. 579. Ant. C. 173.

vis claris civitatibus: abunde tamen gloria disciplinæ militaris instructæ videbuntur.^d

6. At nostra urbs, quæ omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit, Imperatorum proprio sanguine manantes secures,²² ne turbato militiæ ordine vindicta deesset, e castris publice speciosas, privatim lugubres duplici vultu recepit: incerta gratulandi prius, an alloquendi officio²³ fungeretur.^e Igitur ego quoque hæsitante animo vos bellicarum rerum severissimi custodes, Posthumi Tuberte,^{24 w} et Manli Torquate, memoria ac relatione complector; quia animadverto fore, ut pondere laudis, quam meruistis, obrutus, magis imbecillitatem ingenii mei detegam, quam vestram virtutem, sicut par est, repræsentem. Tu namque, Posthumi dictator, A. Posthumium, quem ad generis penetraliumque sacrorum successionem propagandam genueras; cujus infantia blandimenta sinu atque osculis foveras; quem puerum literis, quem juvenem armis instruxeras; sanctum, fortem, amantem tui pariter ac patriæ; quia non tuo jussu, sed sua sponte præsidio progressus, hostes fuderat, victorem securi^x feriri jussisti; et ad hoc peragendum imperium paternæ vocis

^d Si civitates aliæ etiam potentes haberent singulæ vel unum hujusmodi exemplum, merito gloriari possent de observata disciplina militari.

^e Urbs nostra, cum dubitaret, an deberet gratulari Imperatoribus ob victoriam, an consolari victores ob mortem filiorum, aspexit ambiguo vultu secures Imperatorum fluentes sanguine natorum; et sicut publicæ rei gloriosas, ita privatis familiis lugubres.

aliique.—22 Decem Torren. cum Vet. et Mog. exhibent: *manantes secures habet, ne, &c.* nonnulli Torren. *madentes*: Leid. 5. *ne t. m. ordini*.—23 Ita unus Brand. sex Pighiani, et plerique Torren. cum Herbip. *an lugendi officio* Aldd. Chalc. et unus Brand. *an dolendi* alter Brand. a m. sec.—24 *Tiburte* in

NOTÆ

^w *Posthumi Tuberte*] Ab aliis Aulus, Spurius ab aliis dicitur, qui Dictator Volscos et Æquos insigni pugna superavit.

^x *Victorem securi*] Ab hac opinione dissentit Livius lib. iv. qui Posthumii filium a patre securi percussum ne-

gat: 'Nec libet,' inquit, 'credere, et licet in variis opinionibus: et argumento est, quod imperia Manliana, non Posthumiana appellata sint, cum qui prior auctor tam sævi exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit.'

ministerio sufficere valuisti. Nam oculos tuos, certum scio, clarissima in luce tenebris offusos, ingens animi opus intueri nequivisse.^{f †} Tu item, Manli Torquate, Latino bello^y consul, filium, quod provocatus a Geminio Metio²⁵ duce Tusculanorum ad dimicandum te ignaro^z descenderat, gloriosam victoriam et speciosa spolia referentem,^a abripi a lictore,^b et in modum hostiæ mactari jussisti; satius esse judicans, patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere.*

7. Age, quanto spiritu putamus usum L. Quintium Cincinnatum^c dictatorem eo tempore, quo devictis Æquis^{26 d}

f Et ad hoc mandatum de morte filii exequendum satis fuit, ut sola voce id lictoribus imperares: nam certe scio, te obrutum mœrore, licet mens tua esset in luce clarissima, dum patriæ bono prospicit, non potuisse intueri ingens illud opus fortitudinis.

quibusdam Torren. Mox *qui* pro *quia* in Vet.—25 Duo codd. Torren. *Gemino Metio*.—26 Tredecim Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. *equiculis*; Leid. 6. *equicurulibus*; codex Perizon. *æquicolis*: Pighius tacite reposituit *Æquis*. Mox idem Pighius: *quod castra ejusdem hostes obsederant*, ut erat in Atreb. *ejusdem* habet etiam Vet. *quod c. ejus iidem hostes obsedissent* in Sus. aliisque Pighianis: *quod c. e. hostes iidem* in edd.

NOTÆ

* An. M. 3624. Ol. 57. 3. Urb. C. 323. Ant. Ch. 429.

^y *Latino bello*] In bello Gallico id contigisse dicit apud Sallustium Cato in Oratione contra Catilinam: falsus tamen, seu Cato, seu Sallustius opinione sua est; nam bello Latino accidisse ex aliis omnibus liquet, cum Decius Consulum alter se devovit.

^z *Te ignaro*] Invito; edixerant enim Consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

^a *Speciosa spolia referentem*] T. Manlius, cum suis turmalibus, supra hostium castra ad teli jactum evaserat, cum illum Metius ad singulare certamen provocat: movet ferocem animum juvenis, seu ira, seu pudor; oblitus itaque imperii paterni, præceps ad id certamen agitur, spiculumque fixit inter aures equi hostilis; cujus doloris impatiens equus excus-

sit equitem, quem cuspide Manlius terræ affixit.

^b *Abripi a lictore*] Ad patris prætorium cum spoliis tendebat Manlius, ignarus futuri. ‘Ut me omnes,’ inquit, ‘pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus, equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto.’ Quod ubi audivit Consul, filium aversatus, concionem classico advocari jubet; quæ, ut frequens convenit, filium arguit violati imperii; tum ad palum alligari, cervicesque amputari imperat.

* An. M. 3714. Ol. 110. 1. Urb. C. 413. Ant. Ch. 339.

^c *Quintium Cincinnatum*] Gentis Quintiæ principem, qui semel Consul, bis Dictator fuit: de quo sæpe postea.

^d *Devictis Æquis*] Sabini et Æqui illis finitimi a Romanis defecerant:

et sub jugum missis, ° L. Minucium^f consulatum deponere[§] coëgit, quod castra ejus iidem hostes obsederant?† Indignum enim maximo imperio credidit, quem non sua virtus, sed fossa vallumque tutum præstiterat: cuique verecundiæ non fuerat, arma Romana metu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi XII. fascēs, penes quos senatus, et equestris ordinis, et universæ plebis summum decus erat, quorumque nutu Latium ac totius Italiæ vires regebantur, contusi atque fracti dictatoriæ se animadversioni substraverunt.[§] Ac ne inulta foret læsa²⁷ gloria militaris, consul delicti omnis vindex punitus est. His, ut ita dicam, piaculis, Mars imperii nostri pater, ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabatur: affinium et cognatorum et fratrum nota,²⁸ filiorum strage, ignominiosa consulum ejuratione.^h

° Ergo Consul, ante quem portantur duodecim fascēs, quæ signa sunt summi imperii, et decus Senatus, &c. se submitit punitioni sibi imperatæ a Dictatore.

^h Ignominiosa depositione Consulum.

vett. cum c. e. iidem hostes in aliis.—27 Ita Pighius ex Pulm. et Cauch. et sic est in uno Brand. *lata* exhibent, sive *leta* alter Brand. unus vel alter Torren. Vet. Mog. Venett. Herbip. et Mediol. *lata*, seu *læsa* omittunt alii codd. cum Aldd. et Chalc.—28 Sic etiam Pighius ex Sus. ut est in Brand. 1. 2. et multis Torren. qui delent copulam ante *cognatorum*. Vet. pro *nota* legit *nece*: in aliis edd. vett. et *cognatorum nota*, et *fratrum filiorumque*. Mox

NOTÆ

contra Sabinos Nautius, adversus Æquos Minucius movit; qui, dum in castris se pavidus tenet, ita ab hoste obsessus est, ut nec egredi, nec vicium tolerare liceret: quod ut Romam allatum, Quintius Cincinnatus operi agresti intentus ab altero Consule Dictator dicitur: continuo in hostes profectus, eos post acre certamen in castra pulsos ad deditionem compulit, peractoque triumpho die 16. Dictaturam deposuit.

° *Sub jugum missis*] Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata; sub hoc jugo Dictator Æquos misit.

Delph. et Var. Clus.

^f *L. Minucium*] Augurinum, qui aliquanto post Præfectus annonæ nefaria Sp. Melii consilia aperuit.

° *Consulatum deponere*] Consularem exercitum ipsumque Consulem increpans, ‘Carebis,’ inquit, ‘prædæ parte, miles, ex eo hoste, cui prope præda fuisti; et tu, L. Minuci, donec Consularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris.’ Ita se Minucius abdicat Consulatu, jusque ad exercitum manet. Hæc Livius lib. III.

† An. M. 3597. Ol. 80. 4. Urb. C. 296. Ant. Ch. 456.

Val. Max.

T

8. Ejusdem ordinis est,²⁹ quod sequitur. Papirius^h dictator, cum adversus imperium ejus Q. Fabius Rullianus, magister equitum, exercitum in aciem eduxisset,ⁱ quamquam fuis Samnitibus in castra redierat, tamen neque virtute ejus, neque successu, neque nobilitate motus, virgas expediri, eumque nudari jussit.^j O spectaculum admirabile! et Rullianus, et magister equitum, et victor, scissa veste, spoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus:³⁰ ut in acie exceptorum vulnerum nodosis ictibus cruore renovato, victoriarum, quas modo speciosissimas adeptus erat, titulos respergeret.ⁱ Precibus deinde suis³¹ exercitus occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit; ubi frustra senatus auxilium imploravit. Nihilominus enim Papirius in exigenda poena perseveravit. Itaque coactus est pater ejus,^k post dictaturam, tertiumque consulatum, rem ad populum devocare, auxiliumque tribunorum plebis

ⁱ *Ut macularet gloriam victoriae, quam modo retulerat, sanguine iterum nodosis virgarum ictibus ducto ex vulneribus, quae in pugna acceperat.*



Vet. *consulum evitacione*.—29 Plerique codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. omittunt *est*, quod reposuit Pighius. Mox in iisdem codd. et edd. vett. *Rutilianus*.—30 Ita Pighius ex Camp. cum alii omnes codd. et edd. vett. habeant: *se verberibus lacerandum praebuit*. ‘Lipsius conjicit *praebuit*, Torrenius *praebuerit*; praeter necessitatem. Mox vulgo male legunt et distinguunt: *speciosissimos erat adeptus titulos*, nam comma ponendum est ante *titulos* et legendum *speciosissimas*, ut recte ed. Vet. cum viginti Mss. et antiquis editionibus.’ *Kapp.*—31 Omnes fere codd. habent *sui*; Atreb. et Vet. *suis*, quod reposuit Pighius. Mox *jus in exigenda* Coler. ex

NOTÆ

^h *Papirius*] L. Papirius Cursor, vir animi vigore et corporis viribus excellens, Consulatus quinque, duabus Dictaturis, et tribus de Samnitibus triumphis clarissimus. De Fabio Rulliano jam antea saepius.

ⁱ *In aciem eduxisset*] Incertis auspiciis in Samnium Dictator venerat; itaque monitus a Pullario, repetendorum auspicioꝝ causa Romam revertitur; simulque Magistro Equitum denuntiat, ne se absente cum hoste manum conserat: Fabius ta-

men, cum comperisset apud hostes soluta esse omnia, occasione rei bene gerendae incitatus confligit, eaque fortuna pugnae fuit, ut viginti hostium millia caesa eo die dicantur.

^j *Nudari jussit*] Praeter spretum imperium, duo praecipue Papirium pupugerunt; unum, quod arma hostilia Fabius cremasset; alterum, quod ad Senatum, non ad se, de victoria scripsisset.

^k *Pater ejus*] Fabius Ambustus.

supplex pro filio petere. Neque hac re severitas¹ Papirii refrænari potuit: ceterum, cum ab universis civibus^m et ipsis tribunis plebis rogaretur, testatus est, ‘non pœnam illam se Fabio,³² sed populo Romano et tribunitiæ concedere potestati.’‡

9. L. quoque Calpurnius Pisoⁿ consul, cum in Sicilia bellum adversus fugitivos gereret, et C. Titius,³³ equitum præfectus, fugitivorum multitudine hostium³⁴ circumventus arma iis tradidisset,^o his præfectum ignominiae generibus affectit. Jussit eum toga laciniis abscissis amictum, distinctaque tunica indutum, nudis pedibus, a mane in noctem usque ad principia per omne tempus militiæ adesse.^j ³⁵ Interdixit etiam ei convictum hominum, usumque balnearum:³⁶ turmasque equitum,^p quibus præfuerat, ademptis

^j Jussit adesse usque ad stationem primam in acie per omne tempus quo arma ibi gerebat.

Dan. in exequenda Vet.—32 Multi Torren. se pœnam illam non Fabio. Dan. delet vocem Romano, probante Colero; et sic duodecim Torren. et Mog. tribunorum Brand. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. 4. 6. 8. Dan. alii, cum Vet. Mog. Venett. &c. tribunitiæ Leid. 5. 7.—33 Prænomen abest etiam ab Vet. nec in quatuordecim Mss. et antiquis editionibus comparet.—34 Sus. delet hostium; et Camp. legit armatum suis: unde Pighius: multitudine circumventus arma cum suis. In Leid. 5. fugitivorum est inter lineas. arma his Brand. 1. 2. et edd. vett. Mox nonnulli Torren. cum Vet. affici jussit. Cum toga, &c. Bitur. 1. affigi jussit. Deinde Vet. abscissis . . . decinctaque: ultimam vocem habent etiam Ultraj. 1. 2. cum duobus Leidd. usque deest in Copes.—35 Vet. adesse jussus est.—36 Brand. 1. 2. cum octo Torren. balnearum. Mox Copes. et

NOTE

¹ Severitas] Infestus enim paulo post Romam venit Papirius, et universo Senatu frustra deprecante, prehendi Fabium imperat.

^m Cum ab universis civibus] Cum populus universus Tribunitique plebis pœnam deprecarentur; et ipse adolescens paterque procumberent ad genua Dictatoris; tum ille, facto silentio, ‘Bene habet,’ inquit, ‘Quirites; vicit disciplina militaris, vicit imperii majestas; non noxæ eximitur Q. Fabius, sed noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur Tri-

bitiæ potestati. Vive, Q. Fabi, felicior hoc consensu civitatis ad tuendum te, quam, qua paulo ante exultabas, victoria.’ Ita fere Livius lib. VIII.

‡ An. M. 3730. Ol. 114. 1. Urb. C. 429. Ant. Ch. 323.

ⁿ L. Calpurnius Piso] Qui ob frugalitatem primus Frugi dictus est. De fugitivis supra.

^o Arma tradidisset] Loco tantum cecidisse hostibus scribit Frontinus.

^p Turmas equitum] Quid equitum

equis in funditorum alas transcripsit. Magnum profecto dedecus patriæ magno Pisonis³⁷ decore vindicatum est: quoniam quidem id egit Piso, ut qui,³⁸ cupiditate vitæ adducti, cruce dignissimis fugitivis tropæa de se statuere concesserant, libertatique suæ servili manu flagitiosum imponi jugum non erubuerant,^k amarum lucis usum experirentur, mortemque, quam effœminate timuerant, viriliter optarent.*

10. Nec minus Pisone acriter Q. Metellus:³⁹ qui cum apud Contrebiam^r res gereretur, collocatas a se in quadam statione quinque cohortes, atque ex ea viribus hostium depulsas, repetere eandem stationem^s e vestigio jussit: non quod speraret ab iis amissum locum recuperari posse, sed ut præteritæ culpam pugnæ, insequentis certaminis manifesto periculo puniret. Edixit etiam, ut si quis ex his fugiens castra petiisset,⁴⁰ pro hoste interficeretur. Qua severitate compressi milites, et corporibus fatigatis,⁴¹ et animis desperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem

^k *Sua ignavia passi erant, ut fugitivi morte turpissima digni de se tropæa armis traditis erigerent; et servi imponerent ipsis hominibus liberis jugum infame.*



Harl. alas conscripsit.—37 Leid. 7. delet *Pisonis*, legens magno dedecore, idque Torrenius verum putat: Vet. cum nonnullis codd. *Pisonum dedecore*. 'Forte ferri potest, si *Pisonis dedecore* active intelligas.' Kapp. Ultraj. 2. sed magno *Pisonis decore*.—38 Ita Brand. 1. 2. omnes Torren. et edd. vett. Pighius tamen ex Camp. legit: *id egerit, ut qui, &c.* Deinde aliquot codd. cum Vet. *dignissima*: Steph. *dignissima fugitivi*.—39 Q. *Messius* Copes, duo Rhem. Leid. 2. 6. 7. Voss. 1. 2. Vet. Mog. et Venett. et sic in suo cod. reperit Schottus. Tum multi codd. cum Vet. exhibent, *apud Trebiam*; et sic etiam in cod. Schotti. Deinde Voss. 1. 2. unus Rhem. et Ultraj. 2. *collocatis . . . cohortibus, et ex ea v. h. depulsis*.—40 Ita plerique codd. *petiisset* in libris impressis omnibus: Perizonius conj. *repetiisset*.—41 Copulam et ante *corporibus*

NOTÆ

turma, quid ala funditorum, quis Præfectus equitum, docebit de re militari dissertatio.

* An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

^q *Metellus*] Macedonicus, qui bellum in Hispania, et Consul, et Proconsul gessit.

^r *Contrebiam*] Celtiberiæ civitatem, quæ Ortelio eadem est ac Cantabrica.

^s *Repetere eandem stationem*] Cum omnes in procinctu testamenta facerent, velut ad certam mortem ituri; non deterritus Metellus illos redire jussit. Ita Florus.

multitudinemque hostium superarunt.† Humanæ igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.^l

11. In eadem provincia Q. Fabius Max.^l ferocissimæ gentis animos contundere et debilitare cupiens, mansuetissimum ingenium suum, ad tempus deposita clementia, sæviore⁴² uti severitate coëgit. Omnium enim, qui ex præsidiis Romanis^u ad hostes transfugerant, captique erant, manus abscidit:⁴³ ut trunca præ se brachia gestantes defectionis metum reliquis injicerent. Rebelles itaque manus a corporibus suis distractæ,⁴⁴ inque cruentato solo sparsæ, ceteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.‡

12. Nihil mitius superiore Africano. Is tamen, ad firmandam disciplinam militarem, aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis mutuandum existimavit.^m Siquidem devicta Carthagine, cum omnes, qui ex nostris exercitiis ad Pœnos transierant, in suam potestatem redeisset,^v

^l *Necessitas habet maximam vim ad confirmandam humanam infirmitatem.*

^m *Aliquod exemplum maximæ severitatis faciendum putavit, licet sua natura a crudelitate abhorreret.*



non habent edd. vett. sed extat in longe majore codd. parte.—42 Sus. non habet *sæviore*; pro quo Brand. 1. 2. Copes. Ultraj. 1. 2. tres Leidd. et octo Torren. habent *seviore*: Herbig. *seviore uti sententia*. Hæc verba confunduntur etiam in codd. Sallust. Cat. 51. Cf. Tacit. Hist. 1. 37.—43 Vet. cum Mss. *Romanorum ad hostes fugerant, manus abscidit*; omisso *captique erant*.—44 Voss. 1. 2. Leidd. 5. 7. Ultraj. 1. 2. unus Rhem. et Vat. 1. 2. cum Vet. *districtæ*: duo alii Rhem. *discretæ*; Harl. Barb. 1. 2. et Copes. *dissectæ*, unde Perizon. conj. *dissectæ*, et jubebat videre excerpta Rubenii. Postea pro *sparsæ* Copes. *disperare*, unde idem Perizon. proposuit *disparatæ*: Harl. *dis-*

NOTÆ

† An. M. 3912. Ol. 159. 3. Urb. C. 611. Ant. C. 141.

^l Q. Fabius Maximus] Servilianus, adoptatus in gentem Fabiam, qui bellum cum Viriatho feliciter gessit: non recte ab Appiano Æmilianus dicitur.

^u Ex præsidiis Romanis] Aliter Appiano, aliter etiam Orosio placet, quorum uterque transfugis manus abscissas negat; idque supplicii genus inflictum affirmat, ille militibus latronis cujusdam nomine Cannobæ;

hic civibus oppidi Baccia, quod cum Viriathus obsedisset, Fabius quidem pulsus hostibus liberaverit; sed quingentis civium principibus manus præscindi jusserit. Vix ego adduci possum, ut credam tanta fuisse immanitate Fabium, ut et in socios et in amicos tam crudeliter sæviret.

‡ An. M. 3913. Ol. 159. 4. Urb. C. 612. Ant. C. 140.

^v In suam potestatem redeisset] Scipio victis in Africa Syphace et Annibale, Carthaginem terra marique

gravius in Romanos, quam in Latinos^w transfugas^x animadvertit. Hos enim tanquam⁴⁵ patriæ fugitivos crucibus affixit, illos tanquam perfidos socios securi percussit. Non prosequar hoc factum ulterius, et quia Scipionis est, et quia Romano sanguini, quamvis merito perpresso, servile supplicium insultare non attinet; cum præsertim transire ad ea liceat, quæ sine domestico vulnere gesta narrari possunt.

13. Nam posterior Africanus, everso Punico imperio, exterarum gentium transfugas, in edendis populo spectaculis, feris bestiis⁴⁶ objecit.*

14. Et L. Paulus, Perse rege superato, ejusdem generis et culpæ homines elephantis proterendos substravit: utilissimo quidem exemplo; si tamen acta⁴⁷ excellentissimorum virorum humiliter æstimare sine insolentiæ reprehensione permittitur. Aspero enim et absciso⁴⁸ castigationis genere^y militaris disciplina indiget: quia vires armis con-

//////////

persæ. Pro committere auderent Voss. committerent.—45 Guy. corr. ex edit. quadam Gryph. *Illos enim . . . hos tanquam, &c.* At vide infra III. 2. 1. III. 8. Ext. 2. et Perizon. ad Sanct. Minerv. II. 9. in fine.—46 Colerus omisit vocem *bestiis*, eumque secuti sunt alii; eam reposuit tandem Torrenius.—47 Guyeto legendum videtur, *siquidem acta.*—48 Aldd. Colin. Gryph. Steph. Herbig. &c. *et abscisso*; quod habent quoque Brand. 1. 2. correxerit Pighius. Mox *cui vires conj.* Perizonius. Deinde Leid. 2. Venett. Ascens. Colin. Gryph. et Steph. *itinere pro tenore*: Medic. 3. 4. et Vat. 1. 2. *discurrunt pro desciverunt*; Medic. 5. et Barb. 2. *desixerint*; Medic. 1. 2. 6. cum pluribus aliis Torren.

NOTÆ

oppugnabat, cum Pœni legatos de pace Romam mittunt; sed pacis legibus Scipioni permissis, ut auctores sunt Polybius et Livius, ab eo jussi sunt naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivosque tradere.

^w *Latinos*] Non abs re erit hic annotare, quid Latinos inter et Italicos interfuerit. Qui agrum Romanum colerent in Latio Latini; qui alium alibi, Italici dicebantur. Jure Latii, quod Romano quidem deterius, Italico vero commodius erat, fruebantur Latini, Italici non item.

^x *Transfugas*] Multi tamen, cum nec fugæ, nec veniæ, nec salutis spes esset ulla, sese vivos in Æsculapii templo combusserunt.

* An. M. 3908. Ol. 158. 3. Urb. C. 607. Ant. Ch. 145.

^y *Absciso castigationis genere*] Si quis quid deliquisset, ad judicium crimen admissum referri debuit; at interdum, ne supplicii mora scelus aliud ex alio nasceretur, ante judicium Imperator pro arbitrio pœnæ et genus et modum imperabat.

stant : quæ ubi a recto tenore desciverunt, oppressura sunt, nisi opprimantur.^{n†}

15. Sed tempus est, eorum quoque mentionem fieri, quæ jam non a singulis, verum ab universo senatu pro militari more obtinendo defendendoque administrata sunt. L. Marcius^z tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum P. et Cn. Scipionum, quos arma Punica⁴⁹ in Hispania absumserant, dispersas mira virtute collegisset, earumque suffragiis dux esset creatus, senatui de rebus actis a se scribens, in hunc modum orsus est: L. MARCIUS PROPR.⁵⁰ Cujus honoris usurpatione uti eum Patribus conscriptis non placuit; quia duces a populo, non a militibus creari solerent. Quo tempore tam angusto⁵¹ tamque gravi, propter immane Reipublicæ damnum etiam tribunus militum adulandus erat, quoniam quidem ad statum totius civitatis corrigendum unus suffecerat.‡ Sed nulla clades, nullum meritum, valentius militari disciplina fuit.^{o 52} Succurrebat enim illis, quam animosa severitate Tarentino bello

ⁿ *Militaris enim disciplina indiget punitiois genere severo et compendioso, abscissa omni mora: quia robur exercitus constat armatis militibus, qui postquam desciverunt a recto tramite per seditionem, duces opprimunt, nisi mature ab iis puniantur.*

^o *Quo tempore tam adverso Romanis, tamque duro propter ingentes clades a Republica acceptas, etiam Tribunus militum erat adulatione in officio retinendus; et ipse Marcius unus reparaverat miserum civitatis statum: sed militaris disciplina plus valuit apud Senatun, quam clades tunc accepta, et magna Marcii merita.*

et Vet. desciverint.—49 Ita omnes codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. Pighius tamen dedit, *Pœnorum*. Deinde, *in Hispaniam assumpserant* habent Vat. Leid. 6. et Mog. *in Hispaniam* etiam Ultraj. 2. Postea Vet. *exorsus est*.—50 Copes. et Barb. 1. *Tribunus Propratore*: Leid. 2. 6. 7. et Vat. *L. Marcius Propratore*.—51 Harl. *tum mesto*; Ultraj. 1. *tam justo*; Barb. 1. Leid. 5. 7. Copes. Ultraj. 2. cum tribus aliis et Vet. *tam injusto*: Barb. 1. a m. sec. *tam mæsto*, al. *honesto*. Deinde plurimi Torren. *tam grave*; Ultraj. 2. *quam gravi*. Et paulo post Ultraj. 1. 2. et Vet. *adulandum*; Leid. 6. *Tribunis militum adulandum erat*.—52 Pighius ex Cauch. et Winck. dedit, *disciplina apud senatum fuit*, et mox illis expunxit contra omnes codd. et edd. vett. Torren. nostram lect. re-

NOTE

† An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. n. 2.
585. Ant. C. 167.

‡ An. M. 3842. Ol. 142. 1. Urb. C.

^z *L. Marcius*] De morte Scipionum 541. Ant. Ch. 211.
Marciique victoriis vide lib. 1. c. 6.

majores eorum usi fuissent. In quo quassatis et attritis Reipublicæ viribus, cum magnum captivorum civium^a suorum numerum a Pyrrho rege ultro missum recepissent, decreverunt, ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur. Neve quis eorum intra castra tenderet, neve locum extra assignatum vallo aut fossa cingeret,^p neve tentorium ex pellibus haberet. Recursum autem iis ad pristinum militiæ ordinem proposuerunt, si quis bina spolia ex hostibus tulisset. Quibus suppliciis⁵³ compressi, ex deformibus Pyrrhi munusculis acerrimi hostes extiterunt.* Parem iram adversus illos senatus destrinxit, qui apud Cannas^b Rempublicam deseruerant.† Nam cum eos gravitate decreti ultra mortuorum⁵⁴ conditionem rele-

^p Ne locum sibi assignatum extra castra vallo aut fossa muniret.

stituit.—53 Perizon. conj. *Qui his suppliciis*: Vet. *oppressi*; et paulo post, *senatus destruxit*.—54 Aldd. habent, *ultra mortalium*; Pighius vero ex Camp. Cauch. Gembl. Atreb. Winck. 1. 2. 3. et Colon. restituit, *mortuorum*; et sic in Brand. 1. 2. et omnibus Torren. Perizonius conj. *martiorum*, i. e. mili-

NOTÆ

^a *Captivorum civium*] De captivis a Pyrrho remissis inter Scriptores minime convenit: tradit Plutarchus captivos ex Cyneæ sententia Fabricio traditos; ea tamen lege, ut si pacem abnuisset Senatus, ad Pyrrhum reducerentur; eosque reipsa, pace repudiata, remissos. Eutropius et Frontinus eundem obtinere gradum prohibitos, nisi bina prius ex hoste spolia tulissent: Zonaras notatos ignominia, nec contra Pyrrhum deinceps arma tulisse; sed alios in alia præsidia amandatos. Auctores illos inter se conciliandi facilis hæc ratio mihi visa est: bis captivos Fabricio Pyrrhus tradidit; semel post relatam de Lævino victoriam, iterum post detectam a Fabricio perfidiam Timocharis. Primum quidem, auctore

Appio, ad Pyrrhum remissi, ut scribit Plutarchus, deinde vero recepti; at iis, quas Valerius, Eutropius, et Frontinus memorant, infamiæ notis insigniti.

* An. M. 3776. Ol. 125. 3. Urb. C. 475. Ant. Ch. 277.

^b *Qui apud Cannas*] Eorum alii e prælio rebus perditis, alii capti ab hostibus ruptis vinculis aufugerant, multi etiam ab Annibale venundati: qui frequentes ad Marcellum, dum Syracusanam obsidionem cogitat, accurrunt, honestumque militandi ordinem postulant: quorum ille et precibus et lacrymis commotus, ad Senatum rescripsit.

† An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

gasset, acceptis a M. Marcello literis, ut eorum sibi opera ad expugnationem Syracusarum⁵⁵ uti liceret,^q rescripsit, indignos esse, qui in castra reciperentur. Ceterum se ei permittere, ut faceret, quod expedire Reipublicæ judicasset, dum nequis ex eis munere vacaret,^r aut dono militiæ donaretur, aut in Italiam, donec hostes in ea essent, accederet. Sic enerves⁵⁶ animos odisse virtus solet. Age, quam graviter senatus tulit,⁵⁷ quod Q. Petilium^c consulem fortissime adversus Ligures pugnantem occidere milites passi essent? Legioni enim⁵⁸ neque stipendium^d anni procedere, neque æra dari voluit;^e quia pro salute imperatoris hostium telis se non obtulerant.⁵⁹ Idque decretum amplissimi ordinis, speciosum et æternum Petilii monumentum extitit, sub quo in acie, morte; in Curia, ultione, clari cineres ejus acquiescunt.⁶⁰ Consimili animo, cum ei Hannibal sex millium Romanorum, quæ capta in castris habebat, redimendorum potesta-

^q *Si quis retulisset spolia ex duobus hostibus a se occisis. Qua pœna coacti sunt præstare se acerrimos hostes Pyrrhi, qui illos Senatui gratis tanquam munus remiserat. Senatus exercuit similem severitatem contra illos qui in pugna Cannensi ab hostibus capti videbantur Rempublicam deseruisse: cum enim illos gravi decreto relegasset in Siciliam, quod exilium illis morte durius erat, acceptis a M. Marcello literis, &c.*

^r *Ne quis eorum militiæ vacationem haberet, &c.*

^s *Sub quo monumento conquiescunt Petilii cineres illustres, et in bello ob mortem fortiter obitam, et in Senatu ob vindictam sumtam de ignavis militibus.*



tum.—55 Undecim codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. habent, *Syracusanorum*. Pro *rescripsit* unus atque alter Torren. *transscribunt*; Vet. *transscribit*. Mox eadem, *in Italia*.—56 *Sic enervos ἀρχαῖσµῶ* in Dan. et quinque Torren.—57 Vet. omittit vocem, *tulit*.—58 Vet. delet etiam vocem, *enim*: et mox *procedere* deest in duobus Torren.—59 Edd. vett. *obtulerunt*; quinque Torren. *obtulerant*.—60 Quinque Torren.

NOTÆ

^c *Q. Petilium*] Consule lib. I. c. 5. n. 9. ubi pugnam, in qua cecidit, descripsimus.

^d *Stipendium*] Fuit æs, vel semestre, vel annum datum militi: quo si privaretur, ære dirutus dicebatur.

^e *Neque æra dari voluit*] Duplex fuit apud Romanos in milites animadversio; altera levior; gravior al-

tera: levior, quæ famæ dedecus, gravior, quæ corpori vel vulnus, vel mortem intulit. Ad leviolem pertinuit ignominiose dimitti, stipendio legitimo spoliari, fossam fodere, disinctum destitui, cibum stantem capere, hordeo pasci, &c. Ad graviolem vero, cædi virgis, securi percuti, in crucem tolli, &c.

tem⁶¹ fecisset, conditionem sprevit;^f memor, tantam multitudinem armatorum juvenum, si honeste mori voluissent, turpiter capi non potuisse.‡ Quorum nescio utrum majus dedecus fuerit, quod patria spei,⁶² an quod hostis metus nihil in his reposuerit: hæc pro se, ille ne adversus se dimicarent, parvi pendendo.⁴ Sed cum aliquoties senatus pro militari disciplina severe excubuerit,⁶³ nescio an tum præcipue, cum milites, qui Rhegium[§] injusto bello^h occupaverant, mortuoque duce Jubellio M. Cæsium scribam ejus sua sponte imperatorem delegerant, carcere⁶⁴ inclu-

^t *Dubium est an illorum major fuerit infamia, quod hostis illos non timuerit, an quod patria non speraverit ab iis se posse defendi; dum hæc non curat, ut pro se pugnent, et ille non metuit ne contra se dimicent.*

quiescunt.—61 Quinque alii Torren. *redimendi potestatem*; et mox *voluisset*, ut in Vet. Eadem paulo ante, *sex millia*. Livius et Cicero *octo* scribunt.—62 Vet. *patriæ nihil spei*. Deinde Perizon. legit *hæc ut pro se*. Mox complures codd. cum Vet. et Mog. *ducendo pro pendendo*.—63 Ita quoque Vet. cum pluribus Mss. Pighianum *se severum exhibuerit* videtur glossa esse. Ut edidit Pighius habent Ultraj. 2. et Mog. Mox nonnulli Torren. pro *Rhegium* habent *Regulum*. Deinde pro *duce*, Perizon. conj. *Decimo*; Epit. Liv. XII. habet, *Decio*. Pro *Jubellio* Harl. Barb. 1. et Leid. 7. *Budelio*; Leid. 5. a m. sec. *Bubellio*; Leidd. 2. 6. et Toll. *Bubilio*; Vet. *Bubillio*; Ultraj. 1. *Bibillio*; Copes. *Bidellio*, quod delet Voss. *Bubelio* in edd. ante Pighium.—64 Bitur. 1. Leid. 5. et Copes. *in carcere*; sed *in expunctum* est in Leid. 5. et Copes. *in carcerem* Leid. 6. alii, *carceri inclusit*, improbante Vorstio. Mox, *ac inde Fulvio* in Vet. *ac inde Furio* Bitur. 1. *ac M. Furio* in decem Torren. et edd. ante Pighium; *subinde Furio* in Ultraj. 1. Tres Torren. *contra morem*: duo

NOTÆ

^f *Conditionem sprevit*] Victor Annibal in singula capita pretium statuerat, equiti quingentos nummos, tricenos pediti, servo terdenos: quare captivi legatos cum Carthalo Nobili Pœno Romam miserunt; at Carthalonii licitor venit obviam, qui Senatus nomine nuntiaret, ut ante noctem excederet Romanis finibus: e captivis vero, qui apud suos manere volebant, ad Annibalem remissi; qui fuga sibi consuluerant, vel infamia a Censoribus notati, vel variis etiam suppliciis affecti: qui apud Annibalem erant, nobilissimi quique missi Carthaginem, alii occisi, pars venum-

dati, multi inter se dimicare coacti. Ita Polyb. Livius, Zonaras, et alii.

‡ An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. C. 215.

§ *Rhegium*] In Brutiis ad oram freti Siculi, ex adverso Messanæ urbis. Nunc *Regio*.

^h *Injusto bello*] Rem et fusius et clarius Polybius narrat. Quo tempore Pyrrhus Tarentinis venit auxilio, Rhegini suis diffisi viribus Romanos evocant; qui ad quatuor millia urbem ingressi duce Decio Campano, aliquanto post civibus, partim exilio, partim morte mulctatis, urbem retinent: quodque Romani variis essent

sit, ac M. Fulvio Flacco Trib. Pl. denuntiante, ne in cives Romanos adversus morem majorumⁱ animadverteret, nihilominus propositum executus est. Ceterum, quo minore cum invidia id perageretur, quinquagenos^j per singulos dies virgis cæsos, securi percuti jussit, eorumque⁶⁵ corpora sepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit.*

EXTERNA EXEMPLA.

1. Leniter⁶⁶ hoc Patres conscripti, si Carthaginiensium senatus in militiæ negotiis procurandis violentiam intueri velimus; a quo duces bella pravo consilio gerentes,^u etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur:⁶⁷ quod bene gesserant, Deorum immortalium adjutorio; quod male commiserant, ipsorum culpæ imputantés.^v

2. Clearchus vero, Lacedæmoniorum dux, egregio dicto disciplinam militiæ continebat, identidem exercitus sui auribus inculcando, a militibus imperatorem potius, quam hostem metui debere. Quo aperte denuntiabat futurum, ut spiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ acceptum

^u *Duces bella gerentes parum prudenter.*

^v *Tribuebant auxilio Deorum immortalium, quod feliciter bellum gesserant; ipsorum vero ducum culpæ, quæ imprudenter fecerant.*

ejusdem, *propositum persecutus est*: duo Rhem. delent τὸ est.—65 Aldd. Gryph. Colin. et Steph. *eorumque nullum*: lect. nostram ex Cauch. Colon. Camp. Winck. 1. 2. 3. Atreb. et Gembl. restituit Pighius; et est eadem in Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. et Ascens.—66 *Leniter* quinque Torren. cum Vet.—67 Ita Vet. et Mog. cum majore codd. parte; in

NOTE

impliciti bellis, hoc facinus diu inultum fuit; ab iis tandem Rhegium obsessum, militesque Decii gladio omnes, alii pugnando, alii in carcere perierunt.

¹ *Adversus morem majorum*] Nam lege cautum erat, ne civis Romanns aut cæderetur virgis, aut capite plecte-

retur.

^j *Quinquagenos*] Legio integra ex Orosio; trecenti ex Polyb. deducti in forum, cæsi virgis, securique percussi.

* An. M. 3783. Ol. 127. 2. Urb. C. 482. Ant. Ch. 270.

ferre dubitassent.^w 68 Idque a duce præcipi non mirabantur, maternas blanditiarum memores, quæ exituros eos ad præliandum monebant,⁶⁹ ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domesticos parietes accepto signo, Spartanæ acies dimicabant.^z Sed aliena prospexisse tantummodo satis est, cum propriis, multoque uberioribus, et felicioribus exemplis gloriari liceat.

^w Quo aperte illis prædicebat vitam eos supplicio amissuros, si illam in pugna perdere timerent.

^z Acies Lacedæmoniorum pugnabant acceptis intra domesticos parietes his monitis, velut quodam vexillo.



aliis vett. cruci affigebantur.—68 Vir quidam doctus in literis ad Vorstium scriptis legit: *quem p. expensum, &c.* Perizon. malit: *quem fugæ a. f. non dubitassent*: Scioppius: *quem p. a. referre, &c.* codex Voss. omittit, *acceptum ferre*, prob. Torrenio.—69 Voss. 1. 2. *exituros ad prælium admonerat*; Vet. *eis exituris ad præliandum monebantur*. Mox tres Torren. *in conspectu*.



CAP. VIII.

DE JURE TRIUMPHANDI.

- | | |
|--|---|
| 1 Leges duæ de triumpho. | tus triumphus. |
| 2 C. Lutatii Cos. et Q. Valerii pr. altercationes de triumpho. | 5 Cur item P. Scipioni majori et M. Marcello. |
| 3 Cn. Fulvius Flaccus triumphum spernens. | 6 Convivia triumphantium. |
| 4 Q. Fulvio, et L. Opimio cur nega- | 7 Qui ex civili victoria non triumpharunt. |

DISCIPLINA¹ militaris acriter retenta principatum Italiæ Romano imperio peperit, multarum² urbium; magnorum Regum, validissimarum gentium regimen largita est:



1 In omnibus fere codd. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Aldd. Colin. Gryph. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Herbip. Ascens. et Steph. hujus capituli præfatio refertur ad finem cap. sequentis.—2 'Vulgo: *et multarum*, sed in omnibus codd. Torrenianis itemque in utroque Ultraj. Toll. et tribus Gudian. necnon in Vet. et Mog. *et* omittitur; quod quia, iudice Tollio et assentiente Torrenio, recte ac commode abest, illud expunxi.'

fauces Pontici sinus^a patefecit: Alpium,^b Taurique montis^c convulsa claustra tradidit, ortumque e parvula³ Romuli casa totius terrarum orbis fecit columnen.^a Ex cujus sinu quoniam omnes triumphi manarunt,^d sequitur, ut de triumphandi jure dicere incipiam.

^a *Et fecit ut Imperium Romanum ortum ex parvo Romuli tugurio regeret omnem terrarum orbem.*



Kapp.—3 Quinque codd. Torren. *a parvula*: Leid. 2. *casula* pro *casa*; sed *ul* notatur punctis. Deinde Copes. *fecit culmen*; quod notandum videbatur

NOTÆ

^a *Faues Pontici sinus*] Qui Scythiam ab Asia separat, Paludes Mæotides, Borysthenem, et Danubium recipit; ipse vero in Bosphorum Thraciæ se exonerat. Lucullus Pontum primus aperuit, et regiis opibus et natura loci vallatum, inquit Cicero pro Archia. Hodie *La mer noire*.

^b *Alpium*] Montes altissimi qui Italiam a Germania et Gallia dividunt, in longitudine centum millia passuum patent a supero mari ad inferum, ex Cœlio; tria millia stadiorum, ex Livio: varia variis in locis sortiuntur nomina; sunt enim Alpes et Juliæ et Cottivæ et Maritimæ, &c. Vulgo *Les Alpes*.

^c *Tauri montis*] Totius Asiæ mons est maximus; a Lycia, ubi incipit, ad occasum usque in ortum perductus, variis distinguitur nominibus: in Cilicia Taurus, in Armenia Antitaurus, Amanus in Syria, in Mesopotamia Niphates, in Iberia Caucasus dicitur, nunc *Caraman*, vel *Tauro*. Ut maris Pontici fauces, ita Tauri juga primus e Romanis, nisi falsus sum, Lucullus victo Mithridate superavit, dum Tigranem bello persequitur.

^d *Omnes triumphi manarunt*] Libitum est hoc in loco, res enim postulare videtur, quæ ad triumphum pertinent, explicare paucis; triumphum unde nomen, quis primus auctor, quot

genera, quis ordo. I. Triumphum nomen a voce Græca *Θπλαυβος*, Liberi patris cognomen fuit; eo deducitur, quod et ille in Græcia primus hanc pompam adhibuerit, ut placet Plinio et Diod. et milites per urbem sæpius acclamarent, 'Io triumphe, Io triumphe,' ut docet Varro. II. Triumphum primus auctor apud Romanos Romulus fuit, qui cæso Acrone Cæninensium Rege, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, illius spolia, vel e ferculo ad id apte fabricato, ut vult Livius, vel e ramo arboris, ut Plutarchus, instar tropæi suspensa gerens, laurea que coronatus in Capitolium ascendit: addidit aliquanto post Tarquinius Priscus et currum, et alia triumphantium ornamenta; quæ, quo magis res Romana crevit, eo magis et ipsa creverunt. III. Triumphus alius alio illustrior: minor, ovatio; major, proprie triumphus: isque, si terra res feliciter gesta, terrestris; si mari, navalis, vel in urbe, vel in monte Albano actus est: de quo postea. IV. Triumphum hæc pompa fuit: Imperatoris currum præcedebant tibicines, vel triumphales modos, vel classicum canentes: post mactandi boves vittis sertisque redimiti; deinde rapta ex hoste spolia, signa, tabulæ, vasa, pocula, arma, aurum, argen-

1. Ob levia prælia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant. Quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui ⁴ quinque millia hostium^e una acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius urbis nostræ futurum decus majores⁵ existimabant. Ceterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adjutorio fulta est, quam L. Marius, et M. Cato ^f tribuni pl.⁶ tulerunt. Pœnam enim imperatoribus minatur,⁷ qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum literis senatui ausi essent referre: jubetque, ‘ eos, cum primum Urbem intrassent, apud quæstores urbanos jurare, de utroque numero vere ab his senatui esse scriptum.’

2. Post has leges iudicii illius tempestitiva mentio introducetur, in quo de jure triumphandi inter clarissimas per-



Perizonio.—4 Quidam codd. omittunt *qui*. Mog. *quindecim millia* exhibet. Nonnulli codd. *acie occidisset*.—5 Vet. *decus majores nostri*.—6 *Tribuni plebei* in quibusdam Torren. *plebeji* Leid. 5.—7 Bitur. *minabatur*. Mox Leid. 2. in

NOTÆ

tum, domitarum gentium tituli, vic-
tarumque urbium imagines; tum capi-
ti hostium Duces, Principes, Reges
vincti catenis: inde Imperator curru
sublimis, veste triumphali insignis,
coronatus lauro, laurique ramum ma-
nu protendens, interdum cervis, non-
nunquam vel leonibus vel elephantis,
sæpius quadrigis albis vehebatur:
post currum ipsius liberi, cognati,
affines: tum demum victor exerci-
tus; equites turmatim, et cohortes
peditum, suis quisque ordinibus; lau-
reati omnes, accinentesque trium-
phalia carmina; alii armillas, hastas
alii, pars coronas, nonnulli phaleras,
galeas multi, relata quisque fortitu-
dinis præmia insigniaque virtutis os-
tentabat. Hac pompa ductus in Ca-
pitoliium Imperator Diis sacrificare,
epulumque Senatui sumtibus publicis

dare consueverat. Hæc habui de
triumpho quæ dicerem.

^e *Quinque millia hostium*] Leges
etiam aliæ aliis temporibus de jure
triumphandi sancitæ sunt; ne quis,
nisi Dictator, aut Consul, aut Præ-
tor triumpharet: nec is de servis,
fugitivis, piratis, civibus, sed de ex-
ternis tantum hostibus, quos justo
prælio magna eorum strage vicisset,
eaque victoria auxisset imperium:
nam si recuperata tantum, quæ fue-
rant prius amissa, triumphus negatus
honor.

^f *L. Marius, et M. Cato*] Unus L.
Marius Tribunus fuit anno Urbis sex-
centesimo nonagesimo octavo; Marci
Catones multi diversis temporibus;
sed cum L. Mario eorum nullus:
quare quem Catonum intelligat in-
certum est.

sonas et actum et excussum est. C. Lutatius consul⁸ et Q. Valerius Prætor circa Siciliam insignem Pœnorum classem⁹ deleverant: quo nomine Lutatio consuli triumphum senatus decrevit.* Cum autem Valerius^h sibi eum quoque decerni desideraret, negavit id fieri oportere Lutatium, ne in honore triumphi minor potestas majori æquaretur.^b Pertinaciusque progressa contentione, Valerius sponsione Lutatium provocavit: ^c ‘Ni suo ductu Pœnica⁹ classis esset oppressa.’ Nec dubitavit restipulariⁱ Lutatium.^d Itaque iudex inter eos convenit Atilius Calatinus; ^j apud quem Valerius in hunc modum egit; ‘consulem ea pugna in lectica claudum jacuisse, se autem omnibus imperatoriis partibus functum.’ Tunc Calatinus, priusquam Lutatius causam suam ordiretur: ‘Quæro,’ inquit, ‘Valeri, a te, si, dimicandum necne esset,¹⁰ contrariis inter vos sententiis dissedissetis,^e utrum quod consul, an quod prætor

^b Ne in honore triumphi minor potestas Prætoria æquaretur majori Consulari.

^c Valerius provocavit Lutatium depositione pecuniæ.

^d Nec dubitavit Lutatium pecuniam etiam deponere.

^e Si vos variam habuissetis sententiam, an cum hostibus prælium esset committendum, necne?



urbem intrassent. Harl. vere ab iis: Ultraj. vere ab hiis.—8 Copes. Consul Lutatius Catulus; Harl. Catulus Luctatius; Voss. Claudius Luctatius; Leidd. 6. 7. C. Luctatius Catulus Cos. Bitur. Lucatius consul Catulus; Venett. Luctatius consul: cum Leid. 6. convenit Mog. Vide quos citat Duker. ad Flor. II. 2. 33.—9 Ni suo ductu Pœnica in Camp. ‘Vet. et Lips. cum octodecim Mss. Non se petiturum triumphum, nisi suo, &c. Sed verba: non s. p. triumphum e margine in textum irrepsisse videntur. Nam vetusta sponsionis formula est: Ni suo ductu, &c.’ Kapp. Verba suspecta absunt etiam a Brand. 1. 2. et multis Torren. in Leid. 7. ascripta sunt in marg. ab al. m. Aldd. Gryph. Colin. Chalc. Herbip. et Steph. consentiunt cum Vet. et Lips.—10 Copes. et

NOTÆ

⁸ Insignem Pœnorum classem] De Catulo ejusque victoria egimus lib. I. c. 3. n. 1.

* An. M. 3813. Ol. 134. 4. Urb. C. 512. Ant. C. 240.

^h Valerius] Falco ex Levinorum familia, qui Consul fuit anno Urbis 514.

ⁱ Restipulari] Hoc est contra sponsionem a Valerio factam pecuniam obligare: stipulari enim ducitur a

stipe; genus erat quoddam numismatis; stips vero a verbo stipare, quod idem valet, ac in locum angustum quasi condensare: nec enim veteres pecuniam aut numerare, aut in loculis servare, sed et pœndere, et in thesauris reponere solebant.

^j Atilius Calatinus] Qui bis Consul, semel Dictator re contra Pœnos in Sicilia feliciter gesta triumphavit.

imperasset, majus habiturum fuerit momentum.' Respondit Valerius, 'non facere se controversiam, quin priores partes consulis essent futuræ.' 'Age deinde,' inquit Calatinus, 'si diversa auspicia accepissetis, cujus magis auspicio staretur?' Item respondit Valerius: 'Consulis.'¹¹ At judex: 'Jam mehercule,' inquit, 'cum de imperio et auspicio inter vos disceptationem susceperim, et tu utroque adversarium tuum superiorem fuisse fatearis, nihil est, quod ulterius dubitem. Itaque, Lutati, quamvis adhuc tacueris, secundum te litem do.' Mirifice judex, quod in manifesto negotio tempus teri passus non est. Probabilius Lutatius, quod jus amplissimi honoris constanter defendit. Sed ne¹² Valerius quidem improbe: quia fortis et prosperæ pugnae, ut non legitimum, ita se dignum præmium petiit.

3. Quid facias Cn. Fulvio Flacco,^k qui tam expetendum aliis triumphi honorem, decretum sibi a senatu ob res bene gestas, sprexit ac repudiavit? Nimirum non plura præcerpens,¹³ quam acciderunt.^f Nam ut Urbem intravit, con-

^f Quasi prævidens calamitatem, quæ postea ipsi accidit.

Leidd. 2. 5. 7. *an dimicandum nec ne esset.*—11 *Vet. Consul. Nam hercule,* omisso *At judex,* quod et plus quam viginti codd. et ed. Lips. non habent. Est tamen in Ultraj. sec. Camp. Winck. et Mog. atque Herbip. Mox *susceperitis* novem Torreniani et Mog. sed *susceperim* præstat, iudice Torrenio. Nonnulli codd. habent etiam, *susciperitis.* Mox *Vet. passus non es.*—12 *Et ne Camp. Sed ne* tredecim Torren. Dan. Brand. 1. 2. et Mog. *Sed nec* in aliis Torren. et ceteris edd. Paulo post, Ultraj. 2. Copes. Toll. Voss. Harl. Leid. 2. Rhem. 1. 2. 3. *ita optandum præmium petiit:* *Vet. delet se dignum.*—13 Guyetus pro *præcerpens* conjicit *præcipiens.* Torrenius legit: *Nimirum animo non plura præcipiens, quam acciderunt,* i. e. animo divinans id ipsum,

NOTÆ

^k *Cn. Fulvio Flacco*] Quis ille Flaccus fuerit, obscurum est. Fuit quidem Cn. Fulvius Flaccus Prætor anno Urbis 542. at ille amisso exercitu ab Annibale fugatus Tarquinius exulatum abiit, nedum oblatum ob rem bene gestam triumphum repudiavit. Sunt qui Vardæos in Illyrico, et Ligures Alpinos ab eo domitos velint,

captamque Ætolorum urbem Ambraciam: id quidem recte; at ille, nec Cneius, nec Flaccus, sed M. Fulvius Nobilior dictus est: et triumphum ille adeo non sprexit, ut repugnante Tribuno plebis vix magnis contentionibus obtinuerit: quapropter, vel erravit ipse Valerius, vel mendum hunc in locum irrepisit.]

tinuo ipse¹⁴ quæstione publica afflictus, exilio mulctatus est: ut si quid religionis insolentia commisisset, poena expiaret.

4. Sapientiores igitur Qu. Fulvius,¹ qui Capua capta, et L. Opimius, qui Fregellanis^m ad deditionem compulsis,ⁿ triumphandi potestatem a senatu petierunt. Uterque editis operibus magnificus;¹⁵ sed neuter petitæ rei compos.† Non quidem invidia Patrum conscriptorum, cui nunquam aditum in curia esse voluerunt;[§] sed summa diligentia observandi juris, quo cautum erat, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis,¹⁶ quæ populi Romani fuissent, triumphus decerneretur. Tantum enim interest, adjicias aliquid,¹⁷ an detractum restituas, quantum distat beneficii initium ab injuriæ fine.‡

5. Quin etiam jus, de quo loquor, sic custoditum est, ut P. Scipioni^o ob recuperatas Hispanias,* M. Marcello ob

§ Uterque illustris rebus præclare gestis, sed neuter obtinuit triumphum, quem petebat; non quidem Senatorum invidia, cum invidiæ nullum dari locum in Curia unquam passi sint.

quod evenit.—14 Vocem *ipse*, quæ extat in Mog. non habent septemdecim codd. cum Vet. Venett. Mediol. et Aldd. Mox Guy. conj. *si quid religionibus contrarium i. commisisset, &c.* vel *religioni, &c.*—15 Leid. 2. et Toll. *editis o. magnificis.*—16 Dan. *non pro recuperata: Copes. non recuperatis: Mog. non vero recuperato: Leid. 6. non ob recuperata: Voss. non pro recuperato quod P. R. fuisset: Vet. non pro recuperatis, quæ populo Romano.*—17 Voss. *utrum adjicias*

NOTE

¹ Qu. Fulvius] De Fulvio consule lib. 11. c. 3. n. 3. Opimius Fulvio ætate inferior. Fulvium Flaccum Consularem, et C. Gracchum Consul oppressit.

^m Fregellanis] Fregellæ civitas olim clara, ad Larim amnem, inter Formias et Sinuessam. Hodie *Ponte Corvo*.

ⁿ Ad deditionem compulsis] Cum Latini nominis socii defectionem cogitarent, Fregellani a Senatu majestatis damnati sunt, missusque cum exercitu Prætor Opimius, qui de noxiis supplicium sumeret, eos obsedit Opi-

mius, ad deditionem compulit, eorumque excidit oppidum.

† An. M. 3843. Ol. 142. 1. Urb. C. 542. Ant. Ch. 210.

‡ An. M. 3929. Ol. 163. 4. Urb. C. 628. Ant. Ch. 124.

^o P. Scipioni] Africano majori: de cujus in Hispania victoriis postea. M. Marcello] Vide lib. 1. c. 6. n. 9. Ovationem tamen obtinuit; in eo enim ipsius et Scipionis par conditio; quod uterque siue magistratu rem gessisset: dispar vero, quod Marcellus auxisset Imperium; Scipio non item.

captas Syracusas,† triumphus non decerneretur; quod ad eas res gerendas sine ullo missi erant magistratu. Pro-bentur nunc cujuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonumque^p piraticis rostris,¹⁸ laudis inopes, laureæ ramulos festinabunda manu decerpserunt. Carthaginis imperio abrupta¹⁹ Hispania, et Siciliæ caput abscisum Syracusæ, triumphales jungere currus nequiverunt.⁴ Et quibus viris? Scipioni et Marcello: quorum ipsa nomina instar æterni sunt triumphi. Sed clarissimos solidæ veræque virtutis auctores, humeris suis salutem patriæ gestantes, etsi coronatos intueri senatus cupiebat, justiori tamen reservandos laureæ putavit.

6. His illud subnectam. Moris erat,²⁰ ab imperatore triumphum ducturo Coss. invitari ad cœnam; deinde rogari, ‘ut venire supersedeant;’² ne quis eo die, quo ille triumpharit, majoris in eodem convivio sit imperii.

7. Verum quamvis quis præclaras res, maximeque utiles Reipublicæ civili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non est, nec ullæ supplicationes decretæ sunt;²¹ neque aut ovans,^q aut curru triumphavit: quia ut

⁴ Quis approbare posset illos avidos gloriæ vel inanis, qui vacui veræ laudis triumpharunt ramis lauri coronati ob captos montes ab hostibus desertos, et captas aliquas piratarum naves! Nec Scipio ob Hispaniam sublatam Imperio Carthaginis, nec Marcellus ob captas Syracusas, quæ urbs est Siciliæ caput, potuerunt curru triumphali in urbem invehî.

² Deinde moris erat rogare Consules, ut non venirent ad cœnam.

~~~~~  
aliquid, &c.—18 Unus Rhem. pro *rostris* habet *transtris*.—19 Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. *rupta*, pro quo Pighius scripsit *abrupta*, quod habent omnes fere Torren. codd. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Ascens. Tres Torren. habent, *obrupta*, vel *obruta*. Mox Aldd. *abscissum*, quod Pighius mutavit in *abscisum*, ut est in Brand. 1. 2. et Herbip.—20 Codd. complures cum Vet. et Mog. exhibent, *Moris est*. Mox Vet. *deinde rogare*.—21 Copes.

#### NOTÆ

\* An. M. 3848. Ol. 143. 3. Urb. C. 547. Ant. Ch. 205.  
† An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C. 542. Ant. Ch. 210.

<sup>p</sup> *Myoparonumque*] Genus navigii a Tyrrhenis inventum ex Sext. Pompeio. Parones dictæ sunt illæ naves,

si Suidæ credimus, ab insula *Paro*: a forma vero angusta et oblonga, *μυῶνες*.

<sup>q</sup> *Aut ovans*] *Ovatio* dicitur, vel a clamore militum, qui ob victoriam lætantes iterant literam *O*; ita Dionys. et Festus: vel ab ove, quæ in

necessariæ istæ, ita lugubres semper existimatæ victoriae sunt, utpote non externo, sed domestico partæ cruore. Itaque et Nasica Ti. Gracchi,<sup>r</sup> et Opimius C. Gracchi factiones<sup>22</sup> mœsti trucidarunt. Q. Catulus, M. Lepido collega suo cum omnibus seditiosis copiis extincto,<sup>s</sup> tantum<sup>23</sup> moderatum præ se ferens gaudium, in Urbem revertitur. C. etiam Antonius<sup>t</sup> Catilinæ victor abstersos gladios in castra retulit. L. Cinna, et C. Marius<sup>u</sup> hauserant quidem avidi civilem sanguinem: sed non protinus ad templa Deorum et aras tetenderunt. Item L. Sylla,<sup>24</sup> qui plurima bella civilia<sup>v</sup> confecit, cujus crudelissimi et insolentissimi succes-



Harl. et Barb. 1. *decreta Diis sunt.*—22 Multi codd. cum Vet. *Tib. Gracchum, et G. Metellus Opimii factiones.*—23 Pighius ex Winck. Colon. et Atreb. restituit *rd tantum*, quod deest in quatuordecim codd. Torren. pro quo ille conj. *tantum non*: unus Torren. habet *tamen*, et pro v. l. *quam*: Vet. cum Ultraj. 1. *qui tum moderatum.* Mox, *in Urbem revertit* in Vet.—24 *Namque L. Sulla*

## NOTÆ

ovatione, uti in triumpho taurus, immolari consueverat. Ita Plutarchus. Ovationis et triumphi, ut causa dispar, ita etiam longe dispar et gloria, et pompa: qui nec Dictator, nec Consul, nec Prætor, nec justum hostem, sed servum, piratam, fugitivum vicisset, huic ovatio concessa, negatus triumphus. Tumque ipsi indui veste triumphali, laurea coronari, curruque in urbem inveli vetitum. Hæc fere Dionys.

<sup>r</sup> *Nasica Ti. Gracchi, &c.*] Cædem Ti. Gracchi narravimus lib. I. c. 4. n. 2. Cædem C. Gracchi lib. I. c. 7. n. 6.

<sup>s</sup> *Extincto*] Non occisus tamen a Catulo Lepidus, dum acta Syllæ rescindere cogitat. Urbe pulsus a Catulo in Galliam Cisalpinam abiit; unde cum exercitu ad urbem revertitur, Pontemque Milvium et Janiculum occupat: prælium non procul a campo Martio commissum est; fusus Lepidus, hostisque a Senatu judicatus in Hetruriam primum recessit, deinde in Sardiniam, ubi haud multo post

tabe periit. Ita Florus et Appianus.

<sup>t</sup> *C. etiam Antonius*] Ciceronis in Consulatu collega: non ipse tamen Catilinam vicit, sed Petreius ipsius legatus, cui pedibus æger Antonius exercitum permiserat, ut scribit Sallustius.

<sup>u</sup> *L. Cinna, et C. Marius*] Vide lib. I. cap. 5. num. 5. ‘Ad templa Deorum illi non tetenderunt,’ inquit Valerius, ut de parta victoria Diis gratias agerent, et more triumphantium sacrificarent.

<sup>v</sup> *Qui plurima bella civilia*] Antequam in Græciam solveret, Mario fugato Sulpitium occidi jussit; ubi de Mithridate victor in Italiam rediit, Marium juniorem bis vicit, semel ad Capuam cum Norbano Consule, iterum ad Præneste. Scipionem alterum Consulem spoliavit exercitu: apud Clusium cum Carbone dubia victoria; ad urbem cum Telesino Samnite feliciter pugnavit; per legatos Pompeium, Lucullum, Servilium, Metellum, ubique victor.

sus fuerunt, cum consummata atque constricta<sup>25</sup> potentia sua triumphum duceret,<sup>w</sup> ut Græciæ et Asiæ multas urbes, ita civium Romanorum nullum oppidum vexit.<sup>j</sup> †

Piget tædetque per vulnera Reipublicæ ulterius procedere.<sup>26</sup> Lauream nec senatus cuiquam dedit, nec quisquam sibi dari desideravit, civitatis parte lacrymante. Ceterum ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est; qua postes Augustæ domus sempiterna gloria triumphant.<sup>k</sup>

<sup>j</sup> *Cum summam assecutus potestatem triumphum ageret, multarum quidem Græciæ et Asiæ urbium simulacra portari jussit; sed nullam civitatum Italiæ.*

<sup>k</sup> *Ex quercu corona texitur, si cui danda sit ob cives servatos. Illa vero quercus est ante postes domus Cæsarum; quasi illos sempiterna gloria ornare velit.*



aliquot codd. Torren.—25 In Pulm. voces, *atque constricta*, non habentur; quare eas omisit Pighius: servant tamen quindecim Torren. *confirmata atque constricta* Copes. *conscripta* Medic. 2. *ac constricta* Brand. 1. 2. Basil. Chalc. Dan. et Herbip. *constricta* habent etiam Vet. Mog. Venett. et Mediol. *atque constructa* Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Paulo post Ultraj. 1. et Vet. *ullum oppidum vexit*.—26 Quatuor codd. Torren. *ulterius pergere*.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Triumphum duceret*] Victis partium Marianarum ducibus, de Mithridate Sylla triumphum egit; qui non magnificentia tantum manubiarum superioribus longe præstitit; sed illud præ ceteris habuit singulare, quod viri civitatis principes,

qui ad ipsum metum Marii confugerant, coronati triumphantis currum sequerentur, illumque identidem parentem appellarent.

‡ An. M. 3973. Ol. 174. 4. Urb. C. 672. Ant. Ch. 80.

## CAP. IX.

DE CENSORIA SEVERITATE.<sup>1</sup>

- |                                                     |                                                                |
|-----------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------|
| 1 M. Camilli et M. Posthumii in cœlibes.            | 6 C. Neronis et M. Salinatoris in se mutuo et populum Romanum. |
| 2 M. Valerii Max. et C. Junii Bruti in L. Antonium. | 7 M. Messallæ et P. Sempronii in quadringentos equites.        |
| 3 M. Catonis in L. Flaminium.                       | 8 M. Reguli et P. Philii in reliquias Cannenses.               |
| 4 C. Fabricii in P. Rufinum.                        | 9 Qui notati ad censuram postea pervenerunt.                   |
| 5 M. Antonii et L. Flacci in M. Duronium.           |                                                                |

CASTRENSIS disciplinæ tenacissimum vinculum et militaris rationis diligens observatio admonet<sup>2</sup> me, ut ad censuram,<sup>3</sup> pacis magistram custodemque, transgrediar. Nam ut opes populi Rom. in tantum amplitudinis<sup>3</sup> imperatorum virtutibus excesserunt, ita probitas et continentia censorio supercilio examinata est.<sup>4</sup> Opus effectum par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male vivitur? Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis injiciantur manus, nisi foro et curiæ officium ac verecundia sua<sup>4</sup> constiterit, partarum rerum æquatus cœlo cumulus sedem stabilem non habebit.<sup>5</sup> Ad rem igitur per-

<sup>a</sup> Ita probitas et continentia civium examinata est severitate Censorum.

<sup>b</sup> Licet capiantur urbes, gentes in servitutem rapiantur, et regna adjiciantur Imperio; nisi et officium et verecundia serventur, tum in judiciis quæ feruntur in foro, tum in sententiis quæ dicuntur in Curia; acervus rerum bello partarum, etiam si ad cœlum usque pertingeret, non diu permanebit.



1 Inscriptio hujus Cap. est, *De censoria nota*, in Brand. 1. 2. et Vet.—2 Ita omnes Torren. codd. et alii decem, cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *admonent* dederat Pighius, eumque secuti sunt Corrad. Lips. Jansson. Elzevir. Thys. et Delph.—3 Pighius: *in tantam amplitudinem*; sed Copes. cum quindecim Torren. et Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. et Steph. habent lect. nostram.—4 Pronomen *sua* deest in Rhem. 1. 2.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Ut ad censuram, &c.*] Nil aptius est, ut morum disciplinæque Romanæ penes eam regimen, Senatus Equitumque centuriæ, decoris dedecorisque discrimen sub ditione ejus Magistratus, publicorum jus, privatorumque locorum, et vectigalia po-

tinet nosse, atque adeo recordari acta censoriæ potestatis.

1. Camillus et Posthumius<sup>b</sup> censores, æra pœnæ nomine eos, qui ad senectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre jusserunt: iterum puniri dignos, si quo modo de tam justa constitutione queri sunt ausi;<sup>c</sup> cum in hunc modum increparentur: ‘Natura vobis, quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit; parentesque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligaverunt. Accedit his, quod etiam fortuna longam præstandi hujusce muneris advocacionem<sup>6</sup> estis assecuti;<sup>c</sup> cum interim consumpti sint anni vestri, et mariti et patris nomine vacui. Ite igitur, et nodosam<sup>7</sup> exsolvite stipem<sup>c</sup> utilem posteritati numerosæ.’<sup>\*</sup>

2. Horum severitatem M. Valerius Max. et C. Junius Bubulcus<sup>d</sup> Brutus censores in consimili<sup>8</sup> genere animad-

<sup>c</sup> Præterea fortuna vobis dedit longum temporis spatium ad præstandum hoc officium.

//////////

et Leid. 2.—5 Ita in majore parte codd. et Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. Pighius tamen legit, *essent ausi*.—6 Ita h. l. ex codd. restituit Pighius: ita quoque Brand. 1. 2. multi Torren. Mog. et Herbi-  
p. Aldus ediderat: *Accedit etiam iis, quod in fortuna l. p. h. m. vocationem*, &c. nec aliter Colin. Gryph. Chalc. Steph. &c. *vocationem* etiam habent Copes. Barb. 1. 2. et Medic. 2. 4. Perizon. conj. *occasionem*.—7 ‘Lipsius conjicit, *numerosam*; Perizonius, *probrosam, odiosam, impositam*; Torrenius, *uxoriam*. Mihi *nodosam*, quod in omnibus libris et scriptis et editis hæret, neque a librariis proficisci potuit, Valeriano stylo perquam conveniens esse et significare videtur: quam cœlibes minus promte et inviti atque difficulter pendebant; alias enim non quererentur de tam justa constitutione.’ *Kapp*.—8 Vet. cum nonnullis Torren. *censores consimili*: eadem cum plurimis codd.

#### NOTÆ

puli Romani sub nutu atque imperio essent.’

<sup>b</sup> *Camillus et Posthumius*] M. Furius Camillus, de quo lib. I. c. 5. n. 2. et M. Posthumius Albinus Regillensis. Livius quidem omnes horum temporum Censores omisit, et eorum utrumque inter Tribunos militares numerat; constat tamen ex Fastorum Capitolorum fragmentis ambos Censores fuisse.

<sup>c</sup> *Nodosam exsolvite stipem*] Badius *nodosam* legit; *numerosam* Lipsius, quasi dicat Censor: ‘Multis nodis in loculis abstrusam stipem exsolvite;’ ita Badius: vel, ‘pendite numerosam stipem in usum numerosæ posteritatis;’ ita Lipsius. Utrum sequi malis, elige.

\* An. M. 3651. Ol. 94. 2. Urb. C. 350. Ant. Ch. 402.

<sup>d</sup> *M. Valerius Max. et C. Junius*



versionis imitati L. Antonium<sup>e</sup> senatu moverunt, quod, quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito. At<sup>9</sup> hoc crimen nescio an superiore majus: illo namque conjugalia sacra spreta tantum, hoc etiam injuriose tractata sunt. Optimo ergo judicio censores indignum eum aditu curiæ existimaverunt.<sup>†</sup>

3. Sicut M. Porcius<sup>10</sup> Cato<sup>f</sup> L. Flaminium, quem e numero senatorum sustulit, quia in provincia quendam damnatum<sup>g</sup> securi percusserat, tempore supplicii<sup>h</sup> ad arbitrium et spectaculum mulierculæ, cujus amore tenebatur, electo. Et poterat inhiberi respectu consulatus, quem is gesserat, atque auctoritate fratris ejus V. C. T. Flaminii.<sup>11</sup><sup>i</sup> Sed et censor, et Cato,<sup>12</sup> duplex severitatis exem-

//////////

*imitati sunt. L. enim Antonium; et sic Mog. Venett. et Mediol. Paulo post, Harl. quamdam, quam virginem: Vet. q. nam virginem: eadem cum quatuor Torren. in consilio.—9 At omittit Vet.—10 Sic M. Porcius in Cauch. Sicut Porcius in aliis codd. Sicut videtur formatum esse ex Sic m. Mox Bitur. 1. in provincia Gallia: Nonnulli Torren. quem damnatum; plures, aliquem damnatum.—11 Ita Pighius ex Pulm. Atreb. et Sus. in aliis Pighianis legitur C. Flaminius; Copes. C. V. Flaminii; alii, Gaii Quinti Flaminii; quidam Gnæi Quinti Flaminii; item G. n. Quinti, vel G. Quinti Gaii Titi. Alii hæc omittunt, et pro T. habent Titi.*

#### NOTÆ

*Bubulcus*] Uterque virtute clarus, Junius tamen Valerio rebus gestis illustrior. Valerius quidem bis Magister Equitum, semel Consul et Censor; Junius vero semel Magister Equitum, ter Consul, semel et Dictator et Censor: præterea de Æquis triumphavit.

<sup>e</sup> *L. Antonium*] Fors M. Antonii filium, qui a P. Cornelio Rufino Magister Equitum dictus est.

<sup>†</sup> An. M. 3747. Ol. 118. 2. Urb. C. 446. Ant. Ch. 306.

<sup>f</sup> *M. Porcius Cato*] Porciæ gentis princeps; vulgo Censorius dictus.

<sup>g</sup> *In provincia quendam damnatum*] Valerio consentiunt et Valerius Antias apud Livium, et Cicero de Senect. et Plut. in Quintio. In duobus vero dissentit Livius, quod et

Scortum illud non mulierem fuisse, sed Philippum quendam natione Pœnum; et Gallum illum nequaquam damnatum, sed Boium Nobilem, qui ad fidem populi Romani confugeret, necatum velit.

<sup>h</sup> *Tempore supplicii*] Avida sanguinis mulier, cum securi feriri vidisset neminem, supplicium coram se peragi poposcit, si Valerio Antiati credimus; si Livio, Pœnus ille Roma nuper evocatus, dum inter epulas queritur se Consulibus causa non vidisse munus gladiatorium Romæ paulo post exhibendum, tum stricto gladio Flamininus, Gladiatorium munus videbis, inquit: et continuo involat in Gallum, ipsumque sua manu obtruncat.

<sup>i</sup> *T. Flaminii*] Qui Philippum Ma-

plum, eo magis illum notandum statuit, quod amplissimi honoris majestatem tam tetro facinore inquinaverat, nec pensi duxerat, iisdem imaginibus ascribi meretricis oculos humano sanguine delectatos, et regis Philippi supplices manus.<sup>d †</sup>

4. Quid de Fabricii Luscini<sup>13</sup> censura loquar? narravit omnis ætas, et deinceps narrabit, ab eo Cornelium Rufinum<sup>‡</sup> duobus consulatibus, et dictatura speciosissime functum, quod decem pondo<sup>14</sup> vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum, in ordine senatorio retentum non esse. Ipsæ medius fidius mihi literæ sæculi nostri obstupescere videntur, cum ad tantam severitatem referendam ministerium accommodare coguntur, ac vereri, ne non nostræ urbis acta commemorare existimentur. Vix enim credibile est, intra idem pomœrium<sup>k</sup> decem pondo argenti, et invidiosum fuisse censum, et inopiam haberi contemtissimam.<sup>e \*</sup>

<sup>d</sup> *Nec præviderat indignum fore, si in iisdem familiæ suæ imaginibus pingerentur simul, et oculi illius meretricis quæ delectata fuerat morte Galli, et manus supplices Philippi Regis, qui a Tito illius fratre victus fuerat.*

<sup>e</sup> *Certe historia nostræ ætatis mihi videtur et obstupescere, cum cogitur exempla tantæ severitatis referre, et timere ne quis putet illam narrare gesta alterius civitatis, non nostræ: vix enim credi potest, quod intra mœnia ejusdem urbis census decem pondo argenti his temporibus fuerit invidia dignus; et nostra ætate, ut inopia, contemnatur.*



In omnibus fere codd. pro *Flaminini* legitur *Flaminii*.—12 Nonnulli Torren. *Sed et censor Cato. Mox, nec indignum pensi* Winck. unus Brand. tres Leid. unus Ultraj. Rhem. 1. 2. 3. omnes Medic. Barb. 1. 2. Harl. Voss. 1. 2. Vat. 1. 2. Exc. Steph. Vet. Mog. Aldd. Herbig. Chalc. et Steph. unde Lipsius conj. *nec (indignum!) pensi, &c.* prob. Colero et Kapp. *nec dignum pensi* Bitur. 1. Venett. et Oliver. *nec indignum æquali pondere pensi* Leid. 2. Perizon. conj. *indignum aut pensi, vel indignum pensive.* Deinde pro *ascribi*, quod habent multi Torren. Ultraj. 2. et Mog. exhibent *proscribere*.—13 In quibusdam edd. *Lucinii*, ut apud Gellium.—14 Dan. pro *decem pondo* habet *X. P.*

#### NOTÆ

cedoniæ Regem vicit: de illo plura postea, et in Quintiorum gente.

‡ An. M. 3870. Ol. 149. 1. Urb. C. 569. Ant. Ch. 183.

‡ *Cornelium Rufinum*] Virum bello strenuum, de quo illud plane singulare narrat Plinius; illum dum oculorum usum amittere se somniaret,

reipsa amisisse.

<sup>k</sup> *Pomœrium*] Quasi postmœnium, spatium erat ab extremis urbis ædificiis ad mœnia usque pertinens, quod more Tuscorum inaugurato consecratum, nec habitari, nec arari fas erat.

\* An. M. 3778. Ol. 126. 1. Urb. C. 477. Ant. Ch. 275.

5. M. autem Antonius, et L. Flaccus<sup>1</sup> censores Duronium<sup>15 m</sup> senatu moverunt, quod legem de coërcendis conviviorum sumtibus latam tribunus plebis abrogaverat. Mirifica notæ causa. Quam enim impudenter Duronius Rostra<sup>n</sup> conscendit, illa dicturus: ‘Fræni sunt injecti vobis,<sup>16</sup> Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati et constricti estis amaro vinculo servitutis. Lex enim lata est, quæ vos esse frugi jubet: abrogemus igitur istud horridæ vetustatis rubigine obsitum imperium.<sup>f</sup> Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet?’<sup>†</sup>

6. Age, par proferamus æquali jugo virtutis, honorumque societate junctum,<sup>g</sup> instrictum<sup>17</sup> autem æmulationis hamo dissidens. Claudius Nero, Liviusque Salinator,<sup>18 o</sup>

<sup>f</sup> Abrogamus igitur legem istam severiori antiquitate, quasi rubigine quadam horridam.

<sup>g</sup> Nunc proferamus duos viros inter se maxime conjunctos, et pari virtute, et Magistratum societate.

//////////

Salmas. adversus Heraldum corr. *ultra decem pondo*.—15 *Duronium* in Ultraj. 1. et Vet.—16 *Freni injecti sunt vobis* in multis Torren. *robis* etiam in Mog. *Fræni sunt injecti nobis* Aldd. Gryph. Steph. &c.—17 Vet. cum quibusdam codd. *vinctum. instructum a. æ. animo*. Alii, *instinctu*; al. *instinctum*; al. *strictæ*. Quam dedimus lectionem, Pighius duorum codd. auctoritate in textum recepit. Aldus aliique ediderant: *instinctu a. æ. animo*, i. e. illos, licet virtute et honoribus junctos, tamen propter æmulationem animo dissidisse, quod cum Torrenio præfero, dum quis commodiorem lectionem afferat. Nam non plane damno *instructum*, quia mox sequitur *districtam* (sive ut Vet. cum multis Mss. *districtam*, aut ut alii *districti*) et Valerius in his verbis luisse videtur. Kapp. Pro hamo Torrenius in omnibus suis codd. invenit, *animo*. Gny. conj. *instinctum autem æ. aculeo ac dissidens*.—18 *Claudius vero et L. Quintus Salinator* in Harl. *Cl. vero et L. Livius Salinator* in Barb. 1. et Copes. *C. Lucius et L. Livius Q. Salinator* in Leid. 5. *L. Julius Salinator* Leid.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *M. autem Antonius et L. Flaccus*] Ambo summos honores in Republ. adepti: ille perfectus Orator, et gentis Antoniaë princeps, a Mario; hic post duos Consulatus a Fimbria occisus est. Consule gentem Antoniam et Valeriam.

<sup>m</sup> *Duronium*] Qui notam illam cum ferret ægerrime, Antonium etiam tum Censorem ambitus postulavit, cui Helvius quidam Naucia: ‘Aliquando tibi,’ inquit, ‘Antoni, tuum

negotium agere licebit.’

<sup>n</sup> *Rostra*] Rostra fuerunt vetera et nova; illa apud Curiam in comitio; hæc ad Palatii radices: utraque rostris navium ornata sunt; vetera Antiatium, teste Livio, nova M. Antonii et Cleopatraræ post Actiacam victoriam, ex Dione.

<sup>†</sup> An. M. 3957. Ol. 170. 4. Urb. C. 656. Ant. Ch. 96.

<sup>o</sup> *Claudius Nero, Liviusque Salinator*] Simul et Consules, et Censores, licet

secundi Punici belli temporibus firmissima Reipublicæ latera, quam dstrictam simul egerunt censuram? <sup>k</sup> Nam cum equitum centurias recognoscerent, et ipsi propter robur ætatis etiam nunc <sup>19</sup> eorum essent e numero, ut est ad Polliam<sup>p</sup> ventum tribum, præco<sup>q</sup> lecto nomine Salinatoris, citandum necne sibi esset, hæsitavit. Quod ubi intellexit Nero, et citari collegam,<sup>20</sup> et equum vendere jussit, quia populi judicio damnatus esset.<sup>r</sup> Salinator quoque eadem animadversione Neronem persecutus est, adjecta causa, quod non sincera fide secum in gratiam rediisset.<sup>21</sup> Quibus viris, si quis cœlestium significasset futurum, ut eorum sanguis illustrium imaginum serie deductus, in ortum salutaris<sup>22</sup> principis nostri<sup>s</sup> conflueret,<sup>i</sup> depositis inimicitiiis, arctissimo se amicitiae fœdere junxissent, servatam ab

<sup>k</sup> *Quam severam et quasi deterrentem egerunt Censuram.*

<sup>i</sup> *Quod si quis Deorum illis viris prædixisset futurum esse, ut ex eorum sanguine post longam seriem illustrium virorum nasceretur Princeps noster Tiberius Reipublicæ salutaris.*



7. *Julius Q. Ultraj. 1. L. Juliusque Ultraj. 2. Deinde nonnulli Torren. tempore firmissima Pop. Rom. latera. Mox dstrictam in Brand. 1. 2. et aliis cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. districti Rhem. 1. 2. 3. Harl. et Barb. 1.—19 Edd. vett. etiamnum. Paulo post Pighius scripsit Pollam; et in emend. Poliam, ut habent nonnulli codd. Torren. cum Vet. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. Steph. et Vorst. Lect. nostram ex cod. Dan. et ed. Coleri reposuit Torren. ad Polliam, vacuo spatio relicto, deerat in Copes. Mox Vet. si ibi esset.—20 Quod ut i. N. et c. polliam in Vet. Quod ut . . . collegam et arma in aliis antiq. edd. sed duas posteriores voces cum Pighius non reperiret in codd. eas expunxit.—21 Aliquot codd. Torren. in gratiam redisset.—22 Perizonius conj. in ortum salutarem; quod habet unus Rhem. Mox multi Torren. cum Mog. artissimo. Deinde communi stirpe in novem Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver.*

#### NOTE

capitali inter se odio dissiderent; rebus bello Punico secundo gestis clarissimi. Lege quæ in familia Claudiorum et Liviorum diximus.

<sup>p</sup> *Polliam*] Tribus nona fuit, a loco quodam nomen sortita.

<sup>q</sup> *Præco*] Præconum fuit in concionibus audientiam facere; in autionibus pretia oblata nuntiare; in comitiis citare tribus ad ineunda suffragia; in judiciis iudices, reos, tes-

tes appellare, &c.

<sup>r</sup> *Damnatus esset*] Post primum Consulatum, vel ob prædam de Illyriis partam inæqualiter divisam, vel ob latam ab eo legem, ne quis salem venderet.

<sup>s</sup> *Principis nostri*] Tiberii, qui genus paternum a Claudio, maternum a Livio ducebat; cum Livie pater Claudius Drusianus per adoptionem Liviorum familie insertus esset.

ipsis patriam communi stirpi servandam relicturi. Salinator vero quatuor et triginta tribus inter ærarios referre non dubitavit;<sup>j</sup> quod,<sup>23</sup> cum se damnassent, postea consulem atque censorem fecissent: prætexuitque causam, quia necesse esset eas alterutro facto, crimine temeritatis,<sup>t</sup> vel perjurii teneri. Unam tantummodo tribum Mœciam vacuum<sup>24</sup> nota reliquit; quæ eum suffragiis suis, ut non damnatione, ita ne honore quidem, dignum judicaverat. Quam constantis et prævalidi illum<sup>25</sup> putamus ingenii fuisse, qui neque tristi judiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo se blandiorem in administratione Reipublicæ gereret? †

7. Equestris quoque ordinis<sup>26</sup> bona magnaque pars, quadringenti juvenes, censoriam notam patiente animo sustinuerunt, quos M.<sup>27</sup> Valerius, et P. Sempronius,<sup>u</sup> quia in Sicilia ad munitionum opus<sup>v</sup> explicandum ire jussi, facere

*j* Non dubitavit ærario obnoxias facere.



Aldd. Colin. Gryph. Herbig. Chalc. et Steph.—23 Vet. delet *quod*. Mox eadem cum Mog. et duodecim codd. Torren. et *perjurii*: Rhem. 1. 2. aut *perjurii*.—24 Copes. *tribuum et vacuum*; Vet. quoque habet, *tribuum*: nonnullæ vett. exhibent *Metiam*, et sic in tribus Leidd. Pighius ediderat *Martiam*, sed correxit in *erratis*: *Matiam* Dan. Ultraj. Toll. alii; *Mæciam* Colerus.—25 *Quam c. et p. putemus illum* Pigh. *Quam putemus consultantis et prævalidi illum ingenii fuisse* in quindecim codd. Torren. Vet. Mog. et Venett. *Quam putemus constantis* Oliver. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. *Quam putes* Copes. *Quam putemus consultantis et invalidi illum ingenii fuisse* Barb. 1. *consultantis* est etiam in Leid. 5. sed litt. ul punctis notantur. Mox duo Rhem. *honoris magnitudine*.—26 *Equestris vero ordinis* in Voss. *bona* omittitur in Vet. *quadringentos* legitur in eadem.—26 Pighius in marg. notaverat MV. ut prænomen sit *Manius*, quod codd. Torrenianis non firmat; sed pro *P. Sempronius* nonnulli cum Gryph. 2. 5. 8. et Steph. habent *L. Sempronius*. Mox *munitionem* in Vet. Venet. 2. et Thys. *munitionum* restituit Vorstius: nonnulli Torren. habent, *monitionum*; alii, *administrationem*. Deinde duo Torren. *neg-*

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Crimine temeritatis*] Nota censoria dignos esse, sic arguebat. Livius, quod ipsum vel damnassent injuste, vel si juste, indignum Consulem creassent: quod perjurii genus quoddam est; cum dignissimos quosque Consules lecturos se jurarent.

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

<sup>u</sup> *M. Valerius et P. Sempronius*] Sophus. Valerius quod Messanam cepisset, primum Messana, tum Messala dictus est, et ab eo clarissima Messalarum familia propagata est.

<sup>v</sup> *Munitionum opus*] Id Aurelius Cotta Consul jusserat, eosque a Censoribus notari curavit.

id neglexerant, equis publicis spoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

8. Turpis etiam metus censores summa cum severitate pœnam exegerunt. M. enim Atilius Regulus,<sup>w</sup> et P. Furius Philus, L. Metellum<sup>28</sup> quæstorem, compluresque equites Romanos, qui post infeliciter commissam Cannensem pugnam cum eo abituros<sup>29</sup> se Italia juraverant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos<sup>30</sup> curaverunt: eosque gravi<sup>31</sup> nota affecerunt, qui cum in potestatem Annibalis<sup>x</sup> venissent, legati ab eo ad senatum missi de permutandis captivis, neque impetrassent, quod petebant, in urbe manserunt: quia et Romano sanguini fidem præstare conveniens erat; et M. Atilius Regulus censor perfidiam notabat; cujus pater per summos cruciatus expirare,<sup>32</sup> quam fallere Carthaginienses, satius esse duxerat. Jam hæc censura ex foro in castra transcendit, quæ neque timeri, neque decipi voluit hostem.†

*lexerunt*: Harl. *equis publice spoliatis*.—28 *Lucius Furius Philippus, M. Metellum* in Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. et sic in multis codd. *L. Furius pœnam Philippus* Ultraj. 1. *Lælius Furius Philippus Metellum* Bitur. 1. *L. Furius Philippus Marcum Metellum* in septem Torren. sed in aliis corr. est *pilus*: Copes. *L. Faulippus*; Ultraj. 2. *Q. Metellum*. Veram lectionem restituit Pighius.—29 *Voss. post infelicem Cannensem pugnam abituros*: nonnulli, *abituos se Italiam*: Harl. *abituos se in Italia*. Mox pro *direptis* Guy. conj. *dîrutis*: Torren. malit *dereptis*. Cf. Torrent. ad Hor. I. Od. 9. Heins. ad Ovid. Met. XIII. 52. Drakenb. ad Sil. x. 318. et Voss. ad Val. Flac. II. 160.—30 Ita Harl. Vat. 1. 2. et Leid. 2. sed Ultraj. 1. Leid. 6. et Voss. 1. 2. *deferendos*.—31 Perizon. conj. *eos quoque gravi*: Ultraj. 2. exhibet: *îdem censores eos gravi*, &c. Ceteri codd. non variant.—32 Ultraj. 1.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *M. Attilius Regulus*] Bis Consul, Flaminioque ad Thrasimenum cæso, suffectus, contra Hannibalem rem bene gessit. *P. Furius Philus*] C. Flaminii in primo Consulatu collega. De Metello postea. De captivis vero lib. II. c. 7. n. 15.

<sup>x</sup> *In potestatem Annibalis*] Unum de captivis addere libet, quod a Cicerone, Livio, Gellio, et aliis memoriæ proditum est; eorum nonnullos jurisjurandi fraude culpam invenisse.

Cum enim Annibalis permissu existent e castris, redierunt paulo post; quod se oblitos nescio quid dicerent; deinde egressi e castris, jurejurando se solutos putabant; erant quidem verbis, re non erant. Non minus in eos, quam in alios sævitum est; adeo ut multi non solum foro, sed prope luce et publico caruerint, et nonnulli mortem sibi consciverint.

† An. M. 3840. Ol. 141. 3. Urb. C. 539. Ant. Ch. 213.

9. Sequuntur duo<sup>33</sup> ejusdem generis exempla, eaque ad-  
jecisse satis erit. C. Geta,<sup>34y</sup> cum a L. Metello et Cn.  
Domitio<sup>z</sup> censoribus senatu motus esset, postea censor  
factus est.†

Item M. Valerius Messalla,<sup>35a</sup> censoria nota perstrictus,  
censoria postmodum potestate imperavit. Quorum igno-  
minia<sup>36</sup> virtutem acuit; rubore enim ejus excitati, omnibus  
viribus incubuerunt, ut digni civibus viderentur, quibus dari  
potius, quam objici censura deberet.<sup>k</sup>

<sup>k</sup> *Ut digni viderentur suis civibus quibus Censura deberet potius dari, ut alios  
censeant, quam opprobrio dari, quod a Censoribus notati fuerant.*



et Leid. 7. *cruciatus expiare*. Deinde Harl. et Voss. *sanctius esse*.—33 *Feruntur duo* in Vet. et mox, *eaque injecisse*, quod Lips. rectum esse judicat, et explicat, ‘delibasse.’—34 Prænomen desideratur in multis Torren. ut et in Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. extat tamen in Copes. Leid. 5. 7. et quibusdam aliis.—35 *Messala* Copes. et Leidd. 5. 6. 7. *Messalia* Leid. 2.—36 *Honorum ignominia* Ultraj. 2. *rubore enim excitati* Ultraj. 1. *viribus excubuerunt* unus Rhem.

## NOTÆ

<sup>y</sup> *C. Geta*] C. Licinius Geta, qui anno superiori Consul, Alpium Graiarum gentes vicerat; cum aliis tribus ab his Censoribus Senatu motus est.

<sup>z</sup> *A L. Metello, et Cn. Domitio*] Uterque Consul fuit; sed alius alio tempore: ille de Dalmatis, hic de Allobrogibus et Arvernibus triumphavit. Lege quæ diximus in gente, tum Cæcilia tum Domitia.

† An. M. 3939. Ol. 166. 2. Urb. C. 638. Ant. Ch. 114.

<sup>a</sup> *M. Valerius Messala*] Quis ille, a quo, quando, cur nota Censoria perstrictus sit, incertum: nonnulli tamen suspicantur fuisse Valerium illum Messalam, qui et cum C. Fannio Strabone Consul fuit anno Urbis 593. et sexto anno post cum Cassio Longino Censor.

## CAP. X.

## DE MAJESTATE.

## ROMANORUM.

- 1 Q. Metelli Numidici apud judices.
- 2 P. Africani majoris apud Antiochum regem et exteros.
- 3 L. Æmiliï Paulli apud Macedonas.
- 4 P. Africani minoris apud Masinissam et Pœnos.
- 5 P. Rutiliï exulis apud Asiæ civitates.

- 6 C. Marii proscripti apud Minturnenses.
- 7 M. Catonis Uticensis apud senatum.
- 8 Ejusdem apud populum Romanum.

## EXTERNORUM.

- 1 Harmodii et Aristogitonis apud Xerxem regem.
- 2 Xenocratis apud Athenienses.

EST et illa quasi privata censura majestas clarorum virorum sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio,<sup>a</sup> potens in sua amplitudine obtinenda. Grato enim et jucundo introitu animis hominum illabitur<sup>1</sup> admirationis prætexta velata : quam recte quis dixerit longum et beatum honorem esse sine honore.<sup>a</sup>

1. Nam quid plus honoris<sup>2</sup> tribui potuit consuli, quam est datum reo Metello?<sup>b</sup> qui cum causam repetundarum<sup>c</sup>

<sup>a</sup> *Majestas clarorum virorum est quasi Censura privata, quæ sine potestate jurisdictionis, sine famulatu satellitum publicorum, potest suam dignitatem retinere ; nam alliciens admirationem, qua velut prætexta quasi induitur, jucunda quadam specie animis hominum illabitur : quæ majestas dici recte potest esse diuturnus et beatus honos sine publico Magistratu.*

1 Duodecim Torren. *allabitur*. Ultraj. 2. et Mog. *prætextu* : septem codd. Torren. et Vet. *prætexto*, probante Gronovio ad Sen. Ep. 21. Mox *sine onere* nonnulli Pighiani, Exc. Steph. Brand. 1. a m. sec. Barb. 1. a m. pr. Leid. 5. et Vet.—2 *Vox honoris* deest in Dan. Brand. 1. 2. tredecim Torren. et Herbip. unde Colerus fœdissimam glossam existimat : habent tamen Leidd. 2. 7. Toll. Copes. et Barb. 2. Perizonius conj. *Nam qui plus honoris*, probante

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Sine apparitorum ministerio*] Apparitores dicebantur ii omnes, qui Magistratum imperio præsto erant, ut scribæ, accensi, interpretes, præcones, viatores, lictores, servi publici, carnifices. Hæc vero munera li-

bertis fere suis Magistratus quisque mandabat.

<sup>b</sup> *Reo Metello*] Numidico.

<sup>c</sup> *Causam repetundarum*] Repetundæ pecuniæ dictæ sunt, quas a Magistratibus, aut Judicibus, sive cives,



diceret, tabulæque ejus ab accusatore expostulatæ ad nomen<sup>3</sup> inspiciendum<sup>d</sup> circa judicium ferrentur, totum consilium<sup>4</sup> ab earum contemplatione oculos avertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videretur dubitasse. Non in tabulis,<sup>e</sup> sed in vita Q. Metelli argumenta sincere administratæ provinciæ legenda sibi judices<sup>5</sup> crediderunt: indignum rati integritatem tanti viri exigua cera, et paucis literis perpendi.<sup>b</sup>

2. Sed quid mirum, si debitus honos a civibus Metello tributus est, quem superiori Africano etiam hostis præstare non dubitavit? Siquidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium ejus, a militibus suis interceptum, honoratissime excepit, regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri remisit:<sup>f</sup> quanquam ab eo tum maxime

<sup>b</sup> *Arbitrantes indignum esse integritatem tanti viri æstimari ex parva tabella cera obducta, et paucis literis.*



Torrenio.—3 Pighius edidit, *expostulatæ et ad nomen*; eumque sunt secuti Colerus atque Thys. verum *et* abest a Brand. 1. 2. multis Torren. Vet. Mog. Herbip. &c. Mox Exc. Steph. Brand. 1. 2. et decem Torren. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. *judices*; Barb. 1. *circa inde*; Leid. 6. *contra jus*. Ceteri codd. cum Aldd. Colin. Gryph. Herbip. &c. lect. nostram testantur.—4 Ita Brand. 1. 2. et plerique Torreniani, cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Oliver. Aldd. Gryph. et Herbip. *concilium* Steph. Pigh. Coler. Thys. &c. Paulo post *erant pro erat* in Copes. unde Perizon. conj. *relatæ erant*, quod exhibent nonnulli Torren. alii Torren. habent: *in iis relata erant*.—5 Vet. *sibi videlicet*. Mox Vet. *p̄di*, Dan. *pendi*. Lipsius conjicit *prodi*; Perizonius *defendi*. Pro vulgato stant omnes Mss. Torreniani.—

#### NOTÆ

sive socii judicio eo repeterent, quod eas contra jus fasque raptas quærentur. Cum multæ leges de repetundis latæ sunt; tum maxime celebres Porcia, Calphurnia, Junia et Servilia, quas omnes explicare infinitum sit.

<sup>d</sup> *Ad nomen inspiciendum*] Ad inspiciendum debitum, quod petebatur: debitum enim vocabatur nomen, quod debitorum nomina tabulis inscriberentur.

<sup>e</sup> *Non in tabulis*] Hoc est libellis, in quibus acta rationesque provinciæ

continebantur. Cera etiam idem est, quod tabula, quia olim tabulæ cera obduci solebant.

<sup>f</sup> *Ultro et celeriter patri remisit*] Sic se res habuit. Scipionis Africani filium dum Hellespontum trajicit, vel hostium stationes speculatur incautius, id enim obscurum est, a militibus captum suis Antiochus benigne excepit: continuo legatos ad Scipionem misit, et filium ei sine pretio redditurum, et auri pondus ingens pollicitus, si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio, ‘Ego,’ in-

finibus imperii pellebatur.\* Sed et rex lacessitus<sup>6</sup> majestatem excellentissimi viri venerari, quam dolorem suum ulcisci, maluit. Ad Africanum eundem, in Liternina<sup>7</sup> villa<sup>8</sup> se continentem, complures prædonum duces videndum eodem tempore forte confluerant. Quos cum ad vim faciendam venire existimasset, præsidium domesticorum in tecto collocavit; eratque in his repellendis et animo et apparatu occupatus. Quod ut prædones animadverterunt, dimissis militibus abjectisque armis, januæ appropinquant, et clara voce nuntiant<sup>8</sup> Scipioni, 'non vitæ ejus hostes, sed virtutis admiratores venisse: conspectum et congressum tanti viri quasi cœleste aliquod beneficium expetentes: proinde securum se nobis<sup>9</sup> spectandum præbere ne

6 Perizon. ex cod. vestigiis legit: *Sed et rex et lacessitus*; et sic plane Leid. 5.—7 Pro *Liternina* codd. habent, *Linternina*, *Lintera*, *Lictermana*, *Linternia*, *Lentermana*, *Veliterna*, vel *Veliterna*, quod est etiam in Mog. Pighius et vet. cod. legit, *se tenentem*; ceteri omnes codd. *se continentem*; et sic in edd. antiq. Paulo post quatuordecim codd. Torren. cum Mog. Venett. 4. 5. Aldd. 2. 3. 5. Mediol. 3. et Gryph. 2. 5. 8. *confluxerunt*.—8 Pighius ex Atreb. *clara voce nuntiantes*, omissis *et et Scipioni*: Perizonius conj. *nuntiantes Scipioni*; Leid. 6. habet *et nuntiantes Scipioni*: Vet. *nuntiantes*. Brand. cum ceteris omnibus Torren. et edd. antiq. nostram testantur lectionem. Deinde nonnulli Torren. *se non v. e. hostes, s. v. se admiratores, &c.* item quatuor ejusdem cum Mog. *aliquod munus*.—9 Pighius omisit *nobis*, et dedit *gravaretur* contra plurimorum codd. fidem: nonnullæ edd. vett. *præstandum præbere*: quatuor Torren. *non gravetur*: Exc. Steph. *nobis spectaculum præbere*.—10

## NOTE

quit, 'ex munificentia regia maximum donum filium habebō; aliis, Deos precor, ne unquam fortuna egeat mea, animus certe non egebit: pro tanto in me munere gratum me esse in se sentiet, si privatam gratiam pro privato beneficio desiderabit: publice nec habebō quicquam ab illo, nec dabo. Quod in præsentia dare possim, fidele consilium est: abi, nuntia meis verbis, bello absistat, pacis conditionem nullam recuset.' Et aliquanto post, ubi audisset Antiochus Scipionem ægrum Elæam delatum, legatos, qui filium ad eum

reducerent, misit: quibus Scipio: 'Renuntiate,' inquit, 'gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadeam, ne ante in aciem descendat, quam ut in castra rediisse me audierit.' Ita Livius lib. xxxvii.

\* An. M. 3864. Ol. 147. 3. Urb. C. 563. Ant. Ch. 193.

§ *Liternina villa*] Post domitam Carthaginem, victumque a fratre Antiochum, accusatus Scipio in hanc villam se recepit prope Liternum, quæ Campaniæ civitas ad maris litus: hodie, *Torre di patria*.

gravetur.' Hæc postquam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari, eosque intromitti jussit: qui postes januæ, tanquam aliquam<sup>10</sup> religiosissimam aram, sanctumque templum, venerati cupide Scipionis dexteram apprehenderunt; ac diu deosculati,<sup>11</sup> positis ante vestibulum donis, quæ Deorum immortalium numini consecrari solent, læti quod Scipionem vidisse contigisset, ad lares<sup>12</sup> reverterunt.† Quid hoc fructu majestatis excelsius? quid etiam jucundius? Hostis iram admiratione sui placavit: spectaculo præsentia suæ latronum gestientes oculos obstupescit.<sup>c 13</sup> Delapsa cœlo sidera hominibus si se offerant, venerationis amplius non recipient.<sup>14</sup>

3. Et hæc quidem vivo<sup>15</sup> Scipioni: illud autem Æmilio Paulo exanimi contigit. Nam cum exequiæ ejus celebrarentur, ac forte tunc principes Macedoniae<sup>16 h</sup> legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto<sup>i</sup> sponte sua sese subjecerunt. Quod aliquanto majus videbitur, si quis cog-

<sup>c</sup> Placavit iram hostis Antiochi, quia illi admirationi fuit, et injecit præsentia stuporem quendam latronibus præ gaudio exultantibus, quod illum aspicerent.

Vet. delet *aliquam*.—11 Viginti codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. 4. 5. Aldd. 2. 3. 5. Mediol. 3. Gryph. 2. 5. 8. Colin. 1. et Steph. *diu osculati*.—12 Pro *ad lares* Wasse in Ind. ad Sallust. v. 'Lares,' e cod. suo profert, *alacres*; at læti præcessit: *ad lares proprios*, vel *proprios* in decem codd. *ad naves* conj. Torren.—13 Ita edd. antiq. et unus Brand. a m. sec. *stupefecit* Ultraj. 2. *oculos vidit* in aliis codd. cum Vet. *vidit et stupefecit* conj. Torren.—14 Voss. *accipiant*: Perizon. conj. *recipiant*.—15 Ita Brand. 1. 2. et plerique Torren. *Hoc quidem vivo* Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c.—16 *Macedonum* in Harl.—

## NOTE

† An. M. 3868. Ol. 148. 3. Urb. C. 567. Ant. C. 185.

<sup>h</sup> *Principes Macedoniae*] Paulo aliter Plutarchus. Illius pompa funebris, inquit, non auro et ebore, sed eximia, tum civium tum populorum, quos devicerat, benevolentia ornata fuit; nam qui tum Romæ fuerunt juvenes Macedonum, Ligurum, Hispanorum, ejus feretrum ultro subierunt.

<sup>i</sup> *Funebris lecto*] De Romanorum funeribus pauca hæc accipe. Alii

*Delph. et Var. Clas.*

*Val. Max.*

alio modo efferebantur: qui ditiores lectis, tenuiores feretris. Funus a funibus accensis dicitur; quod cum exequiæ noctu fierent, multi manibus candelas, funalia, faces gestarent. Corpora ornabant toga; si plebei hominis, vulgata; si Senatoris, Prætoris, Consulis, &c. prætexta; si Censoris, purpurea. Si quis plura requirit, Liliū Giralduū et Rosinū consulat.

X

noscat,<sup>17</sup> lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuisse adornatam. Quantum enim Paulo tribuerunt, propter quem gentis suæ cladum indicia per ora vulgi ferre non exhorruerunt? quod spectaculum funeri<sup>18</sup> speciem alterius triumphi adjecit. Bis enim te, Paule, Macedonia urbi nostræ illustrem ostendit: incolumem, spoliis suis: fato functum, humeris.<sup>d</sup> ‡

4. Ne filii quidem tui Scipionis Æmiliani, quem in adoptionem dando, duarum familiarum ornamentum esse voluisti, majestati parum honoris tributum est: eum<sup>19</sup> enim, adolescentem admodum, a Lucullo consule<sup>j</sup> petendi auxilii gratia<sup>k</sup> ex Hispania in Africam missum, Carthaginenses et Masinissa Rex de pace disceptatorem,<sup>l</sup> velut consulem et imperatorem, habuerunt.<sup>e</sup> Ignara quidem fatorum suorum Carthago. Orientis enim illud juventæ decus, Deorum atque hominum indulgentia, ad excidium ejus aleba-

<sup>d</sup> Si quis sciat anteriorem partem illius lecti fuisse decoratam tropæis ex Macedonia victa relatis: quem enim honorem tribuerunt Paulo Æmilio, propter quem voluerunt ipsi ferre ante oculos civium Romanorum monumenta cladum quas ille genti ipsorum intulerat! Bis, Paule, apparuisti urbi nostræ ob Macedoniam victam gloriosus: primum illius spoliis, quando ex ea incolumis rediisti; deinde in sepultura tua, quando illius Principes suis humeris te mortuum tulerunt.

<sup>e</sup> Pacis arbitrum, tanquam si fuisset Consul et Imperator, elegerunt.



17 Leidd. 6. 7. Barb. 1. si qui cognoscant; Copes. si qui agnoscant; Ultraj. I. habet etiam si qui. Deinde Voss. delet fuisse.—18 Decem codd. Torren. cum Mog. funeris. Paulo post, fato fultum in Vet. fato finitum in nonnullis Torren.—19 Vet. cum octo Mss. cum eum, deleta interpunctione inter est et cum. Et hæc lectio Torrenio recte magis placet, quam eum enim. Mox Vet.

#### NOTÆ

‡ An. M. 3840. Ol. 155. 1. Urb. C. 593. Ant. C. 159.

<sup>j</sup> A Lucullo consule] L. Licinio Lucullo, qui Vaccæos, Cantabros, aliasque Hispaniæ gentes, vicit. Vide gentem Liciniam.

<sup>k</sup> Petendi auxilii gratia] Vel a Carthaginensibus, qui tributum pendebant id temporis, vel a Masinissa, ut vult Appianus.

<sup>l</sup> De pace disceptatorem] Carthaginenses contra fœdus Masinissam aggressi fuerant; a mane usque ad noctem spectante ipso P. Scipione pugnatum est; visusque Masinissa superior, ut habet Florus. Ea lege inter eos pax sancita, ut Carthaginenses Masinissæ, tum captivos, tum quinque talentorum millia penderent, ut narrant Polybius et Appianus.

tur: ut superius cognomen Africanum capta, posterius eversa, Corneliæ genti daret.<sup>f 20 \*</sup>

5. Quid damnatione, quid exilio miserius? Atqui P. Rutilio<sup>21 m</sup> conspiratione<sup>n</sup> publicanorum<sup>o</sup> perculso, auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Asiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos secessum ejus opperientes obviam<sup>22</sup> miserunt.† Exulare aliquis hoc loco, an<sup>23</sup> triumphare justius dixerit?

6. C. etiam Marius in profundum ultimarum<sup>24</sup> miseriarum<sup>p</sup> abjectus, ex ipso vitæ discrimine, beneficio majestatis emersit. Missus enim ad eum occidendum in privata dōmo Minturnis clausum servus publicus, natione Cimber, et senem, et inermem, et squalore obsitum, strictum gladium tenens, aggredi non sustinuit: sed claritate viri occæcatus,

*f Ut bis Carthago Corneliæ genti nomen Africani daret, primum capta Scipioni Majori; deinde eversa Minori.*



*disputatorem.*—20 Bitur. 1. daretur.—21 *At Q. P. Rutilio* in Harl. Leidd. 6. 7. et Copes. *At quin P.* Leid. 2. *Atque Copes. Atqui P.* Barb. 1. Leid. 5. Ultraj. 1. 2. et Toll. quod exhibent Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. sed Copes. habet: *At q̄. P.* unde *Atqui* restituendum etiam videbatur Perizonio.—22 Leid. 7. *ei obviam.*—23 ‘Vet. cum permultis Mss. *loco hoc aut*; unde Torrenius conjecturam Perizonii, *loco delentis*, valde confirmari ait; nec abnuerim.’ *Kapp. huc loco* in Mediol. 3.—24 Voss. delet *ultimarum*. Deinde Ultraj. 1. *ab ipso*. Mox pro *emersit* Ultraj. 1. 2. Copes.

#### NOTE

\* An. M. 3904. Ol. 157. 3. Urb. C. 603. Ant. C. 149.

<sup>m</sup> *P. Rutilio*] Consul anno Urbis 649. ut diximus. De illius integritate postea.

<sup>n</sup> *Conspiratione*] Quod legatus C. Marii, ut scribit Florus, vel potius Q. Mutii, ut optime correxit Sigonius, a Publicanorum avaritia Asiam defendisset; invisus Equestri Ordini, penes quem id temporis ex Gracchanis legibus erant judicia, vel repetundarum, vel læsæ Majestatis injuste damnatus est: Smyrnam secessit, ubi studiis literarum totum se

tradidit. Ita Cicero.

<sup>o</sup> *Publicanorum*] Qui publica vectigalia, et alios populi Romani redditus, vel a fisco conducebant, vel quæstus causa constituto pretio exigenda redimebant. Erat eorum ordo et numero amplissimus, et dignitate potentissimus, cum omnes ex Equestri ordine legerentur: erant alii prædes, alii mancipes, alii socii, alii decumani, portitores, &c.

† An. M. 3961. Ol. 171. 4. Urb. C. 660. Ant. Ch. 92.

<sup>p</sup> *In profundum miseriarum*] De variis Marii erroribus lib. 1. c. 7. n. 11.

abjecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit.<sup>9</sup> Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perstrinxit: devictæque suæ gentis interitus animum comminuit;<sup>8</sup> etiam Diis immortalibus indignum ratis, ab uno ejus nationis interfici Marium, quam totam deleverat. Minturnenses autem majestate illius capti, compressum jam et constrictum dira fati necessitate, incolumem præstiterunt: nec fuit his timori asperrima Syllæ victoria,<sup>7</sup> ne in eos conservationem Marii ulcisceretur;<sup>25</sup> cum præsertim ipse Marius<sup>8</sup> eos a conservando Mario absterrere posset.‡

7. M. quoque Porcium Catonem<sup>†</sup> admiratio fortis et sinceræ vitæ adeo admirabilem<sup>26</sup> senatui fecit, ut, cum invito C. Cæsare consule adversus publicanos<sup>u</sup> dicendo in

<sup>8</sup> *Clades Cimbris a Mario illata hominem terruit, et interitus gentis suæ ab eo devictæ illius animum a cæde Marii avertit.*



Voss. et Leid. 7. ab al. m. *evasis*.—25 ‘Verba *ne in eos conservationem Marii ulcisceretur* desunt in Vet. et plurimis Mss. judice Perizonio, pro glossa expungenda, quocum consentit Torrenius, quibus duumviris lubentissime accedo.’ *Kapp.* Sunt in Ultraj. 2. Sus. Pulm. Camp. Winck. Mog. et Herbip. in marg. Leid. 7. Barb. 1. et Toll. sed *Marii* delent Camp. Winck. Ultraj. 2. Mog. et Herbip.—26 Codex Colmariensis Coleri, *adeo venerabilem*; et sic in Brand. 1. 2. quatuordecim Torren. Vet. Mog. Venett. Herbip. &c. *adminis-*

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Tremens fugit*] Alta voce clamitans: ‘Non possum occidere Marium.’

<sup>†</sup> *Asperrima Syllæ victoria*] Intelligit Syllæ in urbem ingressum, cum fugato Mario Sulpitium necari jussit.

<sup>8</sup> *Ipsæ Marius, &c.*] Duplex sensus potest esse hujus loci: unus, quia ipse Marius homo crudelis in ipsos etiam mutata fortuna sævire poterat: alter, quia Marius ipse miser et afflictus illos ab ipso conservando deterrebat, ne quid simile ipsi Minturnenses a Sylla paterentur.

‡ An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

<sup>†</sup> *Porcium Catonem*] Uticensem, quod victis Pompeii partibus Uticæ

sibi mortem consciverit: ‘Vir,’ inquit Velleius, ‘virtuti simillimus.’ De illo plura in gente Porcia.

<sup>u</sup> *Adversus publicanos, &c.*] Valerio consentit Velleius; Dio non item. Ita Velleius: Publicani ut quid de vectigalibus remitteretur petebant; illis favebat Cæsar; quicquam remitti volebat Cato: cumque jus esset Senatori, ut sententiam rogatus diceret ante, et quicquid vellet, et quoad vellet; longa oratione, ne quid eo die conficeretur, diem trahebat: quare Cæsar cum in carcerem trahi jussit. Publicanorum hic non meminit Dio, sed legis Agrariæ, quam promulgare cum cuperet Cæsar; contra vero Senatus omnis, ne illam ferret, alias ex

curia diem extraheret,<sup>27</sup> et ob id ejus jussu a lictore in carcerem duceretur, universus senatus illum sequi non dubitaret: quæ res divini animi perseverantiam flexit.<sup>A v \*</sup>

8. Eodem Ludos Florales,<sup>w</sup> quos Messius<sup>x</sup> ædilis faciebat, spectante, populus, ut Mimæ nudarentur,<sup>28</sup> postulare erubuit: quod cum ex Favonio,<sup>y</sup> amicissimo sibi, una sedente cognovisset,<sup>29</sup> discessit e theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Quem abeuntem<sup>z</sup>

\* *Qua re commotus Cæsar, vir animo præstanti, consilium mutavit.*

//////////

*tratio . . . adeo admirabilem in Barb. 1.—27 Vet. ducendos in curiam diem abstraheret, ob id jussu ejus; Voss. ducendos in curiam; multi quoque Torren. in curiam: Barb. 1. adversus publicanos causam dicendo. Mox Copes. dubitarit; unde Perizon. legi jussit dubitaverit: Harl. et Ultraj. 1. dubitavit, quod legi possit dubitavit, sive dubitaverit.—28 Codex Schotti, ut mimæ darentur; unus Rhem. ederentur; Barb. 1. enudarentur; ceteri codd. nudarentur.—29 Hoc loco in Camp. et Atreb. Valeriano contextui insertum est Martialis Epigramma post v. cognovisset:*

*Nosset jocosæ dulce cum sacrum Floræ,  
Festosque lusus, et licentiam vulgi,  
Cur in theatrum, Cato severe, venisti?  
An ideo tantum veneras, ut exires?*

*Harl. cognovisset Martialis jocos nosset sacrum cum dulce Flora, cur in theatrum, Cato severe, venisti, an ideo tantum venis ut exires? discessit: et sic fere Vat. 1. Barb. 1. 2. Ultraj. 1. Ultraj. 2. in marg. Copes. Leidd. 6. 7. et Mog.—30*

#### NOTÆ

aliis moras traheret, longam illam de industria orationem habuit Cato.

<sup>v</sup> *Perseverantiam flexit*] Catonem cum sequerentur multi, et inter eos M. Petreius, hominem, quod nondum misso Senatu abiret, objurgavit Cæsar; cui ille malle se respondit in carcere esse cum Catone, quam in Curia cum Cæsare: tum pudore suffusus Cæsar liberavit Catonem, Senatūque dimisit.

\* An. M. 3995. Ol. 180. 2. Urb. C. 694. Ant. Ch. 58.

<sup>w</sup> *Ludos Florales*] Acca Tarratia, nobilissimum scortum, quæ cum quæstu corporis vim ingentem pecuniæ comparasset, populum Romanum dixit hæredem; ea lege, ut ceditis ludis suum natalem diem celebraret;

quo vero rei pudendæ aliqua dignitas adderetur, Deam quæ floribus præset fuisse finxerunt: unde Ovidius nympham esse nomine Chlorim, eamque Zephyro nuptam fabulatur.

<sup>x</sup> *Messius*] C. Messius Nepos, qui in bello civili partes Cæsaris secutus est.

<sup>y</sup> *Ex Favonio*] Qui, Catonianæ virtutis et severitatis imitator, percussoribus Cæsaris se immiscuit, et tanquam hujus facinoris particeps, post victoriam Philippensem interfectus est.

<sup>z</sup> *Quem abeuntem*] Quod etiam lusit eleganter Martialis in Præfat. lib. 1. Epigrammat. ‘Nosset jocosæ dulce cum sacrum Floræ Festosque lusus, et licentiam vulgi, Cur in theatrum,

ingenti plausu populus prosecutus, priscum morem jocorum in scenam revocavit;<sup>30</sup> confessus plus se majestatis uni illi tribuere, quam universo sibi vindicare. Quibus opibus,<sup>31</sup> quibus imperiis, quibus triumphis hoc datum est? exiguum viri patrimonium, astricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clausa, paterni generis una imago,<sup>32</sup> minime blanda frons; sed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quisquis sanctum et egregium civem<sup>33</sup> significare velit, sub nomine Catonis definiat.†

EXTERNÆ.

I. Dandum est aliquid loci etiam<sup>34</sup> alienigenis exemplis: ut domesticis aspersa, varietate ipsa delectent. Harmodii, et Aristogitonis,<sup>a</sup> qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies æneas Xerxes<sup>35</sup> ea urbe devicta in regnum suum transtulit: longo deinde<sup>36</sup> interjecto tempore,

~~~~~

Dan. Brand. 1. 2. Copes. Rhem. 1. 2. 3. Harl. Bitur. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Leidd. 5. 6. 7. Vet. Mog. et Mediol. 3. *revocarunt*. Mox Pighius delet *illi*, quod exhibent Copes. quindecim codd. Torren. Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Deinde *universos* Copes. et novem codd. Torren. non improbante Torrenio; Perizonius conj. *universis*, quod est in Ultraj. 1. hanc vocem delet Vet.—31 Nonnulli Torren. *operibus*.—32 Voss. delet: *paterni generis una imago*: Leid. 5. exhibet: *p. g. una M. L. imago*; Ultraj. 2. *una illi imago*; et sic Rhem. 1. 2. 3. et Mog. Leid. vero 6. *una illustris imago*, quod minime displicet Torrenio. Paulo post Vet. *moris*, *ἀρχαϊκῶς*.—33 Ita Pighius ex Atreb. Camp. Gembl. Winck. 1. 2. 3. Colon. et Canch. *sanctum virum civemque* Voss. et unus Rhem. *virum* addit etiam Ultraj. 2. Pontannus e vet. membr. legit: *egregium et sanctum virum civemque*. Vet. *sanctificare velit*: Leid. 6. *civem signare velit*: decem Torren. *diffiniat*.—34 A Copes. abest etiam; ab Harl. *exemplis*. Mox Voss. unus Rhem. et Ultraj. 2. *respersa*. Paulo post *Harmonii* in ed. Torren. ex errore typogr.—35 *Xerxes rex* multi codd. et edd. antiq. quod Torren. ab auctore profectum credit; sed *rex* deest in Ultraj. 1. Leidd. 5. 6. 7. Copes. et Vet.—36 Ultraj. 2. *denique*. Tum duo Rhem. *Saleucus*; Mog. *Zalenchus*.

NOTÆ

Cato severe, venisti? An ideo tantum veneras, ut exires?[?]

† An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

^a *Harmodii et Aristogitonis*] Post Pisistratum duo ejus filii Hipparchus et Hippias Athenis rerum potiti sunt:

quod cum multi indigne ferrent, tum maxime duo illi fratres, a quibus Hipparchus occisus est: sed ipsi ab Hippia oppressi. Fugato aliquanto post Hippia, Athenienses in eorum honorem effigies æneas erexerunt.

Seleucus^b in pristinam sedem reportandas curavit. Rhodii quoque eas urbi suæ appulsas, cum in hospitium publice invitassent, sacris etiam pulvinaribus collocaverunt. Nihil hac memoria felicius, quæ tantum venerationis in tam parvulo ære possidet.^{i 37}

2. Quantum porro honoris Athenis Xenocrati^c sapientia pariter ac sanctitate claro tributum est? Qui³⁸ cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, ut more ejus civitatis^{39 d} juraret, omnia se vere retulisse, universi iudices consurrexerunt, proclamaruntque, ‘ne jusjurandum diceret:’ quodque sibimetipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, sinceritati ejus concedendum existimarunt.j

ⁱ Nihil felicius memoria illorum virorum, quam posterî tanta veneratione prosecuti sunt, etiam si nec admodum divites fuissent.

^j Et putarunt concedendum integritati illius viri, ut non juraret, quod non erant sibi concessuri in dicenda sententiâ, quia jurabant se verum judicare.



—37 Sic ex omnibus suis codd. restituit Torrenius; et sic Vet. alii *possedit*.
—38 Qui abest a Vet. et nonnullis Torren. codd.—39 Ita longe maxima codd. pars et omnes edd. *more civitatis* Pigh. Coler. Thys. Delph. &c. Mox pro *retulisse* Vet. *dixisse*.

NOTÆ

^b *Seleucus*] Nicanor, qui Seleucidarum in Asia condidit Imperium, et nonagenario major omnibus Alexandri ducibus superstes a Ptolemæo Cerauno necatus est.

^c *Xenocrati*] Chalcedone oriundus, Platonis auditor, qui in Academia Spensippo successit: cujus verbis tanta fides habebatur, ut cum injurati testimonium nullius admitteretur,

huic soli injurato crederetur.

^d *More ejus civitatis*] Moris fuit Athenis, ut testes, ubi testimonium vel coram dixissent, vel dedissent tabulis inscriptum, jurarent per liberorum salutem se vera dicere; si vero de re capitali ageretur, sibi, suisque, si falsa dicerent, dira imprearentur. Quæ ex Demosth. et Cicerone certa sunt.

VALERII MAXIMI
FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER III.

CAP. I.
DE INDOLE.

CUJUS EXEMPLA SUNT ROM.

- 1 Æmilii Lepidi pueri.
- 2 M. Catonis Uticensis.
- 3 C. Cassii Longini.

EXTERNUM UNUM.

- 1 Alcibiadis Atheniensis.

ATTINGAM nunc quasi cunabula¹ quædam et elementa virtutis: animique procedente tempore ad summum gloriæ cumulum perventuri,² certo cum indolis experimento, datos gustus³ referam.^a

1. Æmilius Lepidus,^a puer etiam tum progressus in

^a *Ex certis indolis ingenitæ exemplis referam nunc prima quasi elementa virtutis, et certa signa animi procedente tempore perventuri ad summam gloriæ laudem.*

1 *Attingam igitur nunc ea quæ sunt cunabula* unus Rhem. Ultraj. 2. et Mog. nunc deest in Vet. et plerisque codd. Torren.—2 Leid. 1. et unus Rhem. *animorum ... perventurorum*: pro *cumulum*, quod habent sexdecim Torren. Vet. Mog. Venett. 4. 5. Aldd. 1. 2. 3. 5. Mediol. 3. Gryph. &c. Colerus dedit *culmen*, quia in marg. in aliis extare monuerat Pighius.—3 Ita tres Medic. totidem Pighiani, inter lineas Leid. 5. et a m. pr. Brand. 2. *gestus* in aliis codd. et edd. ante Pighium; *elatos gestus* Exc. Steph. *dato* nonnulli Torren. ut referatur ad præcedens *experimento*; Leid. 7. ab al. m. *claros*: in

NOTÆ

^a *Æmilius Lepidus*] Cum multi eo floruerint, quis puer ille fuerit, conjunctem tempore Æmilii Lepidi Romæ cere difficile est.

aciem,^{4 b} hostem interemit, civem servavit. Cujus tam memorabilis operis⁵ index est in Capitolio statua bullata,^c et incincta prætexta S. C. posita. Iniquum enim putavit, eum honori nondum tempestivum videri, qui jam virtuti maturus fuisset. Præcurrit⁶ igitur Lepidus ætatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate:^b duplicemque laudem e prælio retulit, cujus eum vix spectatorem anni esse patiebantur. Arma enim infesta, et dstricti⁷ gladii, et discursus telorum, et adventantis equitatus fragor, et concurrentium exercituum impetus, juvenibus quoque aliquantum⁸ terroris incutit. Inter quæ Æmiliæ gentis pueritia coronam mereri, spolia rapere valuit.*

2. Hic spiritus ne M. quidem Catonis^d pueritiæ defuit. Nam cum in domo M. Drusi avunculi sui educaretur, et ad eum tribunum plebis Latini⁹ de civitate impetranda^e con-

^b Quod fucinus memorandum indicat ex Senatusconsulto ad illius honorem posita in Capitolio statua ornata, et bulla aurea, et toga prætexta. Existimavit enim injustum fore, si nullus honor ob teneram ætatem tribueretur illi, qui jam maturum se præbuisset virtute sua: sic Lepidus celeritate rei fortiter gesta præcurrit firmam et stabilem ætatem.

~~~~~

paucis codd. deest *datos*.—4 Duo Rhem. delent *in aciem*.—5 Exc. Steph. opis festinatione Scribæ pro *opis* sive *operis*.—6 Præcurrit Copes. Barb. 1. et Ultraj. 1.—7 Unus Brand. *dstricti*; alii *districti*. Vide Gronov. ad Liv. xxvii. 13.—8 Leidd. 5. 6. Copes. Barb. 1. et Ultraj. 2. *aliquantulum*.—9 Medic. 5. *eum tunc populi Latini*: Medic. 6. et Leid. 1. cum plerisque edd. excepta Mog. Trib. *tunc*; quod ex *tribunum* sine dubio ortum est. Nihil enim facilius est, quam ex ultimis literis fieri *tunc*, ut pro *tribunum* legatur

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Progressus in aciem*] Sub Tiberio Graccho bello Celtiberico id contigisse dicitur; cum Munda capta insignem de Celtiberis ad Alum victoriam retulit.

<sup>c</sup> *Statua bullata*] Bulla cum prætexta puerorum Nobilium insigne fuit; ex quo Tarquinius Priscus filium, quod hostem bello Sabino etiam tum puer occidisset, his donis ornavit. Fuit ex auro sæpius, interdum ex argento aliove metallo, in cordis figuram efformata, ut illius aspectu

incitati se fortes præstarent.

\* An. M. 3875. Ol. 150. 2. Urb. C. 574. Ant. C. 178.

<sup>d</sup> *M. Catonis*] Uticensis, cujus mater Livia M. Drusi soror.

<sup>e</sup> *De civitate impetranda*] M. Drusus, vir genere et eloquentia clarissimus, cum Tribunatum plebis gereret, primum Senatus partes secutus est; deinde aura populari longius proventus socios Italicosque spe civitatis sollicitavit: unde bellum sociale ortum est.

venissent, a Q. Poppedio,<sup>10 f</sup> Latinorum principe, Drusi autem hospite rogatus, ‘ut socios<sup>g</sup> apud avunculum adjuvaret,’ constanti vultu ‘non facturum se’ respondit. Iterum deinde, ac sæpius interpellatus, in proposito perstitit. Tunc Poppedius in excelsam ædium partem levatum, abjecturum inde se,<sup>11</sup> nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re ab incepto moveri<sup>12</sup> potuit. Expressa est itaque illa vox hominum: <sup>13</sup> ‘Gratulemur<sup>14</sup> nobis Latini et socii, hunc esse tam parvum; quo senatore ne sperare quidem nobis civitatem licuisset.’ Tenero ergo animo Cato totius Curiae gravitatem percepit,<sup>c</sup> <sup>15</sup> perseverantiaque sua Latinos jura nostræ civitatis apprehendere cupientes repulit.†

Idem cum salutandi gratia prætextatus ad Syllam venisset, et capita proscriptorum<sup>h</sup> in atrium allata vidisset,

<sup>c</sup> *Gratulemur nobis Latini et socii, quod Cato sit puer: nam si esset Senator, non licuisset nobis jus civitatis sperare, nedum obtinere. Igitur Cato in animo tenero habuit tantam gravitatem, quantam univ ersus Senatus.*

//////////

*Trib. tunc.*—10 ‘Alii malint Poppedio: [Mog. Poppedio.] Pro Latinorum quidam Latini legunt, et Mog. Latii, quod Torrenio non displicet. Aliquot Mss. Latino, abbreviate, pro Latinorum, quod retinendum puto.’ Kapp. Colerus conj. Latini nominis principe.—11 Ita Camp. Colon. Atreb. Brand. 1. 2. et nonnulli Torren. Quidam codd. et editi: *abjecturum se eum inde*. Klokkius legebat: *abjecturus inde, nisi*. Pauci *eum* habent ab al. m.—12 Quatuor Medic. Leidd. 2. 6. Ultraj. 1. Toll. Vet. et Venet. 2. *movere*, haud male, inquit Kapp.—13 Leidd. 3. 7. *homini* probantibus Lips. Coler. Perizon. et Torrenio.—14 Vet. *Gratulentur*. Mox voculam *tam* delet Leid. 1. ut malit Colerus. Deinde, *senatorem nec desperare*.—15 Perizon. conj. *præcepit*, im-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Q. Poppedio] Silo Poppedius genere Marsus belli Italici contra Romanos et primus auctor et dux extitit.

<sup>g</sup> Socios] Qui Latium incolebant Latinos, qui extra Latium fœdere cum Romanis juncti erant, socios appellat.

† Au. M. 3963. Ol. 172. 2. Urb. C. 662. Ant. Ch. 90.

<sup>h</sup> Capita proscriptorum] Alii alium

ineunt proscriptorum numerum. Plutarchus primo die 80. Senatores, paulo post 210. Velleius Senatores 40. Equites 1600. Florus ex ipso tum Senatus, tum Equestris Ordinis flore 2000. proscriptos memorat: multi nec opinantes in domibus oppressi; alii per templa, per porticus alii necati; pars sublimes rapti, et ad Syllæ pedes trucidati, &c.

atrocitate rei commotus pædagogum suum Sarpedonem<sup>16</sup> nomine interrogavit, ‘ quapropter nemo inveniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret.’ Cumque is, ‘ non voluntatem hominibus, sed facultatem deesse, quod salus ejus magno<sup>17</sup> militum præsidio custodiretur,’ respondisset: ‘ ut ferrum sibi daret,’<sup>18</sup> obsecravit, affirmando, ‘ perfacile se eum interfectorum, quod in lecto illius considerare soleret.’ Pædagogus et animum<sup>19</sup> Catonis agnovit, et propositum exhorruit, eumque postea ad Syllam excussum semper adduxit.<sup>d</sup> Nihil hoc admirabilius. Puer in officina crudelitatis deprehensus, victorem non extimuit; tum maxime consules, municipia,<sup>i</sup> legiones, equestris ordinis majorem partem trucidantem. Ipsum Marium si quis illo loci statuisset,<sup>20</sup> celerius aliquid de fuga sua, quam de Syllæ nece cogitasset.<sup>e</sup> †

<sup>d</sup> *Eumque nunquam adduxit ad Syllam, nisi scrutatus illius vestes, num telum haberet.*

<sup>e</sup> *Si quis enim in eo loco, ubi erat Cato, statuisset ipsum Marium virum audacem, sibi ille potius fuga consulisset, quam de morte Syllæ inferenda cogitasset.*



probante Torren.—16 *Sarpedonem* Harl. et Ultraj. 1. *Scarpedonem* Leid. 6. Mox pro *occideret* Rhem. 1. 2. 3. *interficeret*.—17 Exc. Steph. *quod Sylla magno*.—18 Ita Copes. sexdecim Torren. Vet. Venett. 4. 5. Aldd. 2. 3. 5. Mediol. Gryph. 2. 5. 8. Colin. 1. et Steph. ceteri codd. cum Mog. Pigh. Corrad. Lips. Jansson. Elzevir. et Thys. *daretur*.—19 Harl. et Barb. 1. *ut animum*, quomodo conj. Perizon.—20 Lipsius legit: *Ipsum M. es loci statuisses*; et sic malit Colerus; nam ‘ *si quis* abest a Vet. et multis Mss. Alii: *Qui ipsum Marium*; alii: *Et qui ipsum Marium*; unde Torrenius conjicit: *Atqui ipsum Marium illo loci statuisses, et celerius, &c.* ut lib. 11. 10. 5. ‘ *Atqui P. Rutilio.*’ Mihi non liquet. Pro *eo loci* lectionem plurimorum codd. *illo loci* in textum recepi.’ *Kapp.* *illo loci* testantur Brand. 1. 2. quinque Leidd. Harl. Bitur. 1. et Ultraj. 2. *illo loco* etiam habent Brand. 1. 2. cum Medic. sex, tribus Leidd. Copes. et Mog. omnes Torren. *statuisset*: Leid. 5. et Medic. sex, ut

#### NOTE

<sup>i</sup> *Municipia*] Munitissima sub hasta venierunt Spoletum, Interamnium, Præneste, Fluentia; Sulmo vetus oppidum dirutum: Italarumque alii pecunia, alii exilio, alii morte mulctati: ita Florus. Municipiorum duplex genus; nonnullis enim civitas

Romana cum suffragio communicata fuit; aliis non item: illi Romanis, hi suis utebantur legibus; illisque petendi Magistratus jus datum est, negatum aliis.

‡ An. M. 3972. Ol. 174. 3. Urb. C. 671. Ant. Ch. 81.

3. Cujus filium Faustum<sup>j</sup> C. Cassius<sup>k</sup> condiscipulum suum in schola proscriptionem paternam laudantem, ipsumque,<sup>21</sup> cum per ætatem potuisset, idem facturum minitantiem, colapho percussit. Dignam manum, quæ publico parricidio se non contaminaret.<sup>22</sup> \*

EXTERNÆ.

1. Et ut a Græcis aliquid,<sup>23</sup> Alcibiades ille, cujus nescio utrum bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint, (illis enim cives suos decepit, his afflixit,) cum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset, eumque secreto tristem sedentem vidisset, interrogavit, 'quid ita tantam in vultu confusionem gereret.' At illo dicente: 'mandato<sup>24</sup> se civitatis Propylæa Minervæ, quæ sunt januæ arcis, ædificasse, consumtaque in id opus<sup>1</sup> ingenti pecunia, non invenire, quo pacto ministerii rationem redderet, atque ideo conflictari:' 'Ergo,' inquit, 'quære potius, quemadmodum rationem non reddas.' Itaque vir amplissimus atque prudentissimus, suo consilio defectus,<sup>f</sup> puerili<sup>25</sup> usus est, at-

*f* *Suo proprio consilio destitutus.*

*celerius.*—21 Ita Brand. 1. 2. septemdecim codd. Torren. Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius, et post eum Coler. Thys. et Delph. *ipsum quoque*; Ultraj. 2. *seque*; Leid. 7. ab al. m. *et se.*—22 Nonnulli codd. Torren. *non contaminasset.*—23 Ultraj. 1. in marg. *aliquid adiciam*; Bitur. 1. *aliquid exempli.*—24 Ita omnes codd. præter Dan. qui exhibet, *mandatu.* Paulo post duo Torren. *quæres pro reddas*; Ultraj. 2. *reddes.*—25 Harl. Barb. 1. Copes. et Leidd. 2. 7. *pueri*; sed Leid. 2. ab al. m. *pueruli.* Deinde

NOTÆ

<sup>j</sup> *Faustum*] Sylla Dictator perpetuus Felicem se, liberosque Faustos appellari voluit. Periit Faustus ille Pompeii Magni gener in bello civili.

<sup>k</sup> *C. Cassius*] Ille ipse, qui Cæsarem occidit: quare parricidii publici reum illum dicit Valerius.

<sup>1</sup> *In id opus*] Cum Athenienses ex communi Græcorum contributione pecuniam ad octo millia talentorum

ex Delo Athenas transtulissent, illamque Pericli custodiendam tradidissent; ipse magnam ejus partem, non solum in vestibulo arcis exstruendo, sed in privatos etiam usus expendit, ut tradit Diodorus. De Pericle lib. II. cap. 6. num. 5. De Alcibiade, qui illius ex fratre nepos fuit, lib. I. cap. 7. num. 9. jam diximus.

que id egit, ut Athenienses finitimo implicati bello<sup>m</sup> rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ, utrum Alcibiadem lamententur, an glorientur: quoniam adhuc inter execrationem hominis et admirationem dubio mentis iudicio fluctuatur.<sup>s</sup> 26 †

<sup>s</sup> Quoniam etiamnum incerta mente dubitant Athenienses an Alcibiadem execrari, aut admirari debeant.

Harl. et Copes. *impliciti*.—26 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium, qui maluit, *fluctuantur*.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Finitimo implicati bello*] Pueri cum a Lacedæmoniis et captæ sint, consilium secutus Pericles, belli Peloponnesiaci suis civibus auctor fuit: et diu a triginta tyrannis vexatæ.  
unde ingens, cum toti Græciæ, tum † An. M. 3622. Ol. 87. 1. Urb. C. 321. Ant. Ch. 431.  
ipsis potissimum Athenis calamitas;

## CAP. II.

## DE FORTITUDINE.

## CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT.

- 1 M. Horatius Cocles.
- 2 Clælia virgo.
- 3 Romulus.
- 4 A. Cornelius Cossus.
- 5 M. Marcellus.
- 6 Certaminum singularium victores  
T. Manlius Torquatus, M. Valerius Corvus, et P. Scipio Æmilianus.
- 7 C. Atilius.
- 8 Equites Rom. in prælio apud Veruginem.
- 9 Idem in prælio contra Samnites.
- 10 Milites Rom. in retinenda classe Punica.
- 11 Miles Rom. in prælio Cannensi.
- 12 P. Licinius Crassus procos.
- 13 Q. Metellus Scipio procos.
- 14 M. Cato Uticensis.
- 15 Porcia M. F. M. Bruti.

- 16 M. Cato majoris Catonis filius.
- 17 P. Scipio Nasica.
- 18 M. Æmilius Scaurus.
- 19 C. Julius Cæsar procos.
- 20 Tres milites, Vibius Accuæus, Valerius Flaccus, T. Pedanius.
- 21 Q. Cotius Achilles.
- 22 C. Acilius.
- 23 M. Cæsius Scæva.
- 24 L. Sicinius Dentatus.

## EXTERNA.

- 1 T. Jubellius Campanus.
- 2 Gobryas Persa.
- 3 Leonidas Spartanus.
- 4 Othryadas Spartanus.
- 5 Epaminondas Thebanus.
- 6 Theramenes Atheniensis.
- 7 Theogenes Numantinus.
- 8 Hasdrubalis Pœni uxor.
- 9 Harmonia Gelonis regis filia.

Nos<sup>r</sup> quia jam initia procursusque virtutis patefecimus,

1 Hæc omnia usque ad *consistunt* referunt plerique codd. et edd. ad caput

actum ipsum prosequamur; <sup>2</sup> cujus ponderosissima vis, et efficacissimi lacerti, in fortitudine consistunt.<sup>a</sup> Nec præterit me, conditor Urbis nostræ Romule, principatum tibi hoc in genere laudis assignari oportere.<sup>3</sup> Sed patere, obsecro, uno te præcurri exemplo, cui et ipse aliquantum honoris debes: quia beneficio illius effectum est, ne tam præclarum opus tuum Roma dilaberetur.

1. Hetruscis in urbem<sup>a</sup> ponte Sublicio<sup>4</sup> irrumpentibus,<sup>b</sup> Horatius Cocles<sup>c</sup> extremam ejus partem occupavit: totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit: atque, ut patriam periculo imminente liberatam vidit, armatus se in Tiberim misit. Cujus fortitudinem Dii immortales admirati, incolumitatem sinceram<sup>d</sup> ei præstiterunt. Nam neque altitudine dejectus quassatus,<sup>5</sup> neque pondere armorum pressus,

<sup>a</sup> Nos cum jam initia et quasi primam virtutis indolem explicuerimus, nunc narabimus varios illius effectus; cujus vis maxima et præcipua in fortitudine posita est.



præcedens.—2 Omnes codd. et edd. ante Pigh. habent vel *prosequemur*, vel *prosequamur*; ille vero in textum recepit *persequemur*.—3 Unus Rhem. Leid. 1. et Ultraj. 2. *debere*.—4 Rhem. 1. 2. 3. Ultraj. 2. et Leid. 7. *Sulpicio*. Leid. 3. *irrumperetur*.—5 Vulg. *dejectus quassatusve*: Lips. corr. *dejectus quassatus, neque, &c.* et sic unus Brand. duo Rhem. et Ultraj. 1. ‘Non dubitavi hanc Lipsii conj. in textum recipere.’ Kapp. Guy. conj. *altitudinis dejectu quassa-*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Hetruscis in urbem*] Pulsis urbe Tarquiniis, ad Porsenam Clusinorum Regem confugerant; qui junctis cum Octavio Mamilio Tarquini genero copiis Romam infesto exercitu venit.

<sup>b</sup> *Ponte Sublicio irrumpentibus*] Hetrusci Janiculum primo impetu occupant: tum ad manus cum Romanis ventum est; diu, acriterque pugnatum; tandem post multam utrimque cædem Romani sauciis ducibus Valerio et Lucretio in urbem refugiunt; hostes magna vi a tergo instant: at Horatius Cocles primum cum Sp. Largio et T. Herminio, deinde illis etiam dilapsis solus eorum impetum

sustinuit. ‘Rem ausus,’ inquit Livius, ‘plus famæ habituram ad posteros, quam fidei.’

<sup>c</sup> *Horatius Cocles*] Horatius dictus est, quod ab Horatii Tergeminis originem duceret; Cocles vero, quod alterum in pugna oculum amisisset: Horatii Pulvilli anno superiori Consulis frater patruelis.

<sup>d</sup> *Incolumitatem sinceram*] A Servio sagitta femur trajectus dicitur; cumque aliquanto post, seu per jocum, seu serio illi objiceretur, quod claudus esset: ‘At ego,’ inquit, ‘per singulos gradus admoneor triumphi mei.’



nec ullo vorticis<sup>b 6</sup> circuitu actus, nec telis quidem, quæ undique congerebantur, læsus, tutum natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium, tot hostium in se oculos convertit, stupentes illos admiratione, hos<sup>7</sup> inter lætitiā et metum hæsitantes : unusque duos acerrima pugna consertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, distraxit. Denique unus urbi nostræ tantum scuto suo,<sup>8</sup> quantum Tiberis alveo, munimenti attulit. Quapropter discedentes Hetrusci dicere potuerunt : ‘ Romanos vicimus, ab Horatio victi sumus.’\*

2. Immemorem me propositi mei Clœlia pæne facit : eadem enim tempestate,<sup>9</sup> certe adversus eundem hostem, et in eodem Tiberi, inclytum ausa facinus. Inter ceteras enim virgines obses<sup>e</sup> hosti<sup>10</sup> Porsenæ data, nocturno tempore custodiam egressa, equum conscendit, celerique trajectu fluminis, non solum obsidione,<sup>f</sup> sed etiam metu patriam puella solvit, viris lumen virtutis præferendo.<sup>11</sup> †

<sup>b</sup> Nam neque ex alto ponte in fluvium decidens læsus est, neque oppressus pondere armorum, nec abreptus impetu fluminis vorticosi.



tus.—6 In septem codd. *verticis*, quod in nonnullis emendatum in *vorticis*. Mox Harl. *undique in eum congerebantur*.—7 Guyeto legendum videbatur : *stupentes hos admiratione, illos, &c.* improbante Gudio.—8 Leid. 2. *tantum uno scuto suo*. Postea Leid. 1. *munimentum*.—9 Nonnulli codd. *Cloelia*; Leid. 6. *Clodia*: Vet. *Clodia facit : pene, &c.* Lips. conj. *eadem ea tempestate*, probante Perizonio : delent enim Ultraj. 2. et Leid. 7. priore loco; Leid. 1. 5. et Harl. posteriore. Mox Barb. 1. *ausa est facinus*.—10 Vet. cum editis omnibus et plerisque Mss. *Porsenæ data hosti*; unde Perizonio et Torrenio *hosti* glossa videtur. Mox Bitur. 1. *custodia egressi*.—11 ‘ Vet. cum multis Mss. *patriam metu solvit viris puella lumen virtutis præferendo*. Eodem sensu : Clœlia solvit metu patriam, dum viris puella facem ad virtutem præfert. Perizonius conjicit paulo ante : *obsidio se, vel obsidione se*. Nihil opus.’ Kapp. Lectio

#### NOTE

\* An. M. 3548. Ol. 63. 3. Urb. C. 247. Ant. Ch. 507.

<sup>e</sup> *Virgines obses*] Audaci Mutii Scævola facinore territus Porsena, cum quæreret qua ratione a Romanorum sibi caveret insidiis, respondit illius filius : non quærendum qua ratione se contra illorum insidias muniret, sed quo pacto custodiis non indige-

ret : tum Regi percontanti qui id fieri posset, ‘ Si viros istos,’ inquit, ‘ amicos ex hostibus feceris.’ Continuo Porsena obsides et Romanis misit, et ab iis petiit, dum de pacis conditionibus conveniret : dati pueri nobiles et virgines.

<sup>f</sup> *Non solum obsidione*] Cum a Romanis, tum ab ipso Porsena Clœliæ vir-

3. Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone Ceninensium<sup>12 g</sup> rege ad dimicandum provocatus,<sup>h</sup> quamquam et numero et fortitudine militum superiorem se crederet, tutiusque erat<sup>13</sup> toto cum exercitu, quam solum in aciem descendere, sua potissimum dextra omen victoriae rapuit:<sup>14</sup> nec incepto ejus fortuna defuit. Occiso enim Acrone,<sup>15</sup> fuisque hostibus, opima de eo spolia Jovi Feretrio<sup>i</sup> retulit.<sup>j</sup> Hactenus istud: quia publica religione consecrata virtus nulla privata laudatione indiget.†



vulg. est: *metu patriam solvit. Viris puella lumine virtutis præferenda.* Nostram ex Atreb. Camp. et aliorum vestigiis restituit Pighius; et sic Brand. 1. 2. nisi quod in his *puella* post *viris* positum est. Confirmant hanc unus Rhem. Harl. Ultraj. 1. 2. Bitur. 1. et Barb. sed Leidd. 1. 2. 7. et Copes. habent: *utrisque lumen virtutis prætulit*; Leid. 6. et Harl. *limine virtutis præferenda.*—12 Varie corruptum in codd. est hoc nomen, *Crinnensium, Tenniensium, Cenniensium, Cenuensium, Vigentium, Cecinensium, Senonensium, Veientium*, exhibitibus.—13 Leid. 7. ab al. m. et Ultraj. 2. *tutiusque esset.*—14 Brand. 1. 2. novem Torren. codd. et Vet. cum aliis edd. antiq. *corripuit.*—15 Vet. pro *Acrone* hic et supra habet, *matrone.* Mox Bitur. 1. Leidd. 1. 2. et Mog.

#### NOTÆ

tus honorata: ad Porsenam enim remissa, ab ipso vel parte obsidum, ex Livio, vel equo bellatore, ex aliis; a Romanis statua equestri in via sacra donata est; de qua Seneca in Consol. ad Martiam: ‘Equestri insidens statuae in sacra via Clælia exprobrat juvenibus nostris pulvinum ascendentibus, in ea illos urbe ingredi, in qua etiam fœminas equo donavimus.’

† An. M. 3548. Ol. 68. 3. Urb. C. 247. Ant. Ch. 507.

<sup>g</sup> *Ceninensium*] Quorum civitas Cenina non procul ab urbe Roma.

<sup>h</sup> *Ad dimicandum provocatus*] Valerio consentit Plutarchus; Livio vero et Dionysio aliter videtur. Cum Ceninum agmen ob raptas virgines in agrum Romanum impetum fecisset, fit obvius cum exercitu Romulus, exercitum fundit, fugatque; fustum persequitur; Regemque cum valida juvenum manu occurrentem obruncat.

<sup>i</sup> *Jovi Feretrio*] Hoc nomen Jovi datum est, vel quod pacem ferre diceretur; vel ab hoste feriendo; vel a feretro, quod instrumentum quoddam fuit ad spolia ferenda apte fabricatum.

<sup>j</sup> *Retulit*] Rapta ex hoste cæso spolia ipse gerens, vel e ramis arboris, vel e feretro suspensa, ex Livio et Plut. vel quadrigis invectus, indutusque purpura, ex Dionysio, in Capitolium ascendit; ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: ‘Jupiter Feretri,’ inquit, ‘hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero, templumque his regionibus dedico sedem opimis spoliis, quæ Regibus ducibusque hostium cæsis me auctorem sequentes posterius ferent.’

‡ An. M. 3305. Ol. 7. 4. Urb. C. 4. Ant. Ch. 748.

4. A Romulo <sup>16</sup> proximus Cornelius Cossus<sup>k</sup> eidem Deo spolia consecravit, cum magister equitum<sup>l</sup> ducem Fidenatium<sup>m</sup> in acie congressus interemisset. Magnus initio hujusce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Cossus quoque multum acquisitum est, quod <sup>17</sup> Romulum imitari valuit.\*

5. Ne M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis separare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, ut apud Padum<sup>n</sup> Gallorum regem<sup>o</sup> ingenti exercitu stipatum cum

*opima Deo spolia.*—16 *Ab Romulo* in multis codd. *Romulo proximus* Ultraj. 2. et Mog. Mox *Deo* omittunt Ultraj. 2. et Leid. 6. *Fidenatum* et *fide natum* in nonnullis Torren. *in aciem congressus* Copes. Leid. 5. Venett. 4. 5. Mediol. 3. Ascens. Gryph. Colin. et Steph. *hujusmodi generis* Mog.—17 Ita Pigh. ex Atreb. et Gembl. habentque ita Brand. 1. 2. Vet. et Mog. *qui exhibent pluri* Torren. cum Venett. 4. 5. Mediol. 3. Aldd. Colin. Gryph. et Steph.

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Cornelius Cossus*] Ex nobili Corneliorum gente, eximia pulchritudine corporis, animo ac viribus par, memorque generis, quod amplissimum acceptum, majus auctiusque reliquit posteris. Ita Livius.

<sup>l</sup> *Cum magister equitum*] Hic manifestus est Valerii error; cum L. Quintius Cincinnatus ab Æmilio Mamercio Dictatore hoc in bello Magister Equitum dictus sit. Consul a Livio, ab aliis Tribunus militum fuisse perhibetur. Cur Livio potius quam aliis assentiatur, duo me movent; unum, quod ea tantum spolia opima dicerentur, quæ dux duci detraxisset; nec dux fuit, nisi cujus auspicio bellum gereretur: alterum, quod titulus ipse spoliis inscriptus, teste Livio, arguat illum tum fuisse Consulem.

<sup>m</sup> *Ducem Fidenatium*] Tolumnium, quem cum insignem regio habitu volitantem tota acie conspexit: ‘Hic cine est,’ inquit, ‘ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris? ego hanc mactatam victimam Legatorum manibus dabo.’ Infesta cuspede in eum fertur, equoque dejec-

tum in terram affigit: tum detracta spolia, caputque victor spiculo gerens, terrore cæsi Regis hostes fundit.

\* An. M. 3618. Ol. 86. 1. Urb. C. 317. Ant. Ch. 435.

<sup>n</sup> *Apud Padum*] Fluvium totius Italiæ maximum, qui receptis triginta fluminibus in mare Adriaticum prolabitur; vel ab arbore Picea; quæ a Gallis Pades dicitur, ut vult Plinius; vel, ut Isidorus, ab uno ex tribus, unde profluit, fontibus nomen accepit.

<sup>o</sup> *Gallorum regem, &c.*] Viridomarus, qui dum Clastidium in Romana ditione obsidet, Marcellus cum exigua Equitum manu obsessis auxilio advolat; instructaque acie in eum Marcellus admittit equum, occiditque; raptis illius spoliis: ‘Arbiter insignium factorum,’ inquit, ‘Jupiter Feretri, te teste dux ducem, Consul Regem manu mea tertius ego hunc interfeci.’ De illo ipso Marcello Virgilius: ‘Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.’

paucis equitibus invaderet: quem protinus obtruncatum armis exuit, eaque Jovi Feretrio<sup>p</sup> dicavit.<sup>18</sup>

6. Eodem et virtutis<sup>19</sup> et pugnae genere usi sunt T. Manlius Torquatus,<sup>†</sup> et Valerius Corvus,<sup>20</sup> <sup>‡</sup> et Æmilianus Scipio.<sup>†</sup> Hi enim ultro provocantes<sup>21</sup> <sup>s</sup> hostium duces interemerunt: sed quia sub alienis auspiciis rem gesserant, spolia Jovi Feretrio non posuerunt consecranda.<sup>22</sup> Idem Scipio<sup>23</sup> Æmilianus, cum in Hispania sub Lucullo duce militaret, atque Intercatia prævalidum oppidum circumsederetur, primus moenia<sup>‡</sup> ejus<sup>24</sup> conscendit. Neque erat



Pro *valuit* nonnulli Torren. *voluit*.—18 Leidd. 1. 3. Ultraj. 2. et Bitur. 1. *dedicavit*; et sic in Mog.—19 *Eodem virtutis* Pigh. et qui eum sunt secuti.—20 Sic reposuit Pighius ex tabulis Capitolinis; et sic scribi placet viris doctis, cum codd. et edd. habeant *Corvinus*.—21 <sup>s</sup> Sic edd. Asc. Ald. Gryph. et Lugd. 1558. Ceteræ cum omnibus Mss. *provocatos*; Harl. *provocati*, quod falsissimum est. Ego cum Torrenio corruptum puto ex compendio scribendi pro *provocatores*, quod unice probet Kapp.—22 Harl. Leid. 3. et Copes. *non potuerunt consecranda referre*: Ultraj. 1. *non portaverunt consecranda*: Leid. 5. *non posuerunt dicanda*, et pro v. l. *consecranda*.—23 *Item Scipio* in decem codd. et multis edd. sed *Idem* servat Mog. Mox pro *Intercatia* Leid. 2. *Tracacia*; Leid. 3. *Nutricataria*, et pro v. l. *Nutricacia*. Deinde Ultraj. 2. et Mog. *circumsederet*; Leid. 6. *Intercatiam p. o. circumsederetur*.—24 Huic loco Torrenius pronomen reddidit, quod inde exturbaverat Pighius, cum extet in Leid. 7. Ultraj. 1. 2. Copes. Toll. Harl. Rhem. Bitur. 1. 2. Barb. 1. Vet. Mog. Venett.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Jovi Feretrio*] Cum Valerio sentiunt alii omnes, si unum exceperis Servium, qui tradit prima spolia dicata Jovi a Romulo, altera Marti a Cornelio Cosso, tertia Quirino a Marcello.

<sup>†</sup> Urb. C. 392.

<sup>‡</sup> *Titus Manlius et Valerius*] Uterque Gallum singulari certamine vicit; ille sub T. Quintio Pœno Dictatore; hic hand multo post sub L. Furio Camillo Consule: uterque aurea corona donatus ab Imperatore, cognomenque, tum sibi, tum posteris ex victoria peperit; alter Torquati, ex torque, quem raptum ex hoste cruoreque manantem collo circumdedit; alter Corvini a corvo, qui ipsius galeæ insidens, os osculosque hostis

rostro et unguibus inter pugnam petiisse dicitur. Ita Livius et alii.

<sup>‡</sup> Urb. C. 404.

<sup>†</sup> *Æmilianus Scipio*] Dum Intercatiam Vaccæorum urbem Lucullus obsidet, Barbarum armis et corporis proceritate insignem Scipio intemit, ut tradunt Velleius et Florus.

<sup>s</sup> *Provocantes* [*Provocatos*] Fallitur Valerius: nec enim Romani Barbaros, sed Barbari Romanos provocarunt.

<sup>‡</sup> *Primus moenia*] Idem quidem refert Florus; sed Intercatiæ non meminit: tradit vero Appianus, Intercatiæ muris disjectis, obsessos se Scipionis fidei permisisse: quod certe cum Valerio non congruit. Quando Scipio Legatus in Hispaniam missus sit, dicemus alibi.

in eo exercitu quisquam aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis,<sup>25</sup> cujus saluti magis parci et consuli deberet: sed tunc clarissimus quisque juvenum, pro amplificanda et tuenda patria, plurimum laboris ac periculi sustinebat, deforme sibi existimans, quos dignitate præstaret,<sup>26</sup> ab his virtute superari. Ideoque Æmilianus hanc militiam, aliis propter difficultatem<sup>27</sup> vitantibus, sibi depoposcit.\*

7. Magnum inter hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani Gallorum<sup>28</sup> exercitu pulsi,<sup>u</sup> cum se in Capitolium et in arcem conferrent, inque his collibus morari omnes non possent: necessarium consilium in plana urbis parte seniorum relinquendorum ceperunt, quo facilius juvenus reliquias imperii tueretur.<sup>29</sup> Ceterum ne illo quidem tam misero, tamque luctuoso tempore, civitas nostra virtutis suæ oblita est. Defuncti enim honoribus,<sup>c</sup> apertis januis, in curulibus sellis, cum insignibus magistratum, quos gesserant, sacerdotiorumque, quæ erant adepti, consederunt; ut et ipsi in occasu suo splendorem et ornamenta vitæ præteritæ retinerent, et plebem ad fortius sustinendos casus suo vigore provocarent.<sup>30</sup>) Venerabilis eorum aspectus primo hostibus fuit, et novitate rei, et magnificentia

\* *Viri qui Magistratus gesserant.*

Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—25 Perizonius legit *actibus*, quod ineptum sit vocari *acta*, quæ *future* sint; et hanc lectionem confirmant aliquot Mss. et loca multa Valerii.—26 Duo Torren. *præstabat*.—27 Leid. 1. *pro difficultate*.—28 'Pighius intrusit *invitis omnibus libris præpositionem*, et legit *a Gallorum*. Frustra.' Kapp.—29 Leid. 1. et Ultraj. 1. *tuerentur*.—30 Ita Pigh. et Winck. cum omnes fere codd. et edd. vett. haberent: *casus suos provocarent*: Brand. 1. *plebi ad fortunæ s. casus exemplum darent*; Brand. 2. et Ultraj. 1. *plebi ad fortium sustinendos casus suos*; et ab al. m. *exemplum præberent*: unus Rhem. Bitur. 2. et Leid. 1. *ad fortiter s. casus suos provocarent*; Barb. 1. 2. et Medic. *casus suos animarent*: duo alii Rhem. *suo vigore relin-*

#### NOTE

\* An. M. 3903. Ol. 157. 2. Urb. C. 602. Ant. Ch. 150.

<sup>u</sup> *Gallorum exercitu pulsi*] Ad ea quæ de Romanorum clade diximus duo addere libet; unum, eos qui

Veios fugerant, Romam ne nuntium quidem cladis misisse: alterum, Romæ omnes tanto terrore perculsos fuisse, ut ocludere portas in mentem venerit nemini.

cultus, et ipso audaciæ<sup>31</sup> genere commotis. Sed quis dubitaret, quin et Galli et victores<sup>32</sup> illam admirationem mox in risum, et in omne contumeliæ genus, conversuri essent? Non expectavit igitur hanc injuriæ maturitatem C. Atilius;<sup>d 33 v</sup> verum barbam suam permulcenti Gallo scipionem vehementi ictu capiti infixit, eique propter dolorem ad se occidendum ruenti cupidius corpus<sup>34</sup> obtulit.† Capi ergo virtus nescit: patientia<sup>35</sup> dedecus ignorat: Fortunæ succumbere tristius ducit omni fato: nova et speciosa genera interitus excogitat; si quisquam interit, qui sic extinguitur.<sup>e</sup>

8. Reddendus est nunc Romanæ juventuti debitus gloriæ titulus, quæ, C. Sempronio<sup>36</sup> Atratino consule cum Volscis<sup>w</sup> apud Verruginem parum prospere dimicante, ne acies nostra jam inclinata propelleretur, equis delapsa,<sup>x</sup> se

<sup>d</sup> C. Atilius non expectavit igitur injuriam mox ipsi inferendam.

<sup>e</sup> Si tamen is interire dicendus est, qui sic e vita egreditur.

querent.—31 Vet. et ipse audacie. Mox Ultraj. 2. commotus.—32 Ultraj. 1. Galli victores.—33 Unus Rhem. expectavit tangi hac injuria suam maturitatem Gn. Attilius; Leid. 3. imanitatem, et pro v. l. maturitatem. Alii codd. M. Atilius; alii C. Attilius; unus Brand. a m. sec. M. Papirius. Leidd. 6. 7. ad voc. scipionem habent in marg. ‘al. pugionem.’—34 Harl. cupidus corpus: edd. vett. corpus cupidius.—35 Ita omnes edd. et scripti præter Barb. 1. et Copes. qui habent, patientiæ, quod Modius conj. et Torren. ediderat. ‘At falluntur VV. DD. nam patientia non est casus primus, sed sextus, neque ad sequentia pertinet, sed ad præcedentia, ita ut Valerius, me quidem iudice, scripserit: Capi e. v. nescit patientia: d. ignorat: quod quin in textum receperim parum abfuit.’ Kapp. Ed. Lips. ap. Thanner. an. 1509. legit, patientiam.—36 Pigh. ex binis codd. debitus honos et gloriæ titulus, quæ C. Sempronio, &c. In nonnullis edd. vett. debitus g. t. Q. Fabio Vibulano, C. &c. in aliis, debitus g. t. C. &c. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. debitus g. t. Q. Catulo Semp. &c. abest honos et a Dan. Brand. 1. 2. septem Leidd. Copes. Ultraj. 1. 2. duobus Rhem. Harl. Barb. 1. 2. Bitur. 1. 2. et omnibus edd. ante Pighium: quæ omittunt plurimi codd. nonnulli habent ut in Aldinis; Leidd. 5. 7. ex-

#### NOTE

<sup>v</sup> Atilius] A Livio et Plutarcho vocatur M. Papirius: ab eo cædis initium factum est: deinde ceteri in suis sedibus trucidati, domus direptæ, tectisque subjecti ignes.

† An. M. 3663. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

<sup>w</sup> Volscis] Latii populis, qui diu cum Romanis bella gesserunt.

<sup>x</sup> Equis delapsa] Tempanius Equitum Decurio re jam labente suos hortatur, ut se sequantur, equisque relictis hostium sistant impetum: nec mora, omnes illico equis delapsi vi

ipsam<sup>37</sup> centuriavit,<sup>y</sup> atque hostium exercitum irrupit. Quo dimoto,<sup>38</sup> proximum tumulum occupavit, effecitque, ut omnis Volscorum in se conversus impetus legionibus nostris ad confirmandos animos salutare laxamentum daret.<sup>f</sup> Itaque cum jam de tropæis statuendis cogitarent, prælium nocte dirimente, victoresne, an victi<sup>z</sup> discederent, incerti abierunt.<sup>39</sup> †

9. Strenuus ille quoque flos ordinis equestris, cujus mira virtute Fabius Maximus Rullianus<sup>40</sup> magister equitum bello, quod adversus Samnites gerebatur, male commissi prælii crimine levatus est. Namque Papirio Cursore propter auspicia repetenda<sup>41</sup> in Urbem proficiscente, castris præpositus, ac vetitus in aciem exercitum ducere, nihilominus manus cum hoste, sed non tam feliciter, quam temere, conseruit: procul enim dubio superabatur.<sup>a</sup> Cete-

<sup>f</sup> Daret remissionem pugnæ, unde salus secuta est.



hibent: quæ G. Semronio Atratino.—37 Nonnulli codd. Torren. cum Vet. et Herbig. se ipsa: a Brand. 1. 2. abest, se ipsam centuriavit; Copes. Ultraj. 1. 2. et Leid. 7. delent, se ipsam centuriavit atque, sed additum est in marg. Leid. 7. Mog. interpolata est hoc modo: centuriavit atque centuriam reparavit et in ordine centuriæ posuit; et sic Ultraj. 2. in glossis. Mox pro irrupit Pighius contra omnes codd. rupit. Codd. tamen variant: Barb. 1. et Copes. exercitum irrupit, impetum excepit; Leid. 7. hostium impetum excepit, et exercitum irrupit in marg. Vet. legit dirupit, et paulo ante delet atque.—38 Quidam codd. demoto. Paulo post Vet. cum Bitur. 1. et Leid. 3. omittunt in se: Harl. conversus exercitus.—39 Ita Brand. et plurimi Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. Pighius dederat, abierunt, incerti discesserunt. Colerus mallet ex cod. Dan. victoresne an victi incerti abierunt.—40 Rutilianus exhibent Dan. octo Leidd. Copes. Ultraj. 1. 2. Toll. Barb. 1. 2. et Bitur. 1.—41 Leid. 6. petenda; ceteri codd. repetenda: Pighius legit, ad urbem. Mox Bitur. 1. sed tam infeliciter: Vet. sed tamen tam.—42

#### NOTÆ

viam faciunt, pugnamque restitunt.

<sup>y</sup> Centuriavit] Id est, perinde ac pedites in centurias digesti pedibus pugnarunt.

<sup>z</sup> Victoresne, an victi] Tantus utraque castra inaccessit pavor, ut relictis sauciis, magnaue impedimentorum parte, ambo exercitus in proximos colles se receperint. Tempanius vero

orto jam sole, cum castra, tum Volscorum, tum Romanorum, deserta comperisset; sauciis, quos potuit, secum abductis in urbem rediit.

‡ An. M. 3632. Ol. 89. 3. Urb. C. 331. Ant. Ch. 421.

<sup>a</sup> Superabatur] Aliter Livius narrat, cum testatur ita rem in eo prælio gestam, ut nec dux militi, nec miles

rum optimæ indolis juvenus detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus stimulatos, in adversos Samnites egit, obstinataque animi præsentia<sup>42</sup> extortam manibus hostium victoriam, et cum ea spem maximi civis Rulliani patriæ restituit.<sup>s</sup>\*

10. Qualis deinde<sup>43</sup> <sup>b</sup> roboris illi milites, qui vehementi ictu remorum concitatam fugæ Punicam classem, nantes lubrico pelagi, quasi camporum firmitate, pedites in littus retraxerunt?<sup>h</sup>

11. Ejusdem temporis et notæ miles, qui Cannensi prælio, quo Annibal magis vires Romanorum contudit, quam animos fregit,<sup>44</sup> cum ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet, spoliare se conantis Numidæ cervicem complexus, os, naribus et auribus corrosis, deforme reddidit: inque plenæ<sup>45</sup> ultionis morsibus expiravit. Sepone iniquum pugnæ eventum: quantum interfectore fortior in-

<sup>s</sup> Et cum victoria restituit patriæ Rullianum tum civem spei maximæ.

<sup>h</sup> Quantum robur habuerunt illi milites, qui nantes per loca maris lubrica, perinde ac si in campo firmo stetissent, retraxerunt in littus classem Punicam ad fugam impulsu remorum concitatam.



Ita Brand. 1. 2. et Leid. 7. cum Vet. et Mog. in ceteris Torren. *præsentia*, i. e. *præsentia*; edd. vett. habent *præstantia*.—43 *Qualis demum* Pigh. contra omnes codd. et edd. vett. Mox Ultraj. 1. *fugam*; Gudius conj. *fuga*. Mox Harl. *brachiorum nantes lubrici pelagi, quasi firmitate camporum*; Rhem. 1. 2. 3. et Leidd. 2. 5. 6. *nantes lubricis pelagi*; Leid. alter, *pelagi lubricis*; Barb. 1. delet, *nantes lubrici pelagi quasi*; Ultraj. 1. omittit *classem*; Leid. 7. et Copes. habent, *Punicam classem brachiorum firmitate pedites*; sed in Leid. illo in marg. reliqua m. sec. addita sunt; Copes. cum Mog. Aldd. Asc. Colin. Gryph. et Steph. *lubrici pelagi*; plerique Torren. cum Vet. et Venett. *lubricis pelagi*, quod nec spernunt Torren. et Kapp.—44 Unns Rhem. et Ultraj. 2. *Romanorum quam animos contudit atque fregit*; sic etiam Leid. 3. omittens *atque fregit*. Deinde Vet. et Ultraj. prim. quocum illa sæpe conspirat, *conantem Numidam cervice . . . ore . . . deformem*, et sic fere Ultr. sec.—45 Ita Venett. Aldd. Colin. Gryph. &c. *itaque plenus* Mog. et Ultraj. 2. *itaque plenis* Copes. inque plenis quinque Leidd. Toll. Harl. et Barb. 1. cum Vet. et Mediol. quod

#### NOTÆ

duci defuerit; victoriaque hand difficili viginti hostium millia cæsa. Vide lib. II. c. 7. n. 6.

\* An. M. 3730. Ol. 114. 1. Urb.

C. 429. Ant. Ch. 323.

<sup>b</sup> *Qualis deinde*] Nullus auctorum, quos quidem legerim, præter Valerium, illius rei meminit.



terfectus? Pœnus enim in victoria<sup>46</sup> obnoxius morienti solatio fuit: Romanus in ipso fine vitæ vindex sui extitit.<sup>†</sup>

12. Militis hujus in adverso<sup>47</sup> casu tam egregius tamque virilis animus, quam relaturus sum, imperatoris.<sup>j</sup> P. enim Crassus,<sup>c</sup> cum Aristonico<sup>d</sup> bellum in Asia gerens, a Thracibus,<sup>e</sup> quorum is magnum numerum in præsidio habebat, inter Eleam et Smyrnam<sup>f</sup> exceptus, ne in ditionem<sup>48</sup>

<sup>i</sup> Pœnus enim miles his partibus corporis mutilatus solatium quoddam attulit Romano morienti.

<sup>j</sup> Animus hujus militis tam fortis fuit et egregius in casu adverso, quam animus Imperatoris, de quo nunc locuturus sum.



Torrenius prætulit.—46 ‘Vet. cum septem Mss. in *victoriam*: eadem *morientis*. Neutrum recte. Sensus est: Pœnus, qui, in acie victor, in Romani militis vulnerati potestatem venerat, ipsi Romano morienti fuit solatio.’ Kapp.—47 ‘Sicut edidi, est in plerisque Mss. et editis. Nonnulli Mss. cum Mog. *Militis hic in*. Periz. *Militis huic*: [sed in priore voce erasa est postrema litera.] Vet. *Militis hic adverso*. Vorstius: *quam quem relaturus sum*; et sic jam ed. Lugd. 1558. et Ms. Leid. tert. et Ultraj. prim. Vera lectio Valerii sine dubio est: *Militis hic in adverso casu* (scil. *fuit*) *tam egregius tamque virilis animus*: *quem relaturus sum, imperatoris* (scil. *fuit*). Hanc quoque lectionem in textum recepissem, nisi Criticis de levissima mutatione textus ratio esset reddenda.’ Kapp. Leid. 5. et Bitur. 1. *Militis vix*; sed *vix* corr. in Leid. in *hic*; in quo etiam, *tam egregie virilis animus*.—48 Nonnulli codd.

#### NOTÆ

† An. M. 3838. Ol. 141. 1. Urb. C. 537. Ant. Ch. 215.

<sup>c</sup> P. Crassus] Mutianus, cui omnium primo concessum est, ut esset eodem tempore et Imperator et Pontifex maximus.

<sup>d</sup> Cum Aristonico] Fuit Eumenis non justo matrimonio; sed ex pellice Ephesia filius, teste Justino: mentitum stirpis regię originem dicit Vel-leius; ferocem regii sanguinis juvenem appellant Florus et Entropius. Cum ægre ferret Attalus testamento Pergami regnum legasse Romanis, multas, qua vi, qua pactione cepit urbes.

<sup>e</sup> A Thracibus] Prælii non meminit Valerius; ingenii tamen pugna ab

Aristonico victus est, ex Strabone, Entropio et Orosio, quamvis haberet infinita prope Regum auxilia: in prælioque occubuit, si Straboni et Entropio credimus; si vero Valerio et Orosio, ab hostibus circumventus, ne vivus caperetur, virgam in oculum Thracis impexit, ab eoque occisus est.

<sup>f</sup> Inter Eleam et Smyrnam] Elea Acolidis, nunc *l'Alea*; Smyrna Ionię urbs fuit in Asia Minori: illa Zenonis Philosophi, hæc Homeri Poëtæ, ut plurimi credunt, patria; vel a Thesei uxore, ut scribit Herodotus; vel ut Stephanus, ab Amazone nomen accepit. Hodie *Smyrne*.

ejus perveniret, dedecus, arcessita ratione mortis, effugit.<sup>2</sup> Virgam enim, qua ad regendum equum usus fuerat, in unius barbari oculum direxit,<sup>49</sup> qui, vi doloris accensus, latus Crassi sica<sup>g</sup> confodit: dumque se ulciscitur, Romanum imperatorem<sup>50</sup> majestatis amissæ turpitudine liberavit. Ostendit fortunæ<sup>51</sup> Crassus, quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluisset;<sup>1</sup> quoniam quidem injectos ab ea libertati suæ miserabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit, donatumque se jam Aristonico, dignitati suæ reddidit. ‡

13. Eodem mentis proposito usus est Scipio:<sup>52 h</sup> namque infeliciter Cn. Pompeii generi sui defensis in Africa<sup>i</sup> partibus,<sup>j</sup> classe Hispaniam petens, cum animadvertisset navem, qua vehebatur, ab hostibus captam,<sup>k</sup> gladio præcor-

<sup>2</sup> Effugit dedecus inventa ratione, qua mors illi inferretur.

<sup>1</sup> Hoc facto Crassus ostendit fortunæ se non esse dignum qui tam gravi dedecore ab ea afficeretur.

Torren. in deditioem.—49 Ultraj. 1. duxerat pro direxit.—50 Romanum imperium in Leid. 5.—51 Leid. 2. fortunæ suæ; Leid. 3. fortunæ vel fortitudinē. Mox in Mog. mirabiles laqueos.—52 Harl. Scipio Metellus: contra Cn. Pompeii

#### NOTE

<sup>g</sup> Sica] Ferreus fuit et incurvus gladiolus. Aprorum dentibus comparat Athenæus; ensen falcatum interpretatur Lipsius.

‡ An. M. 3923. Ol. 162. 2. Urb. C. 622. Ant. Ch. 130.

<sup>h</sup> Scipio] Q. Metellus Pius Scipio Nasicæ filius, in genus et hæreditatem Metelli Pii adoptatus: cujus filia Cornelia, primum M. Crasso Divitis filio, deinde Pompeio Magno nupserrat.

<sup>i</sup> In Africa] Cæsari cum dixisset nescio quis, fatale esse Scipionibus in Africa vincere, ex Corneliorum gente Scipionem quendam cognomento Salutionem copiis suis ducem præfecit; quo vel Scipionem hostium ducem irrideret, vel illud sibi vindica-

ret augurium.

<sup>j</sup> Defensis in Africa partibus] Victo ad Pharsalum Pompeio, Scipio, Cato, et Sex. Pompeius in Africam navigant, novum comparant exercitum; junctisque cum Juba Mauritanæ Rege copiis, non procul a Thapso alterum contra Cæsarem prælium ineunt; sed iterum victi, amissisque 50. hominum millibus Scipio, cui primas detulerant alii, Hispaniam versus cum duodecim navibus refugit.

<sup>k</sup> Ab hostibus captam] Diu multumque jactatus fluctibus, vel in Mauritaniam, ut vult Dio, vel ad Hippo-nem regium, ut alii, defertur; ibique a P. Silio aut jam captus, aut mox capiendus, sibi mortem conscivit.

dia sua transverberavit: ac deinde prostratus in puppi, quærentibus Cæsarianis militibus, ‘ubinam esset imperator,’ respondit: ‘Imperator bene se habet:’<sup>1</sup> tantumque eloqui valuit,<sup>53</sup> quantum ad testandam animi fortitudinem æternæ laudi satis erat.<sup>m\*</sup>

14. Tui quoque clarissimi excessus, Cato, Utica<sup>m</sup> monumentum est,<sup>n</sup> <sup>54</sup> in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus gloriæ, quam sanguinis, manavit. Siquidem constantissime in gladium incumbendo,<sup>n</sup> magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quam vita sine dignitate.†

<sup>m</sup> *Id tantum potuit dicere quod satis erat ad ostendendam animi fortitudinem immortalis laude dignam.*

<sup>n</sup> *O Cato, Utica etiam nunc testatur mortem tuam clarissimam.*



deest in Ultraj. 1. Mox Copes. *in qua vehebatur.*—53 Leid. 1. *tantum loqui valuit*: Leid. 2. *quantum quasi ad*: Toll. *quantum quidem*: Leid. 6. *animi magnitudinem*; quod est in omnibus edd. si Mog. exceperis, quæ habet etiam, *ad testandum.*—54 Plerique codd. *monimentum*; multi etiam Torren. *monumen-*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Bene se habet*] ‘Hæc vox,’ inquit Seneca lib. iv. Ep. 24. ‘parem illum majoribus fecit, et fatalem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa. Multum fuit Carthaginensium vincere; sed amplius mortem: nec aliter debebat Imperator, et quidem Catonis, mori.’

\* An. M. 4008. Ol. 183. 3. Urb. C. 707. Ant. Ch. 45.

<sup>m</sup> *Utica*] Tyriorum, sicut Carthago, Colonia, a qua 60. stadiis dissita fuit, ex Appiano: ad littus maris, ubi nunc *Biserta*.

<sup>n</sup> *In gladium incumbendo*] Uticam defendendam receperat Cato; sed, ubi rem perditam, seque desertum ab aliis videt, mori statuit, rebus suis compositis, liberisque L. Cæsari commendatis. Sub cœnam de Philosophicis cum Philosophis multum disputat; post deambulationem solito

vultu it cubitum, librumque Platonis de immortalitate animæ legit in multam noctem: tum gladio pectus trajicit. Strepitu, lecto enim deciderat, excitati servi irrumpunt in cubiculum, humi jacentem in lectum reponunt, obligantque vulnus: sed frustra; nam paulo post suis ipse manibus vulnus dilacerat, multoque effuso sanguine expiravit. Quæ pluribus Plutarchus in Catone persequitur. De morte Catonis præclare, ut solet, Seneca, cujus hæc verba sunt, ex Ep. 25. ad Lucilium: ‘Ultima illa nocte Platonis librum legerat, posito ad caput gladio: duo hæc in rebus extremis instrumenta perspexerat; alterum ut vellet mori; alterum, ut posset,’ &c.

† An. M. 4008. Ol. 183. Urb. C. 707. Ant. Ch. 45.

15. Cujus filia<sup>o</sup> minime muliebris animi: quæ<sup>55</sup> cum Bruti viri sui consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quam dies teterrimi facti secutus est, cognovisset, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium quasi unguium resecandorum causa poposcit, eoque velut forte elapso, se vulneravit. Clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus, objurgare eam cœpit, quod tonsoris præripuisset officium. Cui secreto Porcia: ‘Non est,’ inquit, ‘hoc temerarium factum meum,<sup>56</sup> sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissimum indicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parum cessisset, quam æquo animo me ferro essem interemtura.’ †

16. Felicior progenie sua superior Cato, a quo Porciæ familiæ principia manarunt.<sup>o</sup> Qui cum ab hoste in acie<sup>p</sup> vehementi<sup>57</sup> periculo peteretur, vagina<sup>58</sup> gladius<sup>q</sup> ejus elapsus decidit. Quem subjectum præliantium globo, et undique hostilibus pedibus circumdatum, postquam abesse sibi animadvertit, adeo constanti animo in suam potesta-

<sup>o</sup> Cato Major, qui princeps fuit et caput familiæ Porciæ, felicior fuit in filio, qui, &c.

//////////

tum. Deinde Leid. 1. emanavit.—55 Vox quæ Perizonio suspecta est. Mox pro cognovisset, Harl. Barb. 1. Bitur. et Leid. 5. 6. cognosceret; Ultraj. 1. 2. et Mog. cognosset. Deinde Copes. et Leid. 2. in cubiculo: Bitur. 1. vulnerat.—56 Harl. delet meum. Paulo post propositum deest in Ultraj. 1.—57 ‘Nullus cod. vehementi; omnes vehementer; et vel parvulo, parvulus, perulo. Vet. cum Mog. vehementer parvulo. Ad oram libri Danielis: vehementi tragula; unde Colerus conjicit vehementi ictu, quod verisimile sit, ex eo ictu gladium vagina elapsam esse. Vorstius legit, vehementer percito, sc. hoste: Perizonius, vehementer parmula, ut magis concussus fuerit quam vulneratus, quare et facilius gladius excidere potuit. Torrenio videtur perulo, parvulo, ex prælio ortum esse, quæ glossa fuerit τοῦ acie, et ideo in Leid. 6. recte omittitur. Mihi parum liquet, vulgatum tamen non plane damnem, si majus ulcus non hæret.’ Kapp.—58 Ita omnes codd. et edd. ante Pighium,

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Cujus filia] Porcia, quæ bis nupsit; semel Bibulo, ex quo duos suscepit liberos, iterum M. Bruto.

† An. M. 4010. Ol. 184. 1. Urb. C. 709. Ant. Ch. 43.

<sup>p</sup> In acie] Qua Paulus Æmilius

Persen vicit.

<sup>q</sup> Vagina gladius] Non e vagina, sed e manu gladius decidit, dum fortiter dimicat, ut narrant et Justinus lib. xxxiii. et Plutarchus.

tem redegit,<sup>p</sup> ut illum non periculo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postero die ad eum<sup>59</sup> supplices<sup>r</sup> pacem petentes venerunt.\*

17. Togæ quoque fortitudo militaribus operibus inse-  
renda est,<sup>q</sup> quia eandem laudem foro atque castris edita  
meretur. Cum Ti. Gracchus in tribunatu profusissimis<sup>60s</sup>  
largitionibus favore populi occupato rempublicam oppres-  
sam teneret, palamque dictitaret, ‘interemto senatu, omnia  
per plebem agi debere,’ in ædem Fidei<sup>t</sup> publice<sup>61</sup> convo-  
cati Patres conscripti a consule Mucio Scævola,<sup>u</sup> quidnam  
in tali tempestate faciendum esset, deliberabant. Cunctis-  
que censentibus, ‘ut consul armis rempublicam tueretur,’  
Scævola negavit, ‘se quicquam vi esse acturum.’ Tum  
Scipio Nasica: ‘Quoniam,’ inquit, ‘consul, dum juris or-

<sup>p</sup> *Quem gladium conculcatum a pugnantium multitudine, et delapsum inter pedes hostium, ubi sensit amissum, tam forti animo se gessit ad eum recuperandum, ut, &c.*

<sup>q</sup> *Fortitudo quoque viri togati miscenda est cum gestis militaribus.*

qui legit, *e vagina*.—59 Lipsius legit, *ad Paulum*; Colerus *ad eum* expungit; Heinsius legit, *ad Æmilium*, quod cum Plutarcho convenit. Omnes codd. constanter servant vulg. præter Leid. 1. qui habet *ad rum*, i. e. *ad Romanum*. Torrenius putat, Valerium non meminisse, id ab adolescente factum; et retinendum, *ad eum*.—60 Ita Brand. 1. 2. tres Leidd. Ultraj. 1. 2. Copes. Harl. Bitur. 1. 2. et Barb. 1. cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. *profundissimis* Leid. 7. et ab al. m. *profusissimis*; Toll. *profusissis*; alii, *profusis*. Mox pro *occupato* Lipsius malit, *aucupato*. Deinde Leid. 3. Copes. et Ultraj. 1. *palamque dictaret*. Harl. *agi oportere*.—61 Ita Aldd. &c. antiquiores vero *publicæ*, quod placet Torrenio. De codd. in hac re affirmari nihil potest; cum plerique semper pro diphthongo habent *e* simplex. ‘Mihi lectio vul-

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Ad eum supplices*] Ne credas Valerio, nisi cum ipso errare velis; nulum enim, seu Magistratum, seu munus publicum tum gerebat Cato ille Censoris filius; sed admodum juvenis sub Paulo Æmilio militabat; a quo, non a Catone, Macedones victo Perseo pacem petierunt.

\* An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. 585. Ant. C. 167.

<sup>s</sup> *In Tribunatu profusissimis*] De Tiberii Gracchi Tribunatu et cæde egimus lib. 1. c. 4. n. 2.

<sup>t</sup> *In ædem Fidei*] Quæ a Numa Pompilio in Capitolio consecrata fuit, ex Plut. Dione, et aliis; deinde ab Attilio Calatino resecta, ex Cicerone.


<sup>u</sup> *Mucio Scævola*] P. Crassi Mutiani, de quo paulo ante, frater fuit.

dinem sequitur, id agit, ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat, egomet privatus voluntati vestræ me ducem offero:’ ac deinde lævam manum parte togæ<sup>62</sup> circumdedit, sublataque dextera proclamavit: ‘Qui rempublicam salvam esse volunt, me sequantur:’ eaque voce cunctatione bonorum civium discussa, Gracchum, cum scelerata factione, quas merebatur pœnas persolvere cœgit.<sup>r</sup>

18. Item cum tribunus plebis Saturninus,<sup>63</sup> et prætor Glaucia,<sup>v</sup> et Equitius<sup>w</sup> designatus tribunus plebis maximos in civitate nostra seditionum motus<sup>x</sup> excitassent,<sup>64</sup> nec quisquam se populo concitato opponeret; primum M. Æmilius Scaurus C. Marium, consulatum sextum gerentem, hortatus est, ut libertatem legesque manu defenderet; protinusque arma sibi afferri jussit.<sup>65</sup> Quibus allatis, ultima senectute confectum et pæne dilapsam<sup>66</sup> corpus induit, spiculoque innixus ante fores Curiaë constitit, ac parvulis extremi spiritus reliquii, ne respublica expiraret,<sup>s y</sup> effecit:

<sup>r</sup> *Ea voce cum bonos cives metu cunctantes excitasset, cœgit Gracchum, &c.*

<sup>s</sup> *Et bene usus extremo vitæ suæ tempore effecit, ne Respublica everteretur.*



gata sollicitanda non videtur.’ *Kapp.*—62 Ita Brand. 1. 2. Dan. et alii Torren. *aperte togæ* Aldd. unde Pigh. *apertæ togæ*; Mediol. 3. et multi codd. *apte*, quod et legi possit *apte*, i. e. *aperte*, vel *apertæ*: Colerus malit, *læva humerum parte togæ*, improbante Perizonio; Heins. *obtortæ*, vel *intortæ*.—63 Unus et alter Torren. *Saturninus*, vel *Saturnus*: item, et *quintus* pro *Equitius*.—64 Plerique codd. *excitavissent*. Mox Leid. 2. *primum tamen M. Æmilius*.—65 Leid. 3. *deferri jussit*.—66 Duo Leidd. *delapsam*: Copes. *spiculoque immisus*; Barb. 1. et Leid. 2. *innisus*. Paulo post Leid. 3. *ac parvuli vel parvi*

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Saturninus, et Prætor Glaucia*] L. Apuleius Saturninus et C. Servilius Glaucia, ambo primum Mario infensi; Apuleius, quod ab eo Censore notatus esset; alter altera de causa: utrumque tamen sibi Marius conciliavit, ut Metellum Numidicum urbe ejiceret.

<sup>w</sup> *Equitius*] Qui dum Tib. Gracchi se filium esse mentitur, Tribunatum plebis assecutus est.

<sup>x</sup> *Seditionum motus*] Ab iis percussores in ipsis comitiis immissi, qui Memmium Glauciaë in Prætura competitorum palam fustibus conficerent: unde ingens tumultus, concioque soluta.

<sup>y</sup> *Ne respub. expiraret*] Ob turbata comitia populus furore percitus Apuleium et Glauciam deposcit: ambo a Senatu hostes judicati, et a Mario Consule in Capitolio, quo fugerant,

præsentia enim animi sui senatum et equestrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

19. Sed ut superius armorum et togæ,<sup>67</sup> ita nunc etiam siderum clarum decus Divum Julium, certissimam veræ virtutis effigiem, repræsenteremus.<sup>4</sup> Cum innumerabili multitudine, et feroci impetu Nerviorum<sup>2</sup> inclinari aciem<sup>a</sup> suam videret, timidius pugnanti militi scutum detraxit, eoque tectus acerrime præliari cœpit. Quo facto fortitudinem per totum<sup>b</sup> exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino<sup>68</sup> animi ardore restituit. Idem alio prælio<sup>c</sup> legionis Martiæ aquiliferum ineundæ fugæ gratia jam conversum, faucibus comprehensum, in contrariam partem detraxit,<sup>69</sup> dexteramque ad hostem tendens, ‘Quorsum tu,’ inquit,

<sup>4</sup> Sed sicut ostendimus supra gloriam rerum et in armis, et in toga fortiter gestarum; ita nunc repræsenteremus clarum decus siderum, scilicet Divum Julium Cæsarem, qui fuit certum exemplar veræ virtutis.



et extremi; aliquot Torren. et parvulis et extremi.—67 Sed ut armorum et togæ superius Vet. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. et sic multi codd. Torren. duo Leidd. delent ita; Ultraj. 1. delet ita et etiam. Deinde Leid. 1. præsentemus.—68 Ultraj. 1. 2. Harl. Bitur. 1. et Mog. divini, quod prætulerit Torrenius. Pro ardore Vet. habet ordine.—69 Perizonius legi jussit retrahi. Mox Barb. 1. illi sunt; Ultraj. 1. unus Brand. nonnulli Pighiani et Vet. dimicandum est; Ultraj. 2. dimicabis; Leid. 1. dimi-

#### NOTÆ

obsessi, Mario se dedunt; qui illos in Curia includit: ubi a populo convulsis e Curia tegulis oppressi sunt. Hæc fere Appianus.

† An. M. 3954. Ol. 170. 1. Urb. C. 653. Ant. Ch. 99.

<sup>2</sup> Impetu Nerviorum] Aliis Moguntini, aliis, quod verius putem, Tornacenses, vicinæque regionis incolæ dicuntur.

<sup>a</sup> Inclinari aciem] Romani primo impetu fusi fugatique sunt, adeo ut Treveri, qui Cæsari veniebant auxilio, actum esse de Romanis rati, domum reverterentur.

<sup>b</sup> Fortitudinem per totum, &c.] Hac Cæsaris audacia tantus victis injec-

tus est ardor, ut inermes occurrerent armatis, et qui vulneribus confecti procubuerant, prælium redintegrarent: itaque mutata rei facies; ut nomen Nerviorum prope ad interfectionem deletum sit: ex sexcentis enim Senatoribus tres tantum; ex 60. hominum millibus, vix 600. qui arma ferre possent, superfuerunt: quæ cum a majoribus audisset Cæsar, illos suis, tum oppidis, tum finibus uti jussit.

<sup>c</sup> Idem alio prælio] Vel in Africa contra Scipionem, vel in Hispania contra Pompeii liberos pugnanti id accidisse videtur.

‘abis? illic sunt cum quibus dimicamus:’ et manibus quidem unum militem, adhortatione vero tam acri omnium legionum trepidationem correxit, vincique paratas, vincere docuit.‡

20. Ceterum, ut humanæ virtutis actum exequamur,<sup>u</sup> cum Hannibal Capuam,<sup>d</sup> in qua Romanus exercitus erat, obsideret, Vibius Accuæus,<sup>70</sup> Pelignæ cohortis<sup>e</sup> præfectus, vexillum trans Punicum vallum projecit; seipsum, suosque commilitones, si eo<sup>71</sup> hostes potiti essent, execratus: et ad id petendum subsequente cohorte primus impetum fecit. Quod ut Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis<sup>f</sup>

<sup>u</sup> Ceterum, ut narremus rem fortiter gestam ab humana virtute.

//////////

cas.—70 Leid. 2. *Julius Apaceus*; Barb. 1. *Julius Athenis*; Harl. *Vibius Acciris*; Leid. 5. *Jubius Acteus*, et corr. *Vibius Accius*; Leid. 6. *Ambius Aceus*; Copes. *Jubelius Aceus*; Vet. *Jubius Aceus*; Venett. *Jubius Aceus*. Mox pro *Punicum* quod habent omnes codd. Pighius scribit *Pænicum*. Deinde nonnulli Torren. et seipsum.—71 Quatuor Leidd. Copes. et Toll. *si signo*, probante Torren. Ultraj. 1. et Vet. *si se*; et sic fuerat in Leid. 7. sed *e* mutatum est in *i*, et *o* superscriptum. Torren. conj. *execratus est*; Vet. *execra-*

#### NOTÆ

‡ An. M. 3997. Ol. 180. 4. Urb. C. 696. Ant. Ch. 56.

<sup>d</sup> *Cum Hannibal Capuam*] Duo sunt hoc in loco, et quidem gravia Valerii peccata: quod id, et ad Capuam, et in Hannibalis castris eam urbem obsidentis actum velit: cum et ad Beneventum, et in castris Hannonis editum hoc fortitudinis specimen ex Livio aliisque certum sit. Qui in mentem venerit Valerio scribere Capuam fuisse ab Hannibale obsessam, non video: cum ad Hannibalem post Cannensem victoriam ipsa ultro defecerit; et illud a nemine, quod sciam, fuerit memoriæ proditum. Is quomodo Valerii corrigendus error, paucis accipe. Veriti Campani, ne Consules Q. Fulvius Flaccus et Ap. Claudius Pulcher Capuam obsiderent, petunt ab Hannibale, ut frumentum in urbem convehi jubeat:

ille tum arci Tarentinæ capiendæ intentus, Hannonem mittit, qui castra non procul a Benevento ponit: id ubi ad Fulvium Consulem allatum est, continuo cum expeditis militibus ante lucem advolat, castraque adortur, sed frustra: nam repulsus sæpius jam receptui cecinerat, cum Vibius Valerius et T. Pedanius suos quisque hortatur milites, vallum conscendunt, castrisque hostium potiuntur. Ita Livius.

<sup>e</sup> *Pelignæ cohortis*] Pelignum oppidum Latinum est, unde cohors Peligna.

<sup>f</sup> *Tertiæ legionis*] Legionum nomina alia aliunde petita; vulgo tamen ab ordine temporis, quo quæque scripta fuerit: unde prima, secunda, tertia, &c. legio. Nonnunquam etiam dictæ sunt, vel a Diis, ut Martia, Minervia, &c. vel ab Imperatoribus, ut



aspexit, conversus ad suos, 'Spectatores,' inquit, 'ut video, alienæ virtutis huc venimus: sed absit istud dedecus<sup>72</sup> a sanguine nostro, ut Romani gloria cedere Latinis velimus. Ego certe aut speciosam optavi<sup>73</sup> mortem, aut felicem audaciæ exitum: vel solus igitur præcurrere paratus sum.' His auditis, Pedanius centurio convulsum signum dextra retinens: 'Jam hoc,' inquit, 'intra hostile vallum mecum erit: proinde sequantur, qui id capi nolunt:' et cum eo in castra Pœnorum irrupit, totamque secum traxit legionem. Ita trium virorum<sup>74</sup> fortis temeritas Hannibalem, paulo ante spe sua Capuæ potitorem,<sup>v</sup> ne castrorum quidem suorum<sup>5</sup> potentem<sup>75</sup> esse passa est.\*

21. Quorum virtuti nihil cedit Q. Cotius,<sup>76</sup> qui propter fortitudinem Achilles<sup>h</sup> cognominatus est. Nam ut reliqua ejus opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quæ relaturus sum, quantus bellator fuerit, cognoscetur. Q. Metello<sup>77</sup> consule<sup>i</sup> legatus in Hispaniam profectus, Celti-

<sup>v</sup> Ita tres illi viri temeraria sua fortitudine effecerunt ut castris suis spoliaretur Hannibal, qui paulo ante sperabat se brevi urbe Capua potiturum.

~~~~~  
tus e.—72 Pighius hoc dedecus, contra omnes codd. et edd. vett. Exc. Steph. *cedere gloria velimus*; Vet. *velit*.—73 Lipsius pro *optavi* scribit *opetam*, improb. Vorst. et Kapp. *optare* Harl. Mox Vet. non agnoscit igitur.—74 Eadem Vet. pro *trium virorum* legit *trium hominum*.—75 'Septem codd. *potientem*, reliqui omnes cum Vet. *potentem*; quod cur mutandum sit, rationem nullam video, licet Torrenio præplaceat *potientem*. Sensus est: non passi sunt, ut Hannibal castra sua possideret, sed eum castris exuerunt.' Kapp.—76 'Varie scribitur hujus viri nomen in libris, *Occius, Otius, Tetius, Coccius, Octius, Accius*; unde Theophilus suspicatus est *Cotta, Colerus Cæditius*. At cum Pighius in Annalibus ex Fastis sæpe mentionem facit *Q. Cotii Achilles*, qui ab U. C. 606. prætor fuerit, nihil mutem.' Kapp.—77 *Cum Q. Metello*

NOTÆ

Augusta, Flavia; vel a fortitudine, ut fulminatrix, victrix, &c. vel a loco hybernorum, ut Gallica, Macedonica; vel ab armorum præstantia, ut ferrata.

⁵ *Ne castrorum quidem suorum*] Castra Hannonis direpta, supra sex millia hostium cæsa, supra septem millia capta, cum omni frumentorum et

plaustrorum apparatu; et alia ingens præda fuit.

* An. M. 3842. Ol. 142. 1. Urb. C. 541. Ant. Ch. 211.

^h *Achilles*] Cognomen illud L. Sincinnio Dentato tribuitur a Gellio.

ⁱ *Q. Metello consule*] Macedonico, qui tum Proconsul bellum gerebat.

bericum sub eo bellum gerens, postquam cognovit a quodam gentis hujus juvene se ad dimicandum provocari; (erat autem illi forte prandendi gratia mensa posita;) relicta ea, 'arma sua extra vallum deferri, equumque educi clam'⁷⁸ jussit, ne a Metello impediretur: et illum Celtiberum^j insolentissime obequitantem consecutus interemit, detractasque corpori ejus exuvias ovans lætitia in castra retulit.† Idem Piresum⁷⁹ nobilitate ac virtute Celtiberos omnes præstantem, cum ab eo in certamen pugnae devocatus esset, succumbere sibi coëgit. Nec erubuit flagrantissimi pectoris juvenis gladium ei suum et sagulum,^k utroque exercitu spectante, tradere. Ille vero etiam petiit, 'ut hospitii jure inter se juncti essent,⁸⁰ quando inter Romanos et Celtiberos pax foret restituta.'

22. Ne C. Acilium quidem⁸¹ præterire possumus, qui, cum decimæ legionis miles pro C. Cæsaris partibus maritima pugna^l præliaretur, abscisa dextra, quam Massiliensium navi injecerat, læva puppim apprehendit, nec ante dimicare destitit quam captam profundo mergeret.‡ Quod



Harl. Mox idem cum Leid. 1. *gentis ejus*.—78 Ita omnes fere codd. et pleræque editt. Pighius dedit *clam duci*, Torrenius *clam educi*; Vet. *deduci clam*, ut *clam ad jussit* referatur. Leid. 2. *aduci*; Toll. *adduci*: nonnullæ edd. vett. *duci clam*.—79 Sic multi codd. cum edd. vett. *Piresium* vulgg.—80 Vet. *vincti essent* frequenti errore.—81 *Ne Atilii quidem* undecim codd. cum Mog. *Nec Atilii quidem* in ceteris codd. et edd. vett. unde facile eruas veram lect.

NOTÆ

^j *Celtiberum*] Cum Celtæ venissent ad Iberum, ibique consedissent, Celtiberi dicti sunt, vulgo *Aragon*. Unde Lucanus lib. III. 'Profugique a gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.'

† An. M. 3912. Ol. 159. 3. Urb. C. 611. Ant. Ch. 141.

^k *Sagulum*] Ut toga pacis, ita sagulum belli insigne fuit. Vestis erat militaris variis contexta coloribus; quæ armis superinduebatur. A Gallis mutuatos Romanos testatur Strabo.

^l *Maritima pugna*] Post Pompeii ex Italia fugam urbe potitus Cæsar, contra Petreium et Afranium, qui cum validis copiis tenebant Hispaniam, ducit exercitum: interimque Massilienses obsideri jubet. Navale prælium datum est, in quo Massilienses, quamvis et navium numero, et navigandi peritia superiores, post acrem pugnam denique vincuntur.

‡ An. M. 4005. Ol. 182. 4. Urb. C. 704. Ant. Ch. 48.

factum parum justa notitia^m patet. At Cynægirumⁿ Atheniensem simili pertinacia in consecrandis hostibus usum, verbosa laudum suarum cantu Græcia, omnium sæculorum⁸² memoriæ literarum præconio inculcat.^{z*}

23. Classicam Acilii gloriam terrestri laude M. Cæsius Scæva,⁸³ ejusdem imperatoris centurio, subsecutus est.^r Cum enim⁸⁴ pro castello,^p cui præpositus erat, dimicaret, Cneique Pompeii præfectus jussu ejus summo studio et magno militum numero ad id capiendum niteretur,⁸⁵ omnes, qui propius accesserant, interemit: ac sine ullo regressu pedes pugnans, super ingentem stragem, quam ipse fecerat, corruit.^q Cujus capite,⁸⁶ humero, femore saucio, et

^z Quod præclarum facinus minus quam oporteret notum est. At Græcia in laudibus suis decantandis eloquens, literarum monumentis commendavit æternæ memoriæ Cynægirum Atheniensem, qui hostes tam pertinaci audacia insecutus est.

^r M. Cæsius Scæva laude in prælio terrestri relata adæquavit gloriam, quam Atilius in pugna navali consecutus est.

//////////

Ne C. &c. ut apud Plutarch. et Sucton.—82 Vet. *omni sæculorum*.—83 Ita Pigh. ex Camp. et sic Vet. et Mog. cum Brand. 1. 2. et aliis Torren. *M. Scæva* in edd. vett. *M. Cælius Scævola* in Leid. 2. *scemus* Leid. 5.—84 Tres codd. Torren. *delent enim*. Mox pro *jussu ejus* Dan. exhibet monstruosum, *Justuletis*: idem habet quoque Leid. 7. ab al. manu.—85 Major pars codd. Torren. cum Vet. et Mog. *ad eum c. mitteretur*, sed lect. quam dedimus, est in quinque codd. et cum re ipsa convenit.—86 ‘Sic plerique. Quædam editt. antiquæ: *Cujus corpus capite*, &c. at omnes Mss. ignorant *corpus*; quidam *saucium*; Vet. *femine saucium, oculo eruto sectum uno et viginti*: Rem. *uno et triginta*: Copes. *uno et viginti*. Dum quis meliora afferat, ego prætulerim lectionem, quam dedi cum Torrenio.’ Kapp. Sus. Pulm. et Winck. habent *Cujus capite . . . saucio, et oculo, &c.* Cauch. *cæsum*

NOTÆ

^m *Parum justa notitia*] Meminerunt etiam illius Lucanus et Suetonius; sed uterque a Valerio id accepit.

ⁿ *Cynægirum*] Qui post Marathoniam pugnam fugientes hostes ad mare usque persecutus, summam puppim apprehendit, et manu bipenni abscissa cecidit; ita quidem Herodotus: at si Justino credimus, navem primum dextra, tum sinistra, iisque amputatis, quod vix credas, morsu detinuit. Fides sit penes auc-

Delph. et Var. Clas.

Val. Max.

torem.

* An. M. 3562. Ol. 72. 1. Urb. C. 261. Ant. Ch. 491.

^o *M. Cæsius Scæva*] A Suetonio dicitur Cassus; ab Appiano, Minucius Scæva.

^p *Pro castello*] Propter Dyrriachium Cæsaris munitionibus obsessus Pompeius, cum fame premeretur, illo quod Scæva tuebatur, castello erumpere tentavit.

^q *Corruit*] Non corruit Scæva; sed

Z

oculo eruto, scutum centum et viginti^r ictibus perfossum apparuit.[†] Tales in castris Divi Julii disciplina milites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amisso hostibus inhæsit:^y ille post hanc jacturam victor, hic ne hac quidem jactura victus.

Tuum vero, Scæva,⁸⁷ inxsuperabilem spiritum in utraque parte rerum naturæ, qua⁸⁸ admiratione prosequar, nescio:^z quoniam excellenti virtute dubium reliquisti, inter undasne pugnam fortiolem edideris, an in terra⁸⁹ vocem emiseris. Bello namque,⁹⁰ quo C. Cæsar non contentus opera sua Oceani claudere littoribus, Britannicæ⁹¹ insulæ^s coelestes injecit manus,^a cum quatuor commilitonibus rate transvectus in scopulum vicinum insulæ, quam hostium ingentes copiæ obtinebant; postquam æstus regressu suo spatium, quo scopulus et insula dividebantur, in vadum transitu facile⁹² redegit, ingenti multitudine barba-

^y *Quorum alter amputata dextera, alter amisso oculo a pugna contra hostes non recessit.*

^z *O Scæva, nescio qua admiratione prosequar tuum ingentem animum, qui vinci non potuit in mari et in terra, quæ duæ sunt partes rerum naturæ.*

^a *In Britannicas insulas transiit, ut eas sibi subjiceret.*

//////////

pro scutum; Atreb. *sectum*; Camp. *secutum*.—87 *Scævola* in Copes. tribus Leidd. uno Rhem. et Barb. cum Vet. Mog. &c. *inexpugnabilem* Ultraj. 2. et Vet. quod Torrenio glossa videtur.—88 'Id est, terra marique. Plures tamen Mss. in utra parte r. n. adm. omitta voce qua, unde Torrenius conjicit, in utra parte r. n. et qua adm. Nihil opus.' Kapp.—89 Brand. 1. Copes. Leid. 2. Bitur. 1. Ultraj. Vet. et Mog. in terram: Brand. 1. 2. cum aliis Torren. vocem miseris.—90 *Bello namque Gallico* Leid. 3. Copes. Vet. Venett. et aliæ edd. *Gallico* expunxit Pighius.—91 Tres Rhem. *Brittania*.—92 Ita Vet. et Chalc. cum cod. Parrhas. *facili* Copes. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *facilem* Camp. Genibl. Atreb. Winck. 1. 2. 3. Colon. Cauch. Brand. 1. 2. omnes fere Torren. et Mog. Paulo ante Copes. et unus Rhem. habent *egressu suo*, pro-

NOTÆ

a suis elatus e pugna, primipilatu et ducentis æris millibus a Cæsare donatus est, ex Plut. et Suet.

^r *Scutum centum et viginti*] In scuto 230. sagittæ inventæ sunt; in castello vero triginta ferme millia.

† An. M. 4006. Ol. 183. 1. Urb. C. 705. Ant. Ch. 47.

^s *Britannicæ insulæ*] In Oceano

Septemtrionali e regione Gallicæ sita est; insula totius Europæ maxima, quæ Angliam et Scotiam continet, in quam primus e Romanis Cæsar cum 80. onerariis navibus ingressus est: sive quod inde Gallis mitterentur auxilia, sive ut illas etiam gentes Imperio Romano adjungeret.

rorum affluente, ceteris rate ad littus regressis, solus immobilem stationis gradum retinens, undique ruentibus telis, et ab omni parte acri studio ad te⁹³ invadendum nitentibus, quinque militum diurno prælio suffectura pila, una dextra, hostium corporibus adegisti: ^b ad ultimum dstricto gladio, audacissimum quemque, modo umbonis impulsu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, nisi cernereris,⁹⁴ spectaculo fuisti. Postquam deinde⁹⁵ ira ac pudor cuncta conari fessos coëgit, tragula^t femur trajectus, saxique pondere ora contusus, galea^u jam ictibus discussa, et scuto crebris foraminibus absumto, profundo te credidisti,^c ac duabus loriceis onustus, inter undas, quas hostili cruore infecerat, enatasti: visoque imperatore armis non amissis, sed bene impensis,^d cum laudem merereris, veniam petiisti. Magnus prælio: sed major disciplinæ militaris memoria: itaque ab optimo virtutis æstimatore, cum facta, tum etiam verba tua, centurionatus honore donata sunt.†

^b *Postquam æstus maris regressu suo fecit, ut spatium, quo scopulus et insula dividebantur, vadum fieret facile transitu, ingenti Barbarorum multitudine in te irruente, et tuis etiam sociis navicula regressis ad littus; tu solus, cum velles servare locum jam occupatum, tela, quæ suffecissent quinque militibus, in pugna unius diei integræ tua unius dextra immisisti in corpora hostium, qui tela etiam in te undique jaciebant, et ex omni parte ad te capiendum acri studio nitebantur.*

^c *In aquas maris te immisisti scuto multis ictibus perforato.*

^d *Telis non amissis in pugna, sed fortiter in hostes immissis.*

bante Perizon.—93 Pronomen abest a sex codd. et Vet. Mox pro *adegisti* Leid. 1. Barb. 1. Ultraj. 2. et Mog. *adjecisti*.—94 Ita Vet. et Mog. cum Mss. Ceteræ cum tribus Mss. *dum cernereris*. Quatuor Mss. habent *dum cerneris*. In ed. Lips. Thanneri vir doctus *nisi* delevit, et supra scripsit *dum*. Torrenio in *dum cernereris* major vis et acumen esse videtur, quam in *nisi cernereris*.—95 *Postquam demum* unus Bitur. et Ultraj. 2. Paulo post pro *enatasti*, Copes. *evasisti*; Bitur. *natundo evasisti*; major pars codd. Torren. *enasti*.

NOTÆ

^t *Tragula*] Telum fuit hamatum, sic dictum, quod infixum scuto trahatur: hoc telo utebantur Romani, Galli, Hispani.

^u *Galea*] Quæ forma fuerit, tum galeæ, tum loriceæ, non est operæ pretium hic explicare multis, cum id cuique notum sit: erant enim iis,

quibus haud ita pridem milites nostri utebantur, haud absimiles; præterquam quod galeæ erant apertæ, nostræ vero clausæ: loriceæ vero nostris aliquanto breviores.

‡ An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

24. Sed quod ad præliatorum excellentem fortitudinem attinet, merito L. Sicinii⁹⁶ Dentati^v commemoratio omnia Romana exempla finierit: cujus opera honoresque operum ultra fidem veri excedere⁹⁷ judicari possent, nisi ea certi auctores, inter quos M. Varro,^w monumentis suis testata esse voluissent. Quem centies et vigesies⁹⁸ in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atque corporis utentem,⁹⁹ ut majorem semper victoriæ partem traxisse videretur.^e Sex et triginta spolia^x ex hoste¹⁰⁰ retulisse, quorum in numero octo fuisse, cum quibus inspectante utroque exercitu ex provocatione dimicasset: XIV. cives ex media morte raptos servasse: quinque et XL. vulnera pectore excepisse, tergo cicatricibus vacuo. Novem triumphales imperatorum currus secutum, totius civitatis oculos in se numerosa donorum pompa^y convertentem. Præferebantur enim aureæ coronæ octo:^z civicæ XIV. murales tres: obsi-

^e Ut videretur majorem semper ex parte victoria laudem ad se traxisse.

Deinde Copes. *visoque ab*, probante Perizonio.—96 Harl. Bitur. 1. Leid. 5. L. *Sentio*; Leid. 2. L. *Sencii*; Ultraj. 1. *Sicci*; Ultraj. 2. *Lucii Sicii*; Copes. et Leid. 3. *Sicinei*; alius codex, *Siccini*.—97 'Rara phrasis; nsitatio est fidem excedere; hinc Vorstio *ultra* suspectum est, ni legendum sit cum Brand. *se extendere*, quod etiam Ultraj. prim. habet. Torrenius vero *ultra f. v. excedere* defendit, quando *ultra* omnibus libris hæret.' Kapp. Barb. 1. *ultra finem*, et ab al. m. *fidem*.—98 Dan. Brand. 1. 2. et quatuor codd. Torren. *vicies*; unus Torren. *vicesies*; Copes. delet *et*.—99 Copes. pro *utentem* habet *virtute*.—100 Unus Brand. et Ultraj. 1. *ex hostibus*; ceteri vulgatam timentur lectionem. Mox pro *inspectante* Copes. Leid. 1. Ultraj. 2. et plerique edd. vett. si Mog. exceperis, exhibent *spectante*. Paulo post sex codd. Torren. cum Mog. et ceteris vett. *in pectore*. Deinde pro *pompa*, unus *copia*, minus

NOTÆ

^v L. Sicinii Dentati] A multis Siccius dicitur; vir quidem fortissimus, sed nobilitati maxime infensus; cumque T. Romulium Consularem damnasset ipse Tribunus plebis, paulo post Decemvirorum fraude periit.

^w M. Varro] Doctus ille Ciceronis et æqualis et amicus; de quo postea.

^x Triginta spolia] Brevius Solinus; spolia ex hoste tricies quater cepit, in phaleris, hastis, pilis, armillis, co-

ronis trecenta duodecim dona meruit.

^y Donorum pompa] Parta victoria solebat Imperator pro tribunali sedere, vocatoque exercitu laudare milites; quid a quoque fortiter gestum prædicare; nominatim appellare singulos, illisque dona militaria largiri.

^z Aureæ coronæ octo] Sicut varia tum erant coronarum genera, ita aliæ aliis de causis dabantur. Qui victo-

dionalis una: torques CLXXXIII.¹ armillæ CLX. hastæ XVIII. phaleræ^a XXV. ornamenta etiam legioni, necdum militi satis multa.^f*

EXTERNA.

1. Ille quoque ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione Calibus^b cruor confusus est:^g in quo oppido cum Fulvius Flaccus^c Campanam perfidiam, principes civitatis ante tribunal suum capitali supplicio^d affici-

^f Quæ ornamenta non uni militi solum, sed legioni etiam integræ satis multa fuissent.

^g Ille etiam sanguis in oppido, quod Cales dicitur, fluens ex corporibus mariti, uxoris, et liberorum in unum confluit cum magna spectantium admiratione.

bene. Pro civiæ Vet. habet turrice, et quinquaginta pro una.—1 Colerus legit, torques LXXXIII. Harl. habet, CLIII. Bitur. et Barb. 1. CLXXXIII. Leid. 1. CLXXX. Leidd. 2. et 5. CLXXXIII. Leidd. 3. 7. CLXXXIII. Copes. CLXXXVII. Ultraj. 1. centum triginta tres; Ultraj. 2. et Mog. centum septuaginta octo; alius Perizon. centum octoginta tres. Deinde pro phaleræ

NOTÆ

riam suis peperisset, donabatur aurea corona; qui subiisset primus murum hostilem, murali; qui obsidione liberasset, aut cives, aut socios, obsidionali, quæ graminea fuit; qui hoste cæso civem servasset, civica, quæ primum ilignea, deinde æsculea, denique quærnea, ex Plinio. Qui coronam civicam retulerat, id habuit præ ceteris singulare; ut et ipsi, et patri, et avo vacatio munerum omnium, locusque ad ludos spectandos daretur Senatui proximus.

^a Phaleræ] Erant equorum, vel circa maxillas tegumenta, ex Herodoto; vel ornamenta, seu frontis, ex Servio, sen pectoris, haud aliter ac mulieribus mouilia, ex Plinio. Ego cum Aldo Manutio non temere dixerim, quicquid equorum fronti, maxillis, pectori ad ornamentum adderetur, phalarum nomine appellatum.

* An. M. 3600. Ol. 81. 3. Urb. C.

299. Ant. Ch. 453.

^b Calibus] Oppidum fuit Campaniæ juxta Falernos et Massicos. Hodie Calvi.

^c Fulvius Flaccus] Q. Fulvius Flaccus, qui tum cum Ap. Claudio Pulchro Proconsul Capuam ad deditio- nem compulerat.

^d Capitali supplicio] Urbe capta 25. Senatores Cales, 32. Theanum in custodiam missi: de illorum supplicio Claudius mitioris vir ingenii ad Senatum scripserat; quod simul ut audiit Fulvius, plus æquo severior, illico de media nocte cum equitum duobus millibus Theanum advolat; continuoque Campanos cædi virgis, et securi percuti imperat: inde citatis equis Cales percurrit; jamque in tribunali consederat, cum ecce a Senatu afferuntur literæ: tum universa concio fremere Senatorum supplicium ad Senatum deferri; at Fulvius rem,

endo, vindicaret,² literisque a senatu acceptis, finem poenæ eorum statuere cogeretur, ultro se ei T. Jubellius Taurea³ Campanus obtulit, et quam potuit clara voce, ‘Quoniam,’ inquit, ‘Fulvi, cupiditate tanta hauriendi sanguinis nostri teneris, quid cessas in me cruentam securim destringere, ut gloriari possis, fortio rem aliquanto virum, quam ipse es, tuo jussu esse interentum?’ Eo deinde dicente,⁴ ‘libenter id se fuisse facturum, nisi senatus voluntate impediretur:’ ‘At me,’⁵ inquit, ‘cui nihil Patres conscripti præceperunt, aspice, oculis tuis quidem gratum, animo vero tuo majus opus edentem.’ Protinusque interfecta conjuge ac liberis, gladio incubuit.† Quem illum virum putemus fuisse, qui suorum ac sua cæde testari voluit, se Fulvii crudelitatem sugillare, quam senatus misericordia uti maluisse?^h

2. Age, Darii⁶ quantus ardor animi? qui cum sordida et crudeli Magorum tyrannide^e Persas liberaret, unumque

^h Qui maluit et sua et suorum morte Fulvii crudelitatem odiosam reddere, quam uti clementia Senatus.



nonnulli codd. cum Vet. et Mog. *paretre*, sive *pharetræ*.—2 ‘Torrenius edidit: *propter Campanam perfidiam . . . afficiendos judicaret*, et sic pleræque editt. At jam Lipsio, Colero, Vorstio, Perizonio, Gronovio et Torrenio placuit lectio textus nostri, quam Vet. cum utroque Brand. utroque Ultraj. et aliis nonnullis codd. et editt. exhibet, et unice vera esse potest. Nam Fulvius non demum tunc *judicabat*, sed dudum *judicaverat*; et jam supplicium de principibus Capuæ, quos Cales miserat, sumere, et perfidiam Campanorum *vindicare* cœperat.’ *Kapp. Capuanam perfidiam* in Copes. *propter* omittitur in nno Bitur. et Mog. *pro Campana perfidia* Dan. et quatuor Torren. Pro *Calibus* paulo post sunt qui habent *calidus* vel *tralibus*.—3 Nonnulli legunt, *Taureas*.—4 *Eodem dicente* Mog. *Eo dicente* Ultraj. 1. 2. *Eo deinde, libenter, id se esse facturum impediretur affirmante* in ed. Steph. *Eo deinde dicente, libenter se id fuisse facturum* in multis codd. et Mog. *libenter ait, se fecisse* in Vet.—5 *Ad me* Dan. et unus Brand. *At tu me* conj. Torren. *At me quid, inquit, aspice* tres codd. Torren. *At me, inquit Titus, cui nihil P. C. præceperunt, aspice* Toll.—6 ‘Pighius ex Herodoto et Justino dedit *Gobriæ*; sed omnes Mss. et Vet. habent *Darii*, quare cum Torrenio malui libros sequi, quam auctorem emendare.’ *Kapp.* at Steph. exhibet *Gobriæ*. Mox quidam editi *quia pro qui*, quod exhibent Brand. 1. 2. plerique Torren. et edd. vet. Deinde nonnulli codd. *dubitante*: decem codd. Torren. *illud agas licet*.—

NOTÆ

uti erat, suspicatus, literas clausas in gremio reponit, Campanosque a licitoribus necari jubet.

† An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C.

542. Ant. Ch. 210.

^e *Magorum tyrannide*] Rem omnem, cum sit vel ipsis pueris decantata, perstringo breviter. Magus quidam

ex iis obscuro loco abjectum corporis pondere urgeret, præclari operis socio plagam ei inferre dubitanti, ne, dum Magum petit, ipsum vulneraret,ⁱ ‘Tu vero,’ inquit, ‘nihil est quod respectu mei timidius gladio utaris: vel per utrumque illum agas licet, dum hic quam celerrime pereat.’ ‡

3. Hoc loci⁷ Leonidas Spartanus nobilis occurrit: cujus proposito, opere, exitu, nihil fortius. Nam cum CCC. civibus^{8 f} apud Thermopylas toti Asiæ objectus, gravem illum, et mari et terræ, Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes,^g et Cœlo tenebras minitantem, pertinacia virtutis ad ultimam desperationem^h redegit.

ⁱ Dixit tam præclari facinoris socio, qui non audebat plagam Mago infligere, ne ipsum vulneraret.



⁷ Hoc loco tres codd. Torren. *Spartanus nobilis* codd. Pigh. et Torren. cum Mog.—⁸ Vet. *militibus* pro *civibus*. Deinde Harl. et unus Rhem. *et terra*. Paulo post, Dan. unus Brand. Copes. Ultraj. 2. Barb. 1. Leid. 1. 2. 7. *Caho*; unde Coler. conj. *coho*, ut in altero Brand. et Ultraj. 1. *et cælo chaos minitantem* in cod. Par. quod Colero et Torrenio placet; *et Latio tenebras* Rhem. 1. 2. 3. et Harl. *et Chaos tenebras* Bitur. 1. et Leid. 5. *chao* habent

NOTÆ

Smerdis nomine, Mergi, quem frater Cambyses occidi jusserat, tum facie, tum reliquo corporis habitu persimilis, una cum fratre Persarum regnum occupat: quodque, nec ex arce foras prodiret, nec procerum quenquam admitteret; septem viri principes in eum conjurant, irruunt in regiam, Magosque obtruncant. Cædis ratio, quod et in Justino jam explicata sit, et aliter ab Herodoto, aliter a Ctesia narretur, a nobis omittitur: duo tamen, quæ non æque omnibus nota sunt, te monitum velim: alterum, mirum esse apud Herodotum, Ctesiam et Justinum cædis unius tantum Magi mentionem fieri, cum duo tamen fuerint; alterum, diem illam exinde *μογοφονίαν* vulgo dictam esse, qua Magis in publicum prodire nefas.

‡ An. M. 3532. Ol. 64. 3. Urb. C.

231. Ant. Ch. 521.

^f *Cum trecentis civibus*] Aderant præterea Græci alii ad 5900. qui Leonidæ ipsius suasu ad sua tuenda dilapsi sunt, ex Herod.

^g *Neptuno compedes*] Ex Abydo Asiæ oppido ad Sestum Europæ, qui trajectus septem stadiorum est, ponte Hellespontum junxerat: at pontem paulo post exorta tempestas disjecit: quod cum Xerxes ferret ægrius, et pelago, quo quid stultius fingi possit, trecenta infligi verbera, et in fluctus par compedum dejici jussit.

^h *Ultimam desperationem*] Victis a Leonida primum Medis, deinde Cissiis, tum iis, quos immortales vocant, tantus Xerxem incessit pavor, ut ter e solio ad capessendam fugam desiliisse dicatur.

Ceterum perfidia et scelere incolarumⁱ ejus regionis, et loci opportunitate, qua plurimum adjuvabatur, spoliatus, occidere dimicans,^j quam assignatam sibi a patria stationem deserere, maluit. Ideoque tam⁹ alacri animo suos ad id prælium, quo perituri erant, cohortatus est, ut diceret: ¹⁰ ‘Sic prandete, commilitones, tanquam¹¹ apud Inferos cœnaturi.’ Mors erat denunciata: ¹² Lacedæmonii perinde ac victoria esset promissa, ductori intrepide paruerunt.*

4. Othryadæ¹³ quoque^k pugna pariter ac morte speciosa, Thyreatium laude, quam spatio, latius solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis literis, direptam¹⁴ hostibus victoriam, tantum non post fata sua in sinum patriæ cruento tropæi titulo retulit.^j

^j *Pugna quoque et mors Othryadæ illustris est, cujus gloria ager Thyreatium multo latius patet, quam loci spatio: ille enim literis sanguine suo scriptis paulo ante mortem, quasi cruento tropæi titulo patriæ testatus est, etiam post mortem voluntarium, victoriam se de hostibus retulisse.*

Mediol. 3. et Venet. 4.—9 Ultraj. 1. 2. tres codd. Torren. Vet. et Mog. omittunt *tam*; unde Torrenius conj. *Adeoque alacri*. Leid. 1. *ad prælium*.—10 Pro *ut diceret* Ultraj. 1. *dicens*.—11 Multæ edd. *commilitones mei, tanquam*: Leid. 5. pro ultima voce *quasi*.—12 Copes. *denunciata illis: Lacedæmonii*: Ultraj. 1. 2. et sex alii cum Mog. *denunciata Lacedæmoniiis*, non male, judice Torrenio. Tres Rhem. *perinde ac si*. Quidam codd. cum Vet. *dicto intrepidi*; alii, *ductori intrepidi*.—13 Codd. admodum variant habentes, *Othridæ, Othiradæ, Odtriade, Thirade, Othyrade, Otyrade, Ochriade*; tum *Thyreatum, Thireatrum, Thyreatrium, Thyreacium, Thireatium*.—14 Perizon. conj.

NOTE

ⁱ *Scelere incolarum*] Epialtis cujusdam, vel Trachinii, vel Meliensis, qui Regem adiit consilii inopem, pollicitus se per angustum tramitem Persis ducem fore, ut Leonidæ copias a tergo adorirentur.

^j *Occidere dimicans*] Ubi se circumventum videt Leonidas, prope suos prandere jubet; et ipsa nocte in castra hostium irrupit, infinitamque edit stragem, donec orta luce Persæ patefacta Græcorum paucitate eos jaculis confecerunt: addit Herodotus duos Xerxis fratres contra Leonidam pugnantes super illius cadaver procubuisse.

* An. M. 3574. Ol. 75. I. Urb. C. 273. Ant. Ch. 479.

^k *Othryadæ quoque*] Lacedæmonios inter et Athenienses seu Argivos de agro Tyreate orta controversia, placuit omnibus, ut ea lis trecentorum utrimque virorum prælio decideretur. Atheniensibus omnibus vel cæsis vel fugatis, Othryades unus e Lacedæmoniiis victor superfuit: at, ne in patriam solus rediret, transfixit se gladio; ne vero victoriæ fructu patria fraudaretur, scuto sanguine suo has inscripsit literas, *Vici*: quare ager ille cessit Lacedæmoniiis.

5. Excellentissimos Spartanæ virtutis¹⁵ proventus miserabilis lapsus sequitur.^k Epaminondas,^l maxima Thebarum¹⁶ felicitas, idemque Lacedæmonis prima clades,^l cum vetustam ejus urbis gloriam, invictamque ad id tempus publicam virtutem, apud Leuctram^{17m} et Mantineam secundis præliisⁿ contudisset; trajectus hasta, sanguine et spiritu deficiens, recreare se conantes, primum, ‘an clypeus suus salvus esset,’ deinde, ‘an penitus fusi hostes forent,’ interrogavit. Quæ postquam ex animi sententia comperit, ‘Non finis,’ inquit, ‘commilitones, vitæ meæ, sed melius et auctius¹⁸ initium advenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu et auspiciis meis caput Græciæ factas video: et¹⁹ fortis et animosa civitas Spartana jacet, armis nostris abjecta. Amara dominatione Græcia liberata est. Orbus quoque, non tamen

^k *Miserabilis clades a Spartanis accepta sequitur illa excellenti virtute in bello patratu fucinora.*

^l *Epaminondas, qui maximam Thebanis felicitatem et primam Lacedæmonis calamitatem attulit.*



dereptam. Vide ad II. 9. 8.—15 *Spartanæ civitatis* in Copes. Deinde Ultraj. 1. 2. cum tribus codd. Torren. Mog. et Vet. *mirabilis lapsus*; Perizonii codex, *miserabilis luctus*.—16 Ultraj. 1. *Thebanorum*: Ultraj. 1. 2. et sex codd. Torren. cum Mog. *Lacedæmonis*.—17 Pighius dedit, *apud Leuctra*, contra omnes codd. et edd. vett. et sic Delph.—18 Ita Vet. cum Ultraj. prim. et Canchiano, necnon uno Brand. qui *auxius*. Innuit Epaminondas, vitam, quam moriens ingreditur, nulla terminatione finiri. Major pars Mss. *altius*; et sic edidit Aldus: Harl. et nms Bitur. *aptius*; Leid. 3. *aptius*, sive *altius*; Barb. 2. *latius*.—19 Ita plerique codd. et edd. ante Pigh. qui delevit

NOTÆ

¹ *Epaminondas*] Vir non militari tantum gloria, sed et integritate vitæ, et doctrinæ laude perillustris.

^m *Apud Leuctram*] Bœotiæ vicum, juxta Thespias. *Et Mantineam*. Arcadiæ civitatem, nunc *Mundi*. Epaminondæ victoriis nobiles.

ⁿ *Secundis præliis*] Bis justo prælio cum Lacedæmonis decertavit; semel ad Leuctra contra Cleombrotum, iterum contra Agesilaum apud Mantineam. Lacedæmoniorum qua-

tuor millia, et, inter eos, cum fortissimi quique tum Rex ipse Cleombrotus ceciderunt in primo prælio, partaque Thebanis certa victoria. In altero dubia, ex Polybio; ubi enim lethale in pectore vulnus Epaminondas accepit, quasi ex mutuo consensu utrimque a pugna discessum est. Ita Xenoph. Diod. Cicero, Justinus, et alii; additque Polybius, ipsum, dum hostes vinceret, a fortuna fuisse superatum.

sine liberis morior; quoniam mirificas filias, Leuctram et Mantineam, relinquo.^m E corpore deinde suo hastam educi²⁰ jussit, eoque vulnere expiravit.^o† Quod si eum Dii immortales victoriis suis perfrui passi essent, sospes gloriosior²¹ patriæ moenia non intrasset.

6. Ac nec²² Theramenis quidem Atheniensis, in publica custodia mori coacti, parva mentis constantia, in qua triginta tyrannorum^p jussu porrectam veneni potionem non dubitanter hausit: quodque ex ea superfuerat, jocabundus illis humo clarum²³ edere sonum coëgit. Renidensque²⁴ servo publico, qui eam tradiderat, 'Critiæ,' inquit, 'propino: vide igitur, ut hoc poculum ad eum continuo perferas.' Erat enim is ex XXX. tyrannis crudelissimus.²⁵ Profecto est supplicio se liberare, tam facile supplicium perpeti. Itaque Theramenes²⁶ perinde ac in domestico lec-

^m Quia duas filias relinquo maximas victorias ad Leuctra et ad Mantineam relatas.

//////////

τὸ et ante fortis.—20 Complures codd. Torren. cum Vet. deduci. Mox Perizonio suspecta erat vox *vulnere*.—21 'Vet. cum Ultr. prim. *sospes patriæ moenia introisset*. Alii omittunt quidem *gloriosior*, at legunt *intrasset*. Ms. Perizonii *sospes patriæ moenia intrasset, gloriosior non intrasset*, quod Torrenius unice verum existimat. Mihi quidem lectio Ultr. primi et Vet. videtur a Valerio esse, ita tamen, ut nesciam, utrum *introisset*, an *intrasset* eligam. Epaninondas Thebas intravit, at non *sospes*, i. e. vivus, sed *mortuus*. Et hoc Valerius dicere voluit.' Kapp. Ultraj. 2. et Leid. 1. *gloriosior patriæ moenia intrasset*; et sic Mog. sed Leidd. 2. 7. *sospes p. m. intrasse, gloriosior p. m. non intrasset*.—22 *At ne* nonnulli Torren.—23 Duo Leidd. *illisit humo et clarum*: Ultraj. 2. habet etiam, *et clarum*.—24 Ita Atreb. Gembt. Sus. Pulm. Leid. 2. ab al. m. Leid. 7. a m. pr. Toll. et Vet. *Reddensque* Aldd. Colin. Gryph. Steph. &c. et sic in sex Torren. *Remittensque* Bitur. 1. *Ridensque* Winck. unus Brand. et Herbip. *Deridens* in aliis codd.—25 Bitur. 1. *unus crudelissimus*: et mox in eodem, *suo judicio functus*.—26 *Theramenes* in ple-

NOTÆ

^o *Expiravit*] Cum eo Thebanorum virtus amisso duce, et Lacedæmoniorum, Atheniensiumque laus bellica extincto æmulo concidit.

† An. M. 3690. Ol. 104. 1. Urb. C. 389. Ant. Ch. 363.

^p *Triginta tyrannorum*] Victis a Ly-sandro ad Ægos Potamon Athenien-

sibus, Athenæ ab eo captæ sunt, ubi triginta viris rerum summa permissa est; cumque in cives crudeliter grassarentur, iis unus ex ipsis restitit Theramenes vir justissimus: quapropter a Critia falsæ proditiōnis injuste damnatus est.

tulo moriens, vita excessit: inimicorum existimatione punitus, suo iudicio finitus.⁷ †

7. Sed Theramenes a literis et doctrina virilitatem traxit.^o Numantino vero Theogeni, ad consimilem virtutem capesendam, quasi magistra gentis suæ ferocitas extitit. Perditis namque et afflictis rebus Numantinorum, cum omnes cives²⁷ nobilitate, pecunia, honoribus præstaret; vicum suum, qui in ea urbe speciosissimus erat, contractis undique nutrimentis ignis, incendit, protinusque strictum gladium in medio posuit, ac binos inter se⁹ dimicare iussit: ut victus, incisa cervice, ardentibus tectis superjaceretur. Qui cum tam forti lege mortis omnes absumsisset, ad ultimum se ipse²⁸ flammis immersit.*

8. Verum, ut æque populo Romano inimicæ urbis excidium referam: Carthagine capta, uxor Hasdrubalis, exprobrata ei impietate, quod a Scipione soli sibi impetrare vitam contentus²⁹ fuisset, dextera lævaque communes filios mortem non recusantes trahens, incendio se flagrantis[†] patriæ injecit.†

* *Suo iudicio ex hujus vitæ miseris liberatus.*

o *Sed Theramenes habuit illam fortitudinem a literis et scientia.*



risque Torren. et sic paulo post.—27 Edd. vett. *cum omnes ejus cives*; Pigh. cum codd. omnibus *delevit ejus*. Mox *honoribusque* in edd. vett. sed conjunctio deest per asyndeton in plurimis codd. et Vet. et Mediol. 3.—28 Vulgg. *seipsum*; sed nostram lectionem tuentur omnes Torren. cum Vet. et Mog.—29 Leid. 5. et tres codd. Torren. cum Venett. 4. 5. *contenta*.

NOTÆ

‡ An. M. 3652. Ol. 94. 3. Urb. C. 351. Ant. Ch. 401.

⁹ *Binos inter se, &c.*] Cum aliter alii de Numantinorum redditione scripserint, ad ea quæ lib. II. c. 7. diximus, hic nonnihil de variis auctorum opinionibus addere placuit. Triplex super hac re sententia: una Flori et Appiani; ex quibus Numantini se suamque patriam ferro et igne peremerunt: altera Orosii, apud quem et potu et semicrudis carnibus sese ingurgitant; deinde atroci prælio

contra Romanos dimicantes pereunt: tertia aliorum, qui volunt Scipioni ab iis et factam deditionem, et arma tradita: sed alios postea sibi conscivisse mortem, alios fædo corporis habitu in eum, quo jubebantur locum, se contulisse.

* An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

[†] *Incendio se flagrantis, &c.*] Æsculapii templo dum admovetur ignis, illa Scipioni bene precata Asdrubalem probris onerat; jugulatisque fi-

9. Muliebris fortitudinis exemplo æque fortem duarum puellarum casum adjiciam. Cum pestifera seditione Syracusarum tota regis Gelonis³⁰ stirps,^s evidentissimis exhausta cladibus, ad unicum filiam Harmoniam virginem esset redacta, et in eam certatim ab inimicis impetus fieret; nutrix ejus æqualem illi puellam, regio cultu ornatam, hostilibus gladiis subjecit. Quæ ne cum³¹ ferro³² quidem trucidaretur, cujus esset conditionis, ederet; proclamavit admirata illius animum Harmonia, et tantæ fidei superesse³³ non sustinuit;^p revocatosque interfectores, professa quænam esset, in cædem suam convertit.† Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit.^q

^p *Harmonia admirata illius constantiam, clamavit se esse Regis filiam, et noluit superstes vivere virgini tam fideli.*

^q *Sic alteri mendacium celatum, alteri vero veritas manifestata mortem attulit.*

Mox pro *injecit* Vet. *objecit*.—30 Pauci Torren. *Jeronis, vel Hieronis*.—31 Ita Brand. 1. 2. Bamberg. Modii, Lavern. Coleri, tredecim Torren. Vet. Mog. &c. *objecit* Vulgg.—32 ‘Perizonius: An legendum: *Quum ne cum ferro, &c.* Certe unum *cum* excidisse videtur, et pridem fuisse: *Quæ quum ne cum ferro, &c.* Mox pro *ederet* ed. Vet. cum novem Mss. *ediceret*.’ Kapp.—33 Ultraj. 2. Leid. 5. et Mog. *fidei constantiam superesse*; Leid. 3. *fidei constantiam superasse*; unde Torren. conj. *fidei constantiæ superesse*.

NOTÆ

liis, eorum corpora in ignem, seque insuper dejecit, imitata Reginam quæ Carthaginem condidit, inquit Florus. De Asdrubale diximus lib. i. c. 1. n. 14.

† An. M. 3908. Ol. 158. 3. Urb. C. 607. Ant. Ch. 145.

^s *Tota regis Gelonis stirps*] Syracusarum Tyrannus Hiero filium suscepit

Gelonem; ille Hieronymum, et filiam Harmoniam. Hieronymus, quod diademate uteretur, a se civium avertit animos, ortaque conjuratione confusus est; et Harmonia eo qui hic exponitur modo periit.

* An. M. 3840. Ol. 141. 3. Urb. C. 539. Ant. Ch. 213.

CAP. III.

DE PATIENTIA.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT DUO.

- 1 C. Mucius Cordus primus Scævola dictus.
- 2 Pompeius legatus ad Gentium regem.

EXTERNA.

- 1 Puer Macedo.

2 Zeno Eleates.

3 Alter Zeno.

4 Anaxarchus Abderita.

5 Theodorus Syracusanus.

6 Indi.

7 Servus Afer in pœnis et morte ridens.

EGREGIIS virorum pariter ac fœminarum operibus fortitudo se oculis hominum subjecit:^a patientiamque in medium procedere hortata est, non sane infirmioribus radicibus stabilitam, aut minus generoso spiritu abundantem; sed ita similitudine junctam,¹ ut cum ea, vel ex ea nata videri possit.

1. Quid enim iis, quæ supra retuli, facto Mucii convenientius? cum a Porsena rege Hetruscorum urbem nostram gravi ac diutino² bello urgeri ægre ferret, castra ejus clam ferro cinctus intravit: immolantemque^a ante altaria conatus est occidere. Ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propositi oppressus, nec causam adventus texit,^b et tormenta quantopere contemneret, mira patientia ostendit. Perosus³ enim, credo, dexteram suam, quod ejus minis-

^a *Præclaris illis, quæ narravi, facinoribus et virorum et fœminarum fortitudo sese oculis hominum quasi videndam præbuit.*

//////////

1 Copes. *vinctam*; Ultraj. 1. et Vet. *conjunctam*.—2 Quidam codd. *Torren-*
diuturno bello.—3 Multæ edd. habent *Pertæsus*, non firmantibus codd. Mox

NOTÆ

^a *Immolantemque, &c.*] In tribunali tum sedebat Porsena, unaque cum ipso Scriba, pari fere ornatu; quem Regem esse ratus, occidit Mucius. Ita Liv.

^b *Causam adventus texit*] *Retractus*

ad Regis tribunal, 'Romanus sum,' inquit, 'civis, hostis hostem occidere volui; nec ad mortem minus animi est, quam ad cædem fuit: et facere et pati fortia Romanum est.'

terio in cæde regis uti nequisset, injectam foculo exuri passus est. Nullum profecto Dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis viderunt.⁴ Ipsum quoque Porsenam,⁵ oblitum periculi, ultionem suam vertere in admirationem coëgit.^c Nam, ‘Revertere,’ inquit, ‘ad tuos, Muci, et eis refer, te, cum vitam meam petieris, a me vita donatum.’ Cujus clementiam non adulatus Mucius,^{b d} tristior Porsenæ salute, quam sua lætior, urbi se cum æternæ gloriæ cognomine, Scævola⁶ reddidit.^{e *}

2. Pompeii^{7 f} etiam probabilis virtus:^c qui, dum legationis officio fungeretur, a Gentio rege^g interceptus, cum senatus consilia prodere juberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eaque patientia regi si-

^b Cujus clementiam Mucius non extollens.

^c Laudanda etiam est virtus Pompeii.

tres Torren. in cædem regis.—4 Dan. *inviderunt* probante Colero. At omnes alii codd. et edd. vet. *viderunt*.—5 Aliis per unum, aliis per duo *N* scribitur; at Martial. ‘Hanc spectare manum Porsena non potuit.’ Alterum *N* metri causa adjectum a Poëtis, notavit Servius ad *Æn.* viii. Vide Duker. ad Flor. i. 9. Mox *periculi sui* multi codd. et Vet.—6 Copes. et quinque Torren. *Scævola*; alii quatuor Torren. *Scævola*. Paulo ante Ultraj. 2. *lætus*; Leid. 3. *lætus* sive *lætior*.—7 *Perperna* legendum censet Pighius.—8 ‘Tor-

NOTÆ

^c *In admirationem coëgit*] ‘Tu vero, abi,’ inquit Porsena, ‘in te magis quam in me hostilia ausus: juberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret; nunc jure belli liberum intactumque dimitto.’

^d *Non adulatus Mucius*] Hæc tamen Mucius: ‘Quandoquidem,’ inquit, ‘est apud te virtuti honos, trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur; mea prima sors fuit, ceteri suo quisque ordine aderunt.’

^e *Scævola reddidit*] Ab usu sinistræ manus Scævola dictus est, cum prius C. Mucius Cordus vocaretur.

* An. M. 3548. Ol. 68. 3. Urb. C. 245. Ant. Ch. 507.

^f *Pompeii*] Minime mihi dubium est, quin, aut falsus opinione sua sit Valerius, aut locus ille corruptus sit. Nam Gentii Regis ætate obscura omnino et ignota Romæ Pompeiorum familia: Legati quidem ad Gentium missi sunt M. Perperna et L. Petilius; et ab eo conjecti in carcerem: eorum tamen neuter ardenti lucernæ digitum admovisse perhibetur.

^g *Gentio rege*] Illyriorum, qui, a Perseo bello in Romanos per fraudem implicitus, ab Anicio Prætoris ad Scodram victus est, illiusque dishonesto triumpho, cum uxore, liberis, et fratre Spoletum in custodiam ductus est.

mul et desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit,⁸ et expetendæ populi Romani amicitiaë magnam cupiditatem ingeneravit. Ac ne, plura hujusce generis exempla domi scrutando,⁹ sæpius ad civilium bel-
lorum detestandam memoriam progredi cogar, duobus Romanorum exemplis contentus, quæ ut clarissimarum familiarum commendationem, ita nullum publicum mærorem continent, externa subnectam.†

EXTERNA.

1. Vetusto Macedoniæ more regi Alexandro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti. E quibus unus turibulo arrepto¹⁰ ante ipsum astitit, in cujus brachio carbo ardens delapsus est: quo etsi ita urebatur, ut adusti corporis ejus odor ad circumstantium nares perveniret, tamen et dolorem silentio pressit, et brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri aut concusso¹¹ turibulo impediret, aut edito gemitu regias aures aspergeret.^d Rex quoque,¹² patientia pueri magis delectatus, hoc certius perseverantiæ experimentum sumere voluit: consulto enim sacrificavit diutius, nec hac re eum a proposito repulit. Si huic miraculo Darius inseruisset oculos,^e scisset, ejus stirpis milites vinci

^d Aut aures Regis obtunderet, si gemitum ederet.

^e Si Darius conspexisset hoc patientiæ miraculum.



renius malit *incussit*, quod in quibusdam Mss. invenitur. Mihi *excussit* verum videtur. Kapp.—9 Vet. *domum scrutando*.—10 Ita Pigh. ex codd. suis, cum Vett. et Copes. habuissent, *accepto*; ita quoque Brand. 1. 2. et ceteri codd. præter Leid. 3. qui habet *correpto*. Mox Ultraj. 2. et Mog. *perstitit pro astitit*; Leid. 3. *præstitit*. Deinde Leid. 2. Copes. et Toll. *ita adurebatur*.—11 Sic omnes Mss. et Mog. nec aliter Vet. et Lips. Thanneri, etsi Torrenius dicat, *omnes* editi. præter Mog. habere *excusso*. Mox pro *aspergeret* Lipsius malit, *asperaret*; libri vett. *exasperaret*, probante Colero: Rupertus, *turibulo aut edito gemitu, deletis regias aures aspergeret*, ut in Leid. 1. in aliis, *spargeret*; unus Leid. *reges aspergeret*.—12 Torrenius conjicit: *Rex quo*. Mox pro *consulto* Colero placet *consueto*, improbante Kappio: *proposito* sine præpositione novem Mss. et Vet. et Mog. Harl. insuper, *depulit*, probante

NOTÆ

† An. M. 3886. Ol. 153 1. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

non posse, cujus infirmam ætatem tanto robore præditam animadvertisset.

Est et illa vehemens et constans animi militia, literis pollens venerabilium doctrinæ sacrorum antistes philosophia,^f quæ ubi pectore recepta est hominum,¹³ inhonesto atque inutili affectu dispulso, totum in solidæ¹⁴ virtutis munimento confirmat, potentiusque metu ac dolore facit.

2. Incipiam autem a Zenone Eleate:^{16 h} qui cum esset in dispicienda rerum naturæ maximæ prudentiæ, inque excitandis ad vigorem juvenum animis promptissimus, præceptorum fidem exemplo virtutis suæ publicavit.^g Patriam enim egressus, in qua frui secure libertate poterat, Agrigentumⁱ miserabili servitute¹⁷ obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus, ut speraverit, et tyranno et Phalari^{18 j} vesanæ mentis feritatem a se diripi posse.⁴ Postquam deinde apud illum plus consuetudinem domina-

^f Philosophia instructa literis, et quasi sacerdos sacræ doctrinæ, quæ veneratione digna est, constanti patientia veluti militari quadam disciplina animum instruit.

^g Præcepta a se tradita palam confirmavit exemplo suæ virtutis.

^h Ut speraverit se mitigare posse vesanæ immanitatem tyranni Phalaridis.



Torrenio.—13 Quidam codd. *hominem*; unus Brand. et Vet. *homini*; Copes. et Leid. 1. *omni*.—14 Ita Vet. cum plerisque codd. Pighius Sus. et Pulm. dedit: *totos in solido v. m. c. potentiores metu ac dolore faciens*; Vorstius legit: *quæ u. p. recepta est, hominem inhonesto a. i. a. depulso totum in solido v. m. confirmat, potentioresque, &c.* Unus Brand. *potentioresque*; Ultraj. 2. *potentiores*. Pro *munimento* Harl. duo Rhem. et Leid. 2. *monumento*; Leid. 7. *nutrimento*; Copes. *monimento*. Deinde plerique, *depulso*; item *facit*; Ultraj. 2. *faciens*: duo Barb. cum uno Bitur. *totum insolitæ virtutis m. c. potentius metu facit ac dolore*.—16 Pauculi codd. habent: *a Zenone Cleante*; Mog. *a Zenone Elenate*. Pro *in dispicienda* Leidd. 3. 7. et Mog. *despicienda*; Toll. *inspicienda*.—17 Mog. *miserabili tyrannorum servitute*.—18 Duo Leidd. et Ultraj. 2. *et a tyranno et a Phalari*: nonnulli *per se diripi*, ut in Mog. *deripi* in tribus Leidd. Copes. et

NOTÆ

^h Zenone Eleate] Parmenidis auditor fuit, et inventor Dialecticæ.

ⁱ Agrigentum] Urbem Siciliae; Agregas Ptolemæo dicitur, ab Agragante flumine. Hodie *Gergenti*.

^j Et Phalari] Fuit ille Agrigentorum tyrannus crudelitate sua præ-

ceteris nobilitatus: qui cum paulo superior ætate Zenone fuerit, malim ego Laërtii et Suidæ amplecti sententiam, qui volunt Zenonem non ad Phalarim se contulisse, sed ad tyrannum quendam in Græcia, cui nomen erat, vel Nearchus, vel Diomedon.

tionis, quam consilii salubritatem, valere animadvertit, nobilissimos ejus civitatis adolescentes cupiditate liberandæ patriæ inflammavit. Cujus rei cum indicium ad tyrannum manasset, convocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere cœpit: subinde quærens,^k quosnam¹⁹ consilii participes haberet. At ille nec eorum quempiam nominavit, sed proximum quemque ac fidissimum²⁰ tyranno suspectum reddidit: increpitansque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, effecit, ut, subito mentis impulsu concitati, Phalarim lapidibus prosternerent. Senis ergo unius eculeo²¹ impositi non simplex vox, nec miserabilis ejulatus; sed fortis cohortatio totius urbis animum, fortunamque mutavit.‡

3. Ejusdem nominis philosophus,^m cum a Nearcho²² tyranno, de cujus nece consilium inierat, torqueretur, supplicii pariter atque indicandorum consciorum gratia, doloris victor, sed ultionis cupidus, esse dixit ‘quod eum secreto audire admodum expediret:’ laxatoque eculeo, postquam insidiis opportunum tempus animadvertit, aurem ejus



Toll. probante Perizonio.—19 Copes. Harl. Bitur. et Barb. 1. *quotnam*; Leid. 2. 3. *quosnam*, al. *quotnam*.—20 Edd. ante Pighium: *et proximum quemque ac fidelissimum*; multi codd. etiam *fidelissimum*.—21 In nonnullis *equuleo*.—22 ‘Codd. et edd. antiquæ hanc vocem varie corruperunt, ut fere fit in nominibus propriis: sc. *Elearcho*, *Clearco*, *Cleatico*, *Eleatico*, *Elarco*, *Alearco*: quidam servant verum. *Nearchus* fuit tyrannus *Eleatum*. Mox *tempus* in tribus Mss. omittitur, quod *Modius* tanquam glossema rejecit, probantibus

NOTÆ

^k *Subinde quærens*] Hoc fortitudinis specimen, quod sequitur, dedisse fertur, ut, cum simulasset habere se quidpiam, quod in aurem tyranno diceret, primum aurem illi, tum sibi linguam, ne conjurationis conscios proderet, dentibus præciderit.

¹ *Eculeo*] Ligna catasta et cochleata ad intendendum et remittendum ita apte fabricata, ut ossium compages divellerentur: vel ab equi forma, vel ab ardenti lamina nomen habet.

‡ An. M. 3558. Ol. 71. 1. Urb. C. 257. Ant. C. 495.

^m *Ejusdem nominis philosophus*] Errat hic Valerius; nec enim ille a Zenone Eleate diversus fuit. Tres fere Philosophi, quibus omnibus idem Zenonis nomen fuit: unus is, quem modo diximus: alter Stoicus: tertius Epicureus, qui Ciceronis tempore floruit; quorum uterque alio mortis genere obiit: unus Eleates supplicii necatus est.

morsu corripuit, nec ante dimisit quam et ipse vita, et ille corporis parte privaretur.

4. Talis patientiæ æmulus Anaxarchus,ⁿ cum a tyranno Cypriorum Nicocreonte²³ torqueretur,^o nec ulla vi inhiberi posset, quo minus amarissimorum eum maledictorum verberibus invicem ipse torqueret,ⁱ ad ultimum amputationem linguæ minitanti, ‘Non erit,’ inquit, ‘effœminate adolescens, hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis:’ protinusque dentibus abscisam, et commanducatam linguam, in os ejus ira patens²⁴ expuit. Multorum aures illa lingua, et inprimis Alexandri regis, admiratione sui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, habitum²⁵ maris, siderum motus, totius denique mundi naturam prudentissime et facundissime expromsit. Pæne tamen occidit gloriosius, quam vigit; quia tam²⁶ forti fine illustrem professionis actum comprobavit,^j Anaxarchique²⁷ non vitam modo deseruit, sed mortem reddidit clariorem.*

ⁱ Nullo modo impediri potuit, quin ipsum Nicocreontem injuriosis maledictis quasi verberibus quibusdam laceraret.

^j Quia artem Philosophicam, quam professus fuerat, morte tam generosa ipse illustravit.



Gudio et Perizonio.’ *Kapp.*—23 Etiam hoc nomen varie corruptum in codd. extat, ita ut pauci verum servent. Mox pro *verberibus* Vet. habet *verbis*.—24 ‘Thysius edidit *ira patens*: quicquid erit, utrumque ex glossa videtur Guyeto. An *ira pallens*, sive *ira potens*, ut ad Anaxarchum referatur? sive *ira pollens*, ut apud Silium ‘pollens avis.’ *Kapp.* Paulo ante, *manducatam linguam* in Vet.—25 Ita Camp. Gembl. Atreb. Winck. 1. 2. 3. Colon. Cauch. Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. quatuor Torren. et Mog. *ambitum* Vet. cum multis codd. Torren. Deinde pro *totius*, quod multi codd. et edd. vett. exhibent, nonnulli *totiusque*.—26 Codd. Coleri, *qui a tam*. Pro *forti fine* Vet. et Lips. Thanei, *fortissime*.—27 ‘Sic plerique Mss. et edit. etiam Vet. *Anaxarchus-*

NOTE

ⁿ *Anaxarchus*] Abderita Democriti sectator, qui Alexandrum secutus est.

^o *Nicocreonte torqueretur*] Talis odii causa fuisse dicitur: inter cœnam Anaxarchum cum interrogasset Alexander, quid de illa cœna sentiret: ‘Cuncta magnifice,’ inquit; tum Nicocreontem intuens, subjicit, ‘oportere cujusdam Satrapæ apponi ca-

put.’ Quo graviter offensus Nicocreon, Anaxarchum, cum post Alexandri mortem in Cyprum forte appulisset, exquisitis suppliciis necavit. Anaxarchi, dum malleis ferreis tenderetur, notum est illud: ‘Tunde, tunde Anaxarchi sacculum, nam Anaxarchum nihil teris.’

* An. M. 3732. Ol. 114. 3. Urb. C. 431. Ant. Ch. 321.

5. In Theodoro ²⁸ ^p quoque viro gravissimo Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigavit. Rupit enim verbera, fidiculas laxavit, solvit eculeum, laminas extinxit prius, quam efficere potuit, ²⁹ ut tyrannicidii conscios indicaret. Quin etiam satellitem, ^q in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur, falsa criminatione inquinando, fidum lateri ejus custodem eripuit; beneficique patientiæ, non solum, quæ occulta fuerunt, textit, sed etiam tormenta sua ultus est: ^k quibus Hieronymus dum inimicum cupide lacerat, amicum temere perdidit.†

6. Apud Indos vero patientiæ meditatio tam obstinate usurpari creditur, ^l ut sint, qui omne vitæ tempus nudi exigant, modo Caucasi ^r montis glaciali ³⁰ rigore corpora sua durantes, modo flammis ^s sine ullo gemitu objicientes.

^k Sed etiam crudelitatem ultus est illius, cujus jussu supplicii torquebatur.

^l Apud Indos exercitatio patientiæ dicitur tam pertinaciter adhiberi.



que Cauch. et Leid. sec. qui addit: al. *chique*. *Anaxarchesque* Ultr. prim. Perizonius conjicit: *Anaxarchique non vitam deseruit*. Torrenius: *Anaxarchique non vitam eo modo deseruit*. Post comprobavit ponendum est punctum et legendum: *comprobavit. Anaxarchusque, &c.* Kapp. *vitam non modo non Cauch. non vitam modo vel vitam non modo habent codd. Torren. non modo deest in uno Rhem.—28 Gronov. ad Liv. xxiv. 5. malit, Theodoto, et sic in Mog. Harl. habet: Theodoto q. v. glorioso atque gravissimo.—29 Ita Pighius ex codd. cum Aldus edidisset efficeret; et ita Brand. 1. 2. et alii codd. Torren. cum Mog. Bitur. 1. potuerit.—30 Plures Pighiani ita habent; at undecim codd. Torren. Brand. 1. 2. Vet. Mog. Venett. &c. gelido; Barb. 2. rigido*

NOTÆ

^p In Theodoro] Civis Syracusanus fuit, qui scripsit de re militari; Hieronymus vero Gelonis filius et Hieronis nepos: de quo paulo ante.

^q Satellitem] Thrasonem, qui plurimum poterat; quod et tutor esset Hieronymi, et Romanorum partibus studeret.

† An. M. 3840. Ol. 141. 3. Urb. C. 539. Ant. Ch. 213.

^r Caucasi] Duplex est Caucasus: alter inter mare Caspium et Pontum Euxinum: alter, de quo hic agitur,

in Scythiæ et Indiæ confinio; ex quo Indus et Oxus profluunt. Hodie *Caucase*.

^s Modo flammis] Multo plura sunt apud eos patientiæ experimenta, qualia sunt: ab ortu solis ad occasum contentis oculis orbem solis contueri: ferventibus arenis dies integros alternis insistere pedibus: nudo corpore solem et imbres humi tolerare; et alia, quæ, si quis illa avet scire, plenius Strabo, Appianus, et Solinus referunt.

Atque haud parva his gloria contemptu doloris acquiritur: titulusque³¹ sapientiæ datur.

7. Hæc e pectoribus altis et eruditis orta sunt:^m illud tamen non minus admirabile, quod³² servilis animus cepit. Servus barbarus Hasdrubalem,^t quod dominum suum occidisset, graviter ferens, subito aggressus interemit. Cumque comprehensus omni modo cruciaretur, lætitiâ tamen, quam ex vindicta ceperat, in ore constantissime retinuit. Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, vivida³³ ingenia ad se penetrare patitur; neque haustum sui cum aliquo personarum discrimine largum, malignumve præbet; sed omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis attuleris, æstimat:³⁴ inque captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit, ut quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas.ⁿ

^m Hæc exempla prius allata a viris ingenuis et eruditis edita sunt.

ⁿ Virtus aliqua injuria provocata non fastidit homines acri et vivo ingenio, cujusque sint conditionis; sed eos ad se penetrare patitur: neque enim pro discrimine personarum se communicat large nobilibus et parce humilibus; sed quasi exposita æqualiter omnibus perpendit magis an magnum ipsius assequendæ desiderium habeas, quam an nobili genere natus sis; et relinquit tibi ipsi arbitrio tuo judicandum quantum ex ipsius bonis capere velis; ut tantum ex iis accipias, quantum animi tui magnitudo continere poterit.



rigore.—31 Ita Brand. 1. 2. et edd. vett. reponente Vorstio. *titulus namque Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. &c. titulusque sapientiæ datur, atque ii Gymnosopistæ vocantur.*—32 In decem codd. Vet. et Mod. deest quod.—33 Multi codd. *invida*; alii *invidia*. Lipsius legerit: *virtus, excitata ingenia ac vivida ad se, &c.* Aldd. Colin. Gryph. Steph. Pigh. &c. *virtus excitata, ingenia vivida ad se, &c.* Brand. 1. 2. et Toll. *excitata vivida ingenia*; Vorstius conj. *excitata ac vivida ingenia*; Copes. *exercitata*.—34 Unus et alter, *æstimabit*; unus, *æstimavit*; et iidem, *relinquet, sive relinquit*: Copes. *sustinueras*.

NOTÆ

^t *Hasdrubalem*] Qui sororem Annibalis duxerat; illum Gallus, sive privatas injurias sive domini mortem ulturus, aliter enim aliis placet, in hospitio suo noctu occidit; dumque laceraretur tormentis, inquit Livius,

eo fuit oris habitu, ut superante lætitiâ dolores, ridentis etiam speciem præbuerit.

‡ An. M. 3833. Ol. 139. 4. Urb. C. 32. Ant. Ch. 220.

CAP. IV.

DE HUMILI LOCO NATIS QUI CLARI
EVASERUNT.

APUD ROMANOS.

- 1 Tullus Hostilius rex.
- 2 L. Tarquinius Priscus rex.
- 3 Ser. Tullius rex.
- 4 C. Terentius Varro.

5 M. Perperna.

6 M. Porcius Cato.

APUD EXTEROS.

- 1 Socrates Atheniensis.
- 2 Euripides, et Demosthenes.

Quo sæpe¹ evenit, ut et humili loco nati ad summam dignitatem consurgant, et generosissimarum imaginum fœtus in aliquod revoluti² dedecus acceptam a majoribus lucem in tenebras convertant. Quæ quidem planiora suis exemplis reddentur. Ac prius de his³ ordiar, quorum in meliorem statum acta mutatio splendidam relatu præbet materiam.⁴

1. Incunabula Tulli⁴ Hostilii agreste tugurium^a cepit:^b

^a Sæpe accidit, ut homines, et orti ignobili genere summas dignitates consequantur, et nati ex parentibus generosis et illustribus, in dedecore et sine gloria vitam agentes, obscurent splendorem acceptum a majoribus: quod facilius cognoscetur, si aliqua afferantur exempla. Ac primum dicere incipiam de iis, qui fortunæ suæ humilis statum in meliorem virtute permutarunt, quarum rerum narratio et splendida et jucunda esse solet.

^b Tullus Hostilius in casa agresti natus est.

~~~~~

1 Vocem sæpe restituit Pighius ex Winck. quod habet etiam Herbip. deest in decem Torren. Ceterum initium hic capituli iv. constitutum est a Pighio; cum in Aldd. aliisque edd. itemque in Brand. 1. 2. et Torrenianis ad caput proximum superius hoc rejecta sint.—2 Copes. et omnes fere Torren. et edd. ante Pighium habent ita, non ut ille dedit, *devoluti*; unus Rhem. Leid. 1. et Mog. *revolutum*; Bitur. 1. *devotis*. Mox in multis codd. et Vet. *redduntur*.—3 Sic plerique Mss. et Vet. non ut *primum de iis*, uti Pighius. Mox Vet. *facta*. Barb. 1. *naturam*; Barb. 2. *naturam*, vel *materiam*; unus Rhem. 1. *memoriam*.—4 Plerique codd. habent *Tullii*, vel *Tulii*. Paulo post, *decorata in excellentissimo* edidit Aldus, contra omnes codd. in

## NOTÆ

<sup>a</sup> Tulli Hostilii agreste tugurium] A Valerio et Livius et Dionysius dissentiant: nec enim in tugurio Tullus, sed in nobili familia, quippe qui illustri genere natus erat, adolevit;

illius enim avus Hostus Hostilius, vir bellica lande clarus, e Medullia, (Sabinorum oppidum erat,) sub Romulo Romam migravit: cumque multa præclare gessisset in bello, tum Sa-

ejusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior ætas imperium Romanum rexit, et duplicavit:<sup>b</sup> senectus excellentissimis ornamentis decorata in altissimo majestatis fastigio fulsit.\*

2. Verum Tullus, etsi magnus<sup>5</sup> et admirabilis incrementi, domesticum tamen exemplum est. Tarquinius autem Priscum ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem nostram advexit: alienum, quod ortum Corintho:<sup>6</sup> fastidiendum, quod mercatore Demarato genitum: erubescendum, quod etiam exule.<sup>c</sup> Ceterum tam prosperum conditionis suæ eventum industria sua pro invidioso gloriosum reddidit.<sup>7</sup> Dilatavit enim<sup>d</sup> imperii fines,<sup>8</sup> cultum Deorum<sup>e</sup>

altissima Brand. 1. 2.—5 Sic ed. Mog. et plerique Mss. At Vet. cum Ultr. prim. delet et. Barb. uterque cum reliquis editt. *magni et.* Venett. *Si Tullius magnus.* Mox ed. Vet. *Priscum* non agnoscit.—6 ‘Sic dedit Pighius ex uno alteroque codice. Aldus sic ediderat: *Alienum quod exactum: alieniorem, quod ortum Corintho; fastidiendum, quod mercatore genitum: erubescendum, quod etiam exule Demarato natum patre.* Et sic Vet. cum aliis editt. et plerisque Mss. Perizonius: *Alienum, quod Etruscum: alieniorem, quod ortum Corintho,* quæ conjectura Torrenio laudabilis videtur. Aldina certe lectio glossam redolet. Mihi quidem Pighiana ceteris videtur preferenda; ita tamen, ut putem, *Demarato* ex margine in textum irrepsisse.’ Kapp.—7 Ita edidit Torrenius probante Kappio; et ita Cauch. Edd. vett. habent: *C. t. p. c. s. eventum, industrium, pro invidioso; gloriosum pro in viso reddidit;* Mog. *C. tam in prosperis c. s. e. industriosum, pro in viso g. reddidit;* unus Rhem. *Tam in p. c. s. e. industria sua pro invidioso gloriosum reddidit;* Harl. *Tam p. c. s. e. pro in viso gloriosum reddidit;* Camp. et Leidd. 2. 3. *C. tam p. c. s. e. industriosum, pro in viso g. reddidit;* Atreb. *industriosum pro indiviso g. reddidit;* Pulm. *C. t. prospero c. s. eventu industriosum, pro indiviso g. reddidit;* Winck. *C. t. prospero c. s. eventu, industriosum pro ignominioso, pro in viso g. reddidit;* Brand. 1. 2. Ultraj. 1. et Herbip. *C. t. p. c. s. e. industriosum pro invidioso g. reddidit;* Leid. 1. *tam prosperæ c. s. eventum industriosum pro in vi-*

## NOTÆ

bino, tum Fidenati, interiit; et in foro sepultus est a duobus Regibus Romulo et Tatío; columnaque super tumulum erecta cum inscriptione, quæ illius virtutem apud posteros testaretur.

<sup>b</sup> *Duplicavit*] Rex factus Hostilius, vir pacis insolens, et ad belli studia factus, Albanis bellum indixit, eorum excidit urbem, civesque Romam transtulit: ter triumphavit de Albanis, Fidenatibus, et Sabinis.

\* An. M. 3383. Ol. 27. 2. Urb.

C. 82. Ant. Ch. 670.

<sup>c</sup> *Exule*] Non vi tamen Corintho ejectus; sed sponte cessit, cum sibi a Cypsello, vel Periandro tyranno timeret. Tarquinius Romam venit sub Anco Marcio, a quo benigne exceptus, cum ipsius Marcii, tum civium omnium amicitiam sibi conciliavit.

<sup>d</sup> *Dilatavit enim, &c.*] Fidenas recuperavit, Collatiam, Corniculum, aliaque oppida Latinis ademit, vicique Sabinos et Hetruriæ populos.



novis sacerdotiis auxit, numerum senatus<sup>f</sup> amplificavit, equestrem ordinem<sup>g</sup> uberiorem reliquit. Quæque<sup>9</sup> laudum ejus consummatio est, præclaris virtutibus effecit,<sup>c</sup> ne hæc civitas pœnitentiam ageret, quod regem a finitimis potius mutuata esset, quam de suis legisset.<sup>†</sup>

3. In Servio autem Tullio<sup>10</sup> fortuna præcipue vires suas ostendit, vernam huic urbi<sup>h</sup> natum regem dando. Cui quidem diutissime imperium obtinere, quater lustrum condere,<sup>i</sup> ter triumphare contigit. Ad summam<sup>11</sup> autem, unde processerit, aut quo pervenerit, statuæ ipsius titulus abunde

<sup>c</sup> Quæque laus ejus maxima est, effecit suis virtutibus, ne nostræ urbis cives pœniteret quod, &c.

dioso reddidit; Leid. 7. et Barb. 1. Tam p. nonditionis suæ e. industriosum pro invidiosc reddidit; Copes. Tam p. c. s. e. industriosum pro invidioso reddidit; Ultraj. 2. Tam in prospero c. s. eventum industriosum gloriosum in viso pro reddidit; Douac. et duo Rhem. Tam in p. c. s. eventum; unus Basil. industriosum pro judicioso reddidit; alter, industriosum pro invidioso reddidit; Wasse in Indice Sallust. voce 'Industria,' dicit cod. habere: Ipsum conditionis suæ eventum industriosum, pro ignominioso gloriosum reddidit; Perizon. conj. eventum industriosum, et pro invidioso g. reddidit.—8 Ita Pigh. ex Camp. et sic nonnulli Torren. Dilatavit enim fines Romani populi in Brand. multis Torren. et edd. vett. Romani imperii fines Herbig. Populi Romani fines Barb. 1. Copes. et Aldd.—9 Quodque unus et alter Torren. cum vulgg. Mox Pighius ex Colon. Sus. et Pulm. regem a f. p. mutuasset, et Coler. et Thys. sunt eum secuti; at mutuata esset habent Brand. 1. 2. et omnes Torren. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Oliver. Aldd. 1. 2. 3. 4. 5. Colin. omnes Gryph. Steph. Herbig. et Chalc.—10 Sex codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. et Aldd. In Tullio vero Servio; sex alii Torren. In Tullio vero fortuna; Copes. In Tullio Servo vero. Mox Lipsius legit: vernam natum, huic urbi regem dando; prob. Colero et Guyeto; sed repugnant codd. Barthius legit, innatum.—11 Ultraj. 1. Ad summam: aliquot codd. cum vulgg. habent, autem unde, probante Torrenio. Deinde Rutgersius pro cognomine legit, nomine, contra omnes codd. Nennulli Torren. cum Vet. perplexis.—

## NOTE

<sup>e</sup> Cultum Deorum] Quia Collegium Augurum propter Navium summo in honore haberi voluit.

<sup>f</sup> Numerum senatus] Ad concilian-dam sibi plebem centum Patres, qui minorum gentium dicti sunt, Senatui adjecit.

<sup>g</sup> Equestrem ordinem] Centurias duplo majores reddidit, quam Romulus instituerat.

<sup>†</sup> An. M. 3439. Ol. 41. 2. Urb.

C. 138. Ant. Ch. 614.

<sup>h</sup> Vernam huic urbi, &c.] Serva, an libera matre natus sit Servius, quibusve gradibus ad summam potestatem pervenerit, fuse explicuimus libro primo capite sexto.

<sup>i</sup> Lustrum condere] Primus census instituit, ac quinto quoque vertente anno fieri decrevit: ex censu populum in classes et centurias distribuit; triumphavit ter de Hetruscis.

testatur, servili cognomine, et regia appellatione perplexus.<sup>d †</sup>

4. Miro quoque gradu Varro ad consulatum<sup>j</sup> ex macellaria patris taberna conscendit. Et quidem<sup>12</sup> fortuna parum duxit sordidissimæ mercis capturis alito XII. fasces largiri, nisi etiam L. Æmilium Paulum<sup>k</sup> dedisset collegam. Atque ita se in ejus sinum infudit, ut, cum apud Cannas culpa sua vires populi Rom.<sup>e 13</sup> exhausisset, Paulum, qui prælium committere noluerat, occidere pateretur; illum in urbem incolumem reduceret. Quin etiam senatum gratias ei agentem, quod redire voluisset, ante portas eduxit,<sup>1</sup> ex-tuditque<sup>14</sup> ut gravissimæ cladis auctori etiam dictatura deferretur.

5. Non parvus consulatus rubor M. Perperna,<sup>15 m</sup> utpote

<sup>d</sup> *Compositus ex Servii cognomine et Regis appellatione: erat enim Servii Regis statua.*

<sup>e</sup> *Et quidem fortuna non solum Consulatum concessit huic homini educato ex quæstibus sordidis mercis vilissimæ; sed etiam tribuit illi Collegam L. Æmilium Paulum; atque ita huic Varroni propitia fuit, ut, &c.*

//////////

12 Plerique Torren. et Vet. *Equidem*. Mox Aldd. *capturis inquinari solito*, quod habet solus Leid. 1. *inquinari* deest etiam in Vet. et Herbip. Pro *alito* Atreb. *salito* exhibet; Dan. *sallito*, probante Colero; quod ipsum in cod. quoque Andino observavit Gronovius; unus Brand. *solito*; Harl. et unus Rhem. *sallitam*; Ultraj. 1. *alitam*; reliqui Torren. *solitam*; Gronov. conj. *allito*. Lect. nostram ex Cauch. dedit Pighius; et sic est etiam in uno Brand. et Vet.—13 Unus Rhem. *vires publicas*. Dein Harl. *committi noluisset*: Ultraj. 2. *occidi pateretur*; duo Rhem. *occideretur*.—14 Nonnulli Torren. *extulit*; duo Leidd. cum Ultraj. 2. *excuditque*. Mox *etiam*, quod reposuit Pigh. deest in octo Torren. et Vet.—15 Pro *M. Perperna* codd. habent, *Perpennæ*, vel *M. Perpenna*, vel *Marco Perpennæ*, vel denique, *Marci Per-*

#### NOTÆ

‡ An. M. 3477. Ol. 50. 4. Urb. C. 176. Ant. Ch. 576.

<sup>j</sup> *Varro ad Consulatum*] Quo loco natus C. Terentius Varro, quibus artibus honores adeptus sit, pluribus disseruimus lib. I. c. 1. n. 16.

<sup>k</sup> *L. Æmilium Paulum*] Postquam Varronem a populo relatum Consullem vidit Fabius Maximus; Patribus auctor fuit, ut illi Collegam darent Paulum Æmilium virum, et nobilem, et rei bellicæ peritissimum: abeun-

temque ad exercitum graviter monuit, non tam ipsi cum Annibale, quam cum Varrone, ne pugnaretur, pugnandum esse.

<sup>1</sup> *Ante portas eduxit*] Cum paucis Equitibus redeunti cum Senatus omnis, tum Fabius ipse obviam processit; illique gratiæ actæ sunt, quod de Republica non desperasset.

<sup>m</sup> *Perperna*] Græcus fuisse dicitur, qui Romæ multos honores et Consulatum etiam obtinuit.

qui consul ante quam civis; sed in bello gerendo utilior aliquanto reipubl. Varrone imperatore. Regem enim Aristonicum cepit,<sup>n</sup> Crassianæque stragis punitor extitit. Cum interim, cujus vita triumphavit,<sup>o</sup> mors Papia<sup>16</sup> lege damnata est. Namque patrem illius, nihil ad se pertinentia civis Romani jura complexum, Sabelli<sup>17 p</sup> iudicio petitum, redire in pristinas sedes coëgerunt. Ita M. Perpernae nomen adumbratum,<sup>f</sup> falsus consulatus, caliginis simile imperium, caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus est.\*

6. M. vero Porcii Catonis<sup>18</sup> incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen suum Tusculi ignobile,<sup>q</sup> Romæ nobilissimum reddidit. Ornata sunt enim ab eo literarum Latinarum monumenta,<sup>r</sup> adjuncta disciplina milita-

*f Ille tamen, qui vivus triumphaverat, post mortem lege Papia damnatus est: nam Sabelli patrem illius accusatum in iudicio, quod jura Romani civis ad ipsum non spectantia sibi vindicaret, coëgerunt redire in patriam suam. Ita M. Perpernae nomen obscuratum.*

pennæ.—16 *Papia* delet *Ultraj.* 1. *Pighius* conj. nomen legis esse corruptum, et legendum, *Junia*.—17 *Bitur.* 1. *omisso Sabellionis*; *Ultraj.* 2. *Sabelli*; *Leid.* 1. *Sabelli jure*.—18 *Unus cod. Coler.* cum uno quoque *Brand. Portii Catonis, Portiæ nominationis principis*; *Leid.* 2. *M. vero Catonis Portiæ*

## NOTE

<sup>n</sup> *Aristonicum cepit*] Audita morte Crassi continuo Perperna Consul in Asiam advolat; Aristonicum recenti exultantem victoria improvise bello adoritur, victum in fugam vertit; Stratonicen, quo ille fugerat, obsidet, illumque ad deditionem cogit.

<sup>o</sup> *Vitatriumphavit*] Duplex est hoc in loco, et quidem gravis, Valerii error: quod et Perpernam triumphasse, et illius patrem lege Papia damnatum esse velit; quæ duo falsa sunt: liquet enim ex omnibus Historicis, si unum Justinum exceperis, Perpernam, dum Romam ad triumphum rediret, apud Pergamum obiisse; et legem Papiam de peregrinis urbe pellendis multo post Perpernae mor-

tem anno urbis 688. latam esse a C. Papio Tribuno plebis.

<sup>p</sup> *Sabelli*] Qui montes inter Marsos et Sabinos incolunt, iis civitas concessa est bello Marsico viginti annis ante legem Papiam.

\* *An. M.* 3914. *Ol.* 162. 3. *Urb. C.* 623. *Ant. Ch.* 129.

<sup>q</sup> *Tusculi ignobile*] Quamvis humili loco natus Cato, solebat tamen, ut testis est Plutarchus, et patrem, et avum, et ut viros fortes, et bellica virtute claros sæpe prædicare.

<sup>r</sup> *Monumenta*] Edidit librum de originibus, quibus cum Italicarum urbium originem, tum præcipue populi Romani res gestas complexus est.

ris,<sup>s</sup> aucta majestas senatus,<sup>t</sup> prorogata familia,<sup>u</sup> in qua maximum decus posterior est ortus Cato.<sup>†</sup>

EXTERNA.

1. Sed ut Romanis externa jungamus, Socrates non solum hominum consensu, verum etiam Apollinis oraculo sapientissimus judicatus, Phanarete<sup>19</sup> matre obstetrice, et Sophronisco patre marmorario genitus, ad clarissimum lumen gloriæ excessit: neque immerito. Nam cum eruditissimorum virorum ingenia in disputatione cæca vagarentur, mensurasque Solis et Lunæ, et ceterorum siderum loquacibus magis, quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum<sup>20</sup> complecti auderent, primus ab his indoctis erroribus abductum animum, intima conditionis humanæ,<sup>v</sup> ac in secessu<sup>21</sup> pectoris repositos affectus scrutari coëgit: si virtus per se ipsam æstimetur, vitæ magister optimus.<sup>‡</sup>

2. Quam matrem Euripides,<sup>w</sup> aut quem patrem Demos-



*nationis principis.*—19 Quidam codd. *Phanatethe, Phanaretœ, Phanaretre*; item *Sophonico, Sophonisco, Sophonisto*: Ascens. et Steph. *Phænarete.*—20 Pro *ambitum* exhibet *habitum* Vet. cum nonnullis codd. in his Ultr. prim. Supra III. 3. ext. 4. sed Torrenius hic malit *ambitum* propter verbum *complecti*. Mox Colerus edidit *doctis* ut Lipsius conjecerat. Enimvero omnes libri scripti et editi habent, *indoctis.*—21 Ita Pigh. ex Camp. aliisque codd. habent et Brand. 1. 2. *in secessu*, non ut Aldd. *in secessum*: prius edebatur: *animum suum in intima c. h. et in secessum, &c.* Copes. habet: *in secessum pec-*

NOTÆ

<sup>s</sup> *Disciplina militaris*] Rem militarem auxit Cato, et libris ea de re scriptis, et victoriis; quas, et Consul in Hispania de Celtiberis sæpe, et Legatus M. Atilii in Thessalia de Antiocho retulit.

<sup>t</sup> *Majestas senatus*] Quem ipse Senator, Ædilis, Prætor, Consul, Censor maximis virtutibus decoravit.

<sup>u</sup> *Prorogata familia*] Duos filios habuit; et ex utroque nepotes, quibus omnibus Cato Uticensis omni virtutum genere præstitit.

† An. M. 3859. Ol. 146. 2. Urb. C. 558. Ant. Ch. 194.

<sup>v</sup> *Intima conditionis humanæ*] De Socrate idem fere tradit Cicero lib. v. *Tuscul.* ‘Primus de celo Philosophiam devocavit, et in urbibus collocavit, et in domos introduxit, et coëgit de moribus, et vita, rebusque bonis et malis quærere.’

‡ An. M. 3601. Ol. 81. 4. Urb. C. 300. Ant. Ch. 452.

<sup>w</sup> *Euripides*] Illustris Poëta tragicus, qui scripsit 75. fabulas.

thenes habuerit, ipsorum quoque sæculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera; alterius patrem cultellos venditasse,<sup>22</sup> <sup>x</sup> omnium pæne doctorum literæ loquuntur. Sed quid aut illius tragica, aut hujus oratoria vi clarius?



*toris sepositos; Leid. 7. reconditos.*—22 Nonnulli codd. *alterius patrem olera, alterius matrem c. vendicasse: Vet. omittit, olera: alterius patrem.*

## NOTÆ

<sup>x</sup> *Cultellos venditasse*] Idem etiam trem appellat Scytham Ponti acco- scripsit Suidas: at Æschines, licet lan; vere an secus, dubitat Plutar- illi infensissimus, patrem vocat vir- chus. Hic annotare libet, lapsum rum honestum nomine Demosthenem; turpiter Lucianum, dum Demosthe- qui, quod haberet servorum officina- nem illum Oratorem confundit cum Demosthene Duce, qui in Sicilia cum chæropæus dictus est: illius vero ma- Nicia periit.

## CAP. V.

QUI A PARENTIBUS CLARIS DEGENERARUNT.<sup>1</sup>

1 Cn. Scipio Africani majoris filius.      3 P. Clodii et Fulviæ F.  
2 Q. Fabius Allobrogici F.                      4 M. Hortensius Corbio.

SEQUITUR duplicis promissi pars adopertis illustrium virorum imaginibus reddenda: quoniam quidem sunt referenda, quæ<sup>2</sup> ab earum splendore degeneraverunt, teterrimis ignaviæ ac nequitia sordibus imbuta nobilia portenta.<sup>4</sup>

1. Quid enim monstro similis, quam superioris Africani

<sup>4</sup> *Sequitur ut jam loquar de iis, qui imagines majorum suorum vitiis suis obscurarunt; quæ pars est secunda promissi duas partes continentis, quandoquidem referendi sunt ii qui, ab avorum splendore degenerantes, quasi monstra quædam illustria extiterunt infecta sordibus teterrimis ignaviæ et nequitia.*



1 Ita hujus capituli Inscriptionem exhibent codd. Torren. Edd. vet. habent: *Qui a præclaris parentibus degenerarunt.*—2 Octo codd. Torren. cum

filius<sup>a</sup> Scipio? Qui in tanta domestica gloria ortus, a parvulo admodum regis Antiochi præsidio capi sustinuit; cum ei voluntaria morte absumi satius fuerit, quam inter duo fulgentissima cognomina patris et patruï, altero oppressa Africa jam parto, altero jam majore ex parte recuperata Asia,<sup>b</sup> surgere incipiente, manus vincendas hosti tradere, ejusque beneficio precarium spiritum obtinere: de quo mox L. Scipio speciosissimum Deorum hominumque oculis subjecturus erat triumphum.\*

Idem præturæ petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam<sup>4</sup> in campum detulit, ut nisi gratia Cicerei,<sup>b</sup> qui patris ejus scriba fuerat, adjutus esset, honorem a populo impetraturus non videretur. Quanquam quid interfuit utrum repulsam, an sic adeptam præturam domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animadvertent, id egerunt ne aut sellam ponere, aut jus dicere auderet. Insuperque e manu ejus anulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerunt. Di boni, quas tenebras ex quo fulmine nasci passi estis!<sup>c</sup> †

<sup>b</sup> Quorum cognominum alterum jam partum erat patri ex vieta Africa; alterum jam patruus merebatur Asia majore ex parte recuperata.

<sup>c</sup> Dii boni, quam ignavum hominem passi estis nasci ex Scipione Africano, qui bellicum fulmen fuerat!



edd. vett. referendi, qui, &c.—3 Vet. cum aliquot Mss. altero majori oppressa Africa (Africa Ultr. prim.) jam parte. Eadem cum Ultr. prim. altero majori ex parte recuperata Asia. Tres alii altero majore ex recuperata Asia. Bitur. 1. pretiosissimum.—4 Exc. Steph. obsolectam.—5 Codd. Torren. quinque Allo-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Superioris Africani filius] Longe aliter sentit Cicero; cujus de eodem Scipione hæc verba sunt: 'Nisi tenui fuisset valetudine, alterum extitisset civitatis lumen.' Africanum minorem ille adoptavit: qua ratione ab Antiocho captus sit, vide lib. II. c. 10. n. 2.

\* An. M. 3864. Ol. 147. 3. Urb. C. 563. Ant. Ch. 193.

<sup>b</sup> Nisi gratia Cicerei] Qui cum videret se in petitione Præturæ præferri Scipioni, descendit illico, abjectaque candida toga, Scipionis suffragatorem agere cœpit: biennio post Prætor Sardiniam sortitus est; et ex itinere Corsica subacta, in monte Albano triumphavit.

† An. M. 3879. Ol. 151. 2. Urb. C. 578. Ant. Ch. 174.

2. Age Q. Fabii Max. Allobrogici<sup>5</sup> et civis, et imperatoris clarissimi, filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit? cujus ut cetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt,<sup>d</sup> quod ei Q. Pompeius<sup>d</sup> prætor urbanus paternis bonis interdixit:<sup>6</sup> neque in tanta civitate, qui illud decretum reprehenderet,<sup>7</sup> inventus est. Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabiæ gentis splendori servire debebat, flagitiis disjici.<sup>8</sup> Quem ergo<sup>9</sup> nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica severitas exhæredavit.† :

3. Possedit favorem plebis Clodius Pulcher :<sup>e</sup> adhærensque Fulviæ<sup>f</sup> stolæ pugio<sup>e</sup> <sup>10</sup> militare decus muliebri imperio subjectum habuit. Quorum filius Pulcher, præterquam quod enervem et frigidam juventam egit, perditam etiam amore vulgatissimæ meretricis infamis fuit, mortisque erubescendo genere consumtus est. Abdomine enim avide devorato, foedæ ac sordidæ intemperantiæ spiritum reddidit.\*

<sup>d</sup> Tamen quales illius mores fuerint, perspicere potest vel ex hoc dedecore.

<sup>e</sup> Obtemperansque homo Fulviæ uxori suæ.



brogi; duo Allobrogis.—6 Bitur. 1. et Leid. 3. ingressum interdixit; Ultraj. 2. interdixerit ingressum.—7 Unus Rhem. rescinderet.—8 Atreb. Palm. Sus. Barb. 1. 2. et plurimi Torren. dissici, sive disici, ut est in Camp. Colon. et Winck. dissipari Leid. 6.—9 Ergoque Vet.—10 Quinque codd. Torren. habent,

## NOTE

<sup>c</sup> Maximi Allobrogici] Is, Q. Fabii Maximi Æmiliani filius, ad flumen Isaram 130. millia Allobrogum vicit.

<sup>d</sup> Q. Pompeius] Rufus, haud multo post cum L. Cornelio Sylla Consul, fraude Pompeii Strabonis cæsus est.

‡ An. M. 3963. Ol. 172. 2. Urb. C. 662. Ant. Ch. 90.

<sup>e</sup> Clodius Pulcher] Qui e gente Patricia Claudiorum, ut Tribunus fieret, a plebeio nescio quo adoptari non erubuit; Ciceronem in exilium expu-

lit, et a Milone occisus est.

<sup>f</sup> Fulviæ] Fulvia non ex nobili Fulviorum gente, sed Fulvii cujusdam Bambalionis filia; ter nupsit, primum Clodio, deinde Curioni, tum M. Antonio: mulier virilis audaciæ post pugnam Philippensem accincta gladio bellum Perusium excitavit, et paulo post in Græcia morbo et dolore periit.

\* An. M. 4018. Ol. 186. 1. Urb. C. 717. Ant. Ch. 35.

4. Jam Q. quidem<sup>11</sup> Hortensii,<sup>g</sup> qui in maximo et ingenuorum civium, et amplissimorum proventu, summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abjectiorem et obsceniorum vitam exegit: ad ultimumque lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat.†

*scolæ pugio; Leid. 1. stolæ pusio.*—11 *Nam Q. quidem* Ultraj. 1. 2. et Rhem. 1. 2. 3. Mox Vet. cum tribus codd. Torren. *ingeniorum*: Lipsius conjecerat *ingeniorum et civium amplissimorum*, probantibus Colero, Guyeto, et Perizonio. Torrenius *ingeniosorum civium* timide conjicit. Copes. et duo Rhem. *in maximo ingenuorum virorum amplissimorum.*

## NOTÆ

<sup>g</sup> *Q. quidem Hortensii*] Qui eloquentia, itidem ut Cicero, cujus dicendi laude æmulus erat, summos honores assecutus est. † An. M. 4030. Ol. 189. 1. Urb. C. 729. Ant. C. 23.

## CAP. VI.

DE ILLUSTRIBUS QUI IN VESTE AUT  
CETERO CULTU LICENTIOUS SIBI  
INDULSERUNT.<sup>1</sup>

- |                        |                      |
|------------------------|----------------------|
| 1 P. Scipio major.     | 5 C. Papirius Maso.  |
| 2 L. Scipio Asiaticus. | 6 C. Marius.         |
| 3 L. Cornelius Sylla.  | 7 M. Cato Uticensis. |
| 4 C. Duilius.          |                      |

ANIMADVERTO<sup>2</sup> in quam periculosum iter processerim. Itaque me ipse<sup>3</sup> revocabo; ne, si reliqua ejusdem generis naufragia consecrari perseveravero,<sup>a</sup> aliqua inutili relatione

<sup>a</sup> *Ne, si plura dicam de iis perditis juvenibus, qui bonorum suorum naufragium passi sunt.*

<sup>1</sup> Multi codd. Titulum ita constituunt: *Qui ex illustribus viris in veste aut in cetero cultu licentius sibi quam mos patrius permittebat indulserunt.*—<sup>2</sup> Hæc usque ad *indulserint*, ad cap. præcedens referuntur in Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph.—<sup>3</sup> Aliquot codd. Torren. *me ipsum*,



implicer.<sup>b</sup> Referam igitur pedem, deformesque umbras in imo gurgite turpitudinis suæ jacere patiar. Satius est enim narrare, qui illustres viri in cultu, ceteroque vitæ<sup>4</sup> ritu, aliqua ex parte novando, sibi indulserint.

I. P. Scipio, cum in Sicilia, augendo trajiciendoque in Africam exercitu,<sup>5</sup> a opportunum quærendo gradum,<sup>c</sup> Carthaginis ruinam animo volveret, inter consilia ac molitiones tantæ rei operam gymnasio dedit, pallioque et crepidis usus est.<sup>6</sup> Nec hac<sup>7</sup> re segniores Punicis exercitibus manus intulit; sed nescio an ideo alacriores: quia vegeta et strenua ingenia quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt.<sup>d</sup> \* Crediderim etiam favorem eum sociorum uberiores se adepturum existimasse, si victum<sup>8</sup> eorum et solennes exercitationes comprobasset. Ad quas tum<sup>9</sup> veniebat, cum multum ac diu fatigasset humeros, et cetera membra militari agitatione firmitatem suam probare coëgisset: consistebatque in his labor ejus, in illis<sup>10</sup> remissio laboris.<sup>e</sup>

<sup>b</sup> Non amplius de iis agam; sed patiar homines illos infames jacere in obscuritate suæ turpitudinis.

<sup>c</sup> Quærendo rationem idoneam ad transportandas in Africam copias.

<sup>d</sup> Ob hanc remissionem non minus fortiter pugnavit contra exercitus Pænorum; immo credo illum generosiores ideo se præbuisse, quia acria et strenua ingenia eo vehementiori impetu feruntur, quo plus remissioni a labore indulserunt.

<sup>e</sup> Labor ejus consistebat in exercitationibus militaribus; remissio vero laboris in his studiis.

sive meipsum.—4 Ita Dan. Brand. 1. 2. et quatuordecim codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Oliver. Aldd. 1. 2. 3. 4. 5. omnes Gryph. et Steph. Pighius tamen et hunc secuti Coler. Thys. &c. vitæ neglexerunt: Copes. habet, *ceteroque in ritu*. Mox nonnullæ vett. indulserunt.—5 Vet. cum quatuor Mss. *exercitum*. Unus *exercitui*, ut Vorstius *exercitu* explicavit. Harl. *quærens*, quod Torrenio spernendum, mihi interpretatio *roû quærendo* videtur. Aldus edidit *augendo exercitum, trajiciendoque*, quem sequuntur alii. Mox *hujus tantæ rei* Pighius invitit Mss. et antiq. editt. *Kapp*.—6 Klockius contra omnes codd. et edd. vett. emendat: *inque pallio et crepidis nisus est*.—7 Harl. et Mog. *Nec tamen hac*. Mox duo Rheim. Harl. Leidd. 2. 7. et Vet. *recessui*. Deinde Klockius legebat, *impetus dant*.—8 Vet. *si ritum*.—9 Vet. cum decem Mss. et Mog. *tamen*, quod Torrenius non improbat. Leid. prim. *mox nisi cum multum*; et Vet. *diutius*, pro *diu*.—10 Ita Pighius cum Aldus edidisset: *in illis l. e. in iis, &c.* Turbant

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Trajiciendoque exercitu*] Pulsis ex in Africa gereretur.  
Hispania Carthaginensibus, Scipio \* An. M. 3849. Ol. 143. 4. Urb.  
Consul auctor fuit Senatui, ut bellum C. 548. Ant. Ch. 204.

2. L. vero Scipionis<sup>b</sup> statuam chlamydatam<sup>11</sup> et crepidatam in Capitolio cernimus. Quo habitu videlicet, quia aliquando usus erat, effigiem suam formatam poni voluit.

3. L. quoque Sylla, cum imperator esset, chlamydato sibi et crepidato<sup>12</sup> Neapoli ambulare deforme non duxit.

4. C. autem Duilius,<sup>13</sup> qui primus navalem triumphum<sup>c</sup> ex Pœnis retulit, quotiescumque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, et fidicine, a cœna domum reverti solitus est, insignem bellicæ rei successum nocturna celebratione<sup>d</sup> testando.†

5. Nam<sup>14</sup> Papius quidem Masso, cum bene gesta Republica<sup>e</sup> triumphum a Senatu non impetrasset, in Albano monte<sup>f</sup> triumphandi et ipse initium fecit, et ceteris postea exemplum præbuit: proque laurea corona, cum alicui spectaculo interesset, myrtea semper<sup>15</sup> usus est.‡



codd. alii habent; *in illis l. e. in his, &c.* alii: *in iis, et illis*; alii: *in illis, et iis*; nonnulli ut dedit Pighius.—11 Omnes codd. Torren. *Clamidatam* scribunt.—12 Leid. 1. 7. et Ultraj. 2. *Clamidato habitu et crepidato*; Leid. 3. 6. et Copes. *clamidato et crepidato habitu*; Mog. *Clamidato sibi habitu et crepidato*.—13 Dan. cum undecim Torren. *Duilius*; Copes. *Duelius*. Mox Perizonius legit: *epulatus fuerat, vel erat*. Tum pro *funalem cereum* Petrus Faber legit, *funale*.—14 Pighius omisit *Nam*, improbante Torren. hoc habent decem codd. et edd. vett. *Jam Ultraj. 2. Marcus Papius Leidd. 2. 7.* Complures codd. *impetravisset*.—15 Harl. Bitur. 1. Leidd. 5. 6. 7. Ultraj. 1. 2.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *L. vero Scipionis*] Asiatici, qui Africani Majoris frater fuit, et Antiochum Magnum vicit. De Sylla sæpe antea.

<sup>c</sup> *Navalem triumphum*] Fugato a Pœnis Cornelio Scipione, Duilius intra 60. dies classem 160. navium construxit, commissoque prælio hostium naves 50. mersit: vertitque in fugam eorum ducem, seu Hannibalem, seu Imilconem.

<sup>d</sup> *Nocturna celebratione*] ‘Non contentus unius diei triumpho,’ inquit Florus, ‘per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, et præcinere sibi tibias jussit, quasi

quotidie triumpharet.’ Idem fere Cicero in Catone.

† An. M. 3794. Ol. 130. 1. Urb. C. 493. Ant. Ch. 259.

<sup>e</sup> *Bene gesta Rep.*] Corsos quidem vicerat Papius; sed magna suorum strage: quare negatus honos triumpho.

<sup>f</sup> *In Albano monte*] Non procul ab urbe; quod Jupiter, et Imperator, et Victor, ut in Capitolio, ita in illo monte prisca religione coleretur. Hodie *Monte Albano*.

‡ An. M. 3823. Ol. 137. 2. Urb. C. 522. Ant. Ch. 23.

6. Jam C. Marii pæne insolens factum: nam post Jugurthinum,<sup>g</sup> Cimbricumque et Teutonicum triumphum cantharo semper potavit: quod Liber Pater,<sup>h</sup> Indicum<sup>16</sup> ex Asia deducens triumphum, hoc usus poculi genere ferebatur; ut, inter ipsum haustum vini, victoriæ ejus suas victorias compararet.

7. M. autem Cato Prætor, M. Scauri,<sup>i</sup> ceterorumque reorum judicia, nulla indutus tunica, sed tantummodo prætexta amictus<sup>j</sup> egit.<sup>†</sup>



Vet. et Mog. non habent *semper*.—16 Ita Brand. 1. 2. Camp. Gembl. Atreb. Winck. 1. 2. 3. Colon. Canch. duodecim Torren. cum edd. vett. *inclytum* dedit Pighius; Vet. cum quibusdam codd. Torren. *indicium*. Mox pro *deducens* quidam *ducens*; et pro *inter ipsum*, Vet. *per ipsum*.

## NOTÆ

<sup>g</sup> *Jugurthinum*] De Marii triumphis jam sæpius.

<sup>h</sup> *Liber Pater*] Liber, magna Poëtis fingendi materies; eum enim ex Jove et Semele genitum, totum terrarum orbem victoriis peragrasse fabulantur; aliaque multa, quæ omnibus nota sunt.

\* An. M. 3955. Ol. 167. 4. Urb. C. 644. Ant. Ch. 108.

<sup>i</sup> *M. Scauri, &c.*] Qui magnificentum theatrum extruxerat Ædilis, ex Præ-

tura Sardiniam sortitus, in urbem ad petendum Consulatum rediit, et repetundarum apud Catonem Uticensem tum Prætorem postulat<sup>us</sup> est: de quo judicio postea uberius.

<sup>j</sup> *Prætexta amictus*] Cum id ex veteri consuetudine repeteret, quod statuæ, tum Romuli in Capitolio, tum Camilli in Rostris, togatæ sine tunica cernerentur. Ita Pædianus.

† An. M. 4000. Ol. 181. 3. Urb. C. 699. Ant. Ch. 53.

## CAP. VII.

## DE FIDUCIA SUI.

## QUÆ IN ROMANIS.

- 1 P. Scipione Majore.
- 2 P. Scipione Æmiliano.
- 3 P. Nasica Serapione Cos.
- 4 M. Livio Salinatore Cos.
- 5 P. Furio Philo Cos.
- 6 L. Licinio Crasso procos.
- 7 M. Catone Majore reo.
- 8 M. Æmilio Scauro reo.
- 9 M. Antonio oratore.
- 10 Senatu Romano.
- 11 L. Accio poëta.

## QUÆ IN EXTERNIS.

- 1 Euripide poëta.
- 2 Antigenida tibicine.
- 3 Zeuxe pictore.
- 4 Phidia sculptore.
- 5 Epaminonda Thebano.
- 6 Hannibale Pœno.
- 7 Cotye Thracum rege.
- 8 Antroclida, Leonida, et Agide Spartanis.

SED hæc, atque his similia, virtutis aliquid sibi in consuetudine novanda licentiæ sumentis indicia sunt.<sup>a</sup> Illis autem, quæ deinceps subnectam, quantam<sup>1</sup> sui fiduciam habere soleat, cognossetur.

1. P. et Cn. Scipionibus in Hispania cum majore parte exercitus ab acie Punica oppressis, omnibusque provinciæ ejus nationibus Carthaginensium amicitiam secutis, nullo ducum nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente, P. Scipio quartum et vicesimum annum agens iturum se pollicitus est. Qua<sup>2</sup> quidem fiducia populo Romano salutis ac victoriæ spem<sup>a</sup> dedit.\* Eademque in ipsa

<sup>a</sup> Sed hæc exempla et his similia sunt indicia virtutis sibi usurpantis aliquid licentiæ in inducendis novis consuetudinibus.



1 Pighius et alii *quantum*, quod Torrenio videtur a Gryphiis ortum; enimvero jam Vet. habet *quantum*. Sex codd. Torren. *quantam*; Harl. *quanta sui fiducia haberi*; Ultraj. 1. etiam, *fiducia*; Ultraj. 2. et Copes. *fiduciam virtus*; Mog. *quam sui fiduciam virtus habere soleat*.—2 Sic codd. plerique Torren.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Victoriæ spem*] Ita disseruit coram populo de ratione belli gerendi, ut et timorem adimeret, et magnam

daret spem victoriæ.

\* An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C. 542. Ant. Ch. 210.

Hispania usus est. Nam cum oppidum Badium<sup>3</sup> circum-  
sederet, tribunal suum adeuntes, in ædem, quæ intra mœ-  
nia hostium erat, vadimonia<sup>4b</sup> in posterum diem facere  
jussit: continuoque urbe potitus, et tempore et loco, quo  
prædixerat, sella posita, jus eis dixit.† Nihil hac fiducia  
generosius, nihil prædictione verius, nihil celeritate effica-  
cius, nihil etiam dignitate dignius. Nec minus animosus,  
minusve prosperus<sup>5</sup> illius in Africam transitus, in quam ex  
Sicilia exercitum senatu vetante<sup>c</sup> traduxit; quia, nisi plus  
in ea re suo, quam patrum conscriptorum consilio credi-  
disset, secundi Punici belli finis inventus non esset.‡ Cui  
facto par illa fiducia, quod, postquam Africam attigit, spe-  
culatores Hannibalis in castris deprehensos, et ad se per-  
ductos, nec supplicio affecit, nec de consiliis ac viribus  
Pœnorum percunctatus est, sed circa omnes manipulos di-  
ligentissime ducendos<sup>6</sup> curavit. Interrogatosque, an satis  
ea considerassent, quæ speculari jussi erant, prandio dato<sup>d</sup>

cum Vet. Mog. Venett. et Mediol. Quæ in vulgatis.—3 Barb. 1. *Brusiam*;  
Leid. 2. *Badia*; Leid. 7. *Baudiam*, sed puncto deletur *u*; Leid. 3. *Licidiam*;  
Leid. 5. 6. et Bitur. 1. *Hadium*.—4 Undecim codd. Torren. *vadimonium*;  
ceteri cum edd. vett. *vadimonia*.—5 Ita Pigh. ex Cauch. Camp. Colon.  
Gembl. Atreb. et Winck. et sic alii codd. *prosper* tamen tuentur Barb. 1. 2.  
Ultraj. 1. 2. Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. Colin. Gryph. et  
Steph.—6 Vulgg. *deducendos*; omnes codd. Torren. cum Vet. Mog. et Ve-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Vadimonia*] Actione a Prætore impetrata, actor certa verborum formula vadabatur reum; hoc est vades, sive sponsores petebat, fore ut certo die ante Judicem se sisteret: qui provocabat, vadari; qui provocabatur, vadimonium promittere; qui vero vadimonium pro altero promittebat, vas esse dicebatur.

† An. M. 3848. Ol. 143. 3. Urb. C. 547. Ant. Ch. 205.

<sup>c</sup> *Senatu vetante*] Fallitur Valerius. Exercitum in Sicilia dum comparat Scipio, multis quidem Romæ probris laceratus est; Pleminii Legati dissimulasse crimina, cum pallio et crepidis ambulare in Gymnasio, nimio

plus indulgere licentiæ militum, Carthaginem atque Hannibalem excidisse animo: quare Fabius Maximus Scipionem revocandum censuit. Placuit tamen Senatui Q. Pompeium Prætorem cum decem Legatis in Siciliam mitti: hi a Scipione benigne excepti, et per terrestrem navalemque exercitus ducti, palam prædicare, aut illo duce atque exercitu vinci Carthaginem, aut nullo alio posse; jussusque a Senatu Scipio quam primum in Africam trajicere. Hæc fere Livius et Plut.

‡ An. M. 3850. Ol. 144. 1. Urb. C. 549. Ant. Ch. 203.

<sup>d</sup> *Prandio dato*] Addit Polybius,

ipsis, jumentisque eorum, incolumes dimisit.\* Quo tam pleno fiducia spiritus prius animos hostium, quam arma, contudit. Verum ut ad domestica eximia ejus fiducia acta veniamus, cum a L. Scipione ex Antiochensi pecunia H-S. quadragies<sup>e</sup> ratio in curia reposceretur, prolatum ab eo librum,<sup>7</sup> quo acceptæ et expensæ summæ continebantur, et refelli inimicorum accusatio poterat, discersit:<sup>f</sup> indignatus de ea re dubitari, quæ sub ipso legato administrata fuerat.† Quin etiam in hunc modum egit: ‘Non reddo, patres conscripti, ærario vestro H-S.<sup>8</sup> quadragies rationem, alieni imperii minister, quod meo ductu, meisque auspiciis bis millies H-S. uberius feci. Neque enim huc, puto,<sup>9</sup> malignitatis ventum, ut<sup>b</sup> de mea innocentia quærendum sit. Nam cum Africam totam potestati vestræ subjecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Asiaticæ gazæ avarum reddiderunt: sed uterque nostrum magis invidia, quam pecunia locupletior est.’ Tam constantem defensionem Scipionis universus Senatus comprobavit.

<sup>b</sup> Neque enim puto aliquem habere tantum in me odium, ut, &c.

nett. habent *ducendos*.—7 Ita Pighius e vet. cod. cum alii omnes et edd. vett. haberent: *pro lato ab eo libro*. Mox novem Torren. *et quo refelli*: pro *discersit*, nonnulli cum Mog. *discessit*.—8 Copes. et alii Torren. *Sextertii*; et dein, *bis millies sextertio*: Leid. 7. Ultraj. 1. 2. et Barb. 2. *sestertii*.—9 Ita Pigh. ex Colon. Gembl. et Winck. plerique codd. Torren. cum Mog. *huc puto eo*; Harl. *adhuc puto eo*; alii, *adhuc puto*. In Leid. 2. supra *huc* ascriptum est

#### NOTÆ

illis dedisse viaticum; Zonaras vero, ex tribus speculatoribus duos apud Scipionem ultro mansisse.

\* An. M. 3852. Ol. 144. 3. Urb. C. 551. Ant. Ch. 201.

<sup>e</sup> *HS. quadragies*] Intellige centena millia sestertium. Sestertius erat quarta pars denarii, seu duo asses cum semisse; as vero et libra cum idem esset, sestertius his notis *LL. S.* designari primum solebat, ita ut *LL.* libras, *S.* semissem indicarent: postea vero hoc characterē *HS.* notari cœpit. Si numerus institutus ab

unitate ad mille procedat, numerantur sestertii decem, viginti, &c. si a mille ad millionem, vel decem millia sestertia, vel decem millia sestertium: si vero a milione ad majorem numerum, aut decies sestertium, aut decies centena sestertium.

<sup>f</sup> *Discersit*] Obtulisse libellum scribit Gellius; deinde continuo discessisse, cum diceret: ‘possem rationem reddere; sed non faciam.’

† An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

Sicut et illud factum, quod, cum ad necessarium Reip. usum pecuniam ex ærario promi opus esset, idque Quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, privatus claves poposcit, patefactoque ærario,<sup>g</sup> legem utilitati cedere coëgit. Quam quidem ei fiduciam<sup>10</sup> conscientia illa dedit, qua<sup>11</sup> meminerat omnes leges a sese esse servatas. Non fatigabor ejusdem facta identidem referendo, quoniam ne ille quidem in consimili genere<sup>12</sup> virtutis edendo fatigatus est.<sup>c</sup> Diem illi ad populum<sup>h</sup> M. Nævius tribunus pleb. aut, ut quidam memorant, duo Petilii dixerant: † quo<sup>13</sup> ingenti frequentia in forum deductus, Rostra conscendit, capitique suo corona triumphali imposita, ‘Hac ego,’ inquit, ‘Quirites, die Carthaginem, magna spi-

<sup>c</sup> Quoniam nec ille defatigatus est in edendo alio exemplo similis virtutis.



ad.—10 Ita Pighius ex codd. quidam *quandoquidem fiduciam*; edd. vett. *quam quidem fiduciam*.—11 Vulgo *quia*, sed Torrenius ex cod. Perizoniano in textum recepit *qua*.—12 Nonnulli codd. *nec ille*, &c. Vorstius legit, *ne ille quidem consimili genere*. Tnm Vet. cum Brand. uno et Ultr. prim. *sudando*; Lipsius conjicit *se dando*. ‘Cur vulgatum mutandum sit, non video.’ Kapp.—13 Ita Vet. Mog. et Mss. Quidam libri editi *qui*. Deinde *Hoc ego*, inquit, Vet. cum undecim Mss. Mog. Paulo post Klokkius legit, *Rostra escendit*.—14 ‘Ita unus Brand. Ultraj. prim. et Toll. itemque Vet. quod superbiam Carthaginis convenientius est quam vulgatum, *sperantem*, ut recte Torrenius judicat.’ Kapp. *spirantem* jam placuerat Modio et Colero. Mox, *nostras pro vestras*

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Patefactoque ærario*] Id contigit cum L. Sempronius Tuditanus Prætor a Celtiberis cum toto fere exercitu cæsus est.

† An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

<sup>h</sup> *Diem illi ad populum*, &c.] Accusationis capita erant, filium captum ab Antiocho sine pretio redditum; ipsum ab Antiocho, quasi pacis bellicque fuisset arbiter, cultum esse; et alia hujusmodi. Jussus dicere causam sine ulla criminum mentione, orationem adeo magnificam de rebus a se gestis est exorsus, ut satis constaret neminem unquam, neque melius, neque verius laudatum esse.

Orationibus Tribunorum in noctem perductis, producta dies est; ubi ea venit, Scipio magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad rostra subiit, silentioque facto: ‘Hoc,’ inquit, ‘die, Tribuni plebis, vosque Quirites, cum Hannibale collatis signis in Africa bene ac feliciter pugnavi,’ et alia quæ narrat Valerius. Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni illuxit: post quem, cum invidiam et certamina cum Tribunis plebis prospiceret, in Linternum concessit: major animus et natura erat, quam ut reus esse sciret. Hæc Livius.

rantem,<sup>14</sup> leges vestras accipere jussi: proinde æquum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum.' Speciosissimam ejus deinde vocem æque clarus eventus secutus<sup>15</sup> est: siquidem et senatum totum, et universum equestrem ordinem, et cunctam plebem Jovis Optimi Maximi pulvinaria petens, comitem habuit. Restabat ut tribunus apud populum sine populo ageret, desertusque in foro cum magno calumniæ suæ ludibrio, solus moraretur. Cujus devitandi ruboris causa,<sup>16</sup> in Capitolium processit, deque accusatore Scipionis venerator est factus.<sup>17</sup>

2. Aviti spiritus egregius successor Scipio Æmilianus, cum urbem prævalidam<sup>i</sup> obsideret, suadentibus quibusdam ut circa mœnia ejus ferreos murices<sup>j</sup> spargeret, omniaque vada tabulis plumbatis consterneret, habentibus clavorum acumina,<sup>18</sup> ne subita eruptione hostes in præsidia nostra impetum facere possent; respondit, 'non esse ejusdem, et capere aliquos velle, et timere.'\*

3. In quamcumque memorabilium partem exemplorum convertor,<sup>19</sup> velim nolim, in cognomine Scipionum hæream necesse est. Qui<sup>20</sup> enim licet hoc loci Nasicam<sup>k</sup> præterire fidentis animi, dictique clarissimum<sup>21</sup> auctorem? An-



in multis codd. et edd. vett.—15 Vet. non habet *secutus*.—16 Colerus ejicit τὸ *causa*, quia non habent codd. Dan. Mod. et Bamber.—17 Vet. cum codd. Torren. *factus est*: Ultraj. 2. Nævius *venerator est factus*.—18 Ita ex Copes. emendavit Perizonius; et sic est in Leid. 3. ceteri codd. habent, *cacumina*. Pro *spargeret* Harl. *sterneret*. Mox Ultraj. 1. *subita irruptione*.—19 Vet. cum Ultraj. 1. 2. et Mog. *convertar*; Copes. et alii *convertor*. Mox omnes codd. et edd. vett. *velim nolimve*; Copes. *velimve nolim*; Ultraj. 1. *velim nolimve ut in cognomine*.—20 Ita Leid. 5. Copes. Ultraj. 2. Vet. et Mog. *Cui* in ceteris.—21 Perizonius malit *clarissimi*, sed non favent codd.—22 Plerique codd.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Urbem validam*] Numantiam.

<sup>j</sup> *Murices*] Murex dicitur acumen saxi; sic enim Virgil. 'Acuto in murece remi Obnixi crepuere.' Hic tamen ponitur pro quamcumque re acuta.

\* An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

<sup>k</sup> *Nasicam*] Qui Tib. Gracchum occidit; quem Curiacius ille homo nullius pretii, dum illius jussu etiam tum Consul in carcerem ducitur, ex Serapionis victimarii similitudine Serapionem per ludibrium appellavit.



nonæ caritate increbescente,<sup>22</sup> C. Curiatius tribunus pleb. productos in concionem Coss. compellebat, ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis, in curiam<sup>23</sup> referrent.<sup>d</sup> Cujus instituti minime utilis interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri cœpit. Obstrepente deinde plebe, ‘Tacete, quæso, Quirites,’ inquit, ‘plus enim ego, quam vòs, quid reipubl. expediat, intelligo.’ Qua voce audita, omnes, pleno venerationis silentio, majorem ejus auctoritatis,<sup>24</sup> quam suorum alimentorum respectum egerunt.<sup>†</sup>

4. Livii quoque<sup>25</sup> Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui, cum Hasdrubalem exercitumque Pœnorum in Umbria delessent, et ei diceretur, Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus et signis sparsos ac palantes parva manu opprimi posse, respondit, ‘in hoc iis parci<sup>26</sup> oportere,<sup>1</sup> ne hostibus tantæ cladis domestici nuntii deessent.’ †

5. Bellica hæc præsentia<sup>27</sup> animi: togata illa, sed non minus laudabilis, quam P. Furius Philus<sup>m</sup> consul in senatu exhibuit. Q. enim Metellum, Q.que Pompeium, consula-

<sup>d</sup> Ut referrent in Senatu de frumento emendo, et mittendis legatis ad illud negotium expediendum.



Torren. *increbescente*; Ultraj. 2. et Copes. *increbescente*. Mox Ultraj. 1. 2. *Curatius*.—23 Perizon. conj. in *Suriam*. Vide Sueton. Jul. Cæs. 22.—24 Ita Pighius ex codd. et sic Vet. Mog. et Mediol. *auctoritatem* habet tantum unus Rhem.—25 Vet. *Livii vero*, &c. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. *auctoritate tradens*; sed vocem *auctoritate* non agnoscunt Camp. Gembl. Atreb. Winck. 1. 2. 3. Colon. Cauch. Torreniani, et edd. antiquiss.—26 Ita undecim codd. Torren. cum edd. vett. Pighius vero tacite dedit, *respondit parci iis*; Leid. 5. *hoc iis parci*; Douac. habet etiam *in hoc*.—27 Nonnulli codd. Torren. præ-

#### NOTÆ

† An. M. 3916. Ol. 160. 3. Urb. C. 615. Ant. Ch. 137.

<sup>1</sup> *Parci oportere*] ‘Supersint,’ inquit, ‘aliqui nuntii et hostium cladis et nostræ virtutis.’ Tanta victores sanguinis cædisque ceperat satietas; hostium enim 56. millia cæsa, capta quinque dicuntur; præda ingens, tum omnis generis, tum auri et argenti. Hasdrubal ipse, ne superstes tanto exercitui esset, se in cohortem Ro-

manam immisit, ibique ut patre Amilcare et fratre Hannibale dignum erat, pugnans cecidit; redditaque æqua Cannensi clades, vel ducis, vel exercitus interitu.

‡ An. M. 3847. Ol. 143. 2. Urb. C. 546. Ant. Ch. 206.

<sup>m</sup> *P. Furius Philus*] Qui Consul cum Sex. Attilio Serrano. Quis Metellus, Pompeiusve scire nihil admendum interest.

res viros, vehementes inimicos suos, cupidam<sup>28</sup> sibi profectionem in provinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantes, legatos secum illuc ire coëgit. Fiduciam<sup>29</sup> non solum fortem, sed pæne etiam temerariam! quæ duobus acerrimis odiis latera sua cingere ausa est, usumque ministerii, vix tutum in amicis, e sinu inimicorum petere sustinuit.<sup>e\*</sup>

6. Cujus<sup>30</sup> factum si cui placet, necesse est L. etiam Crassi,<sup>n</sup> qui apud majores eloquentia clarissimus fuit, propositum non displiceat: nam cum ex consulatu<sup>31</sup> provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem<sup>o</sup> damnaverat, ad speculanda acta sua venisset, non solum eum inde non summovit, sed insuper locum ei in tribunali assignavit, nec ulla de re, nisi eo in consilium adhibito, cognovit. Itaque acer et vehemens Carbo nihil aliud Gallica peregrinatione consecutus est, quam ut animadverteret sontem<sup>32</sup> patrem suum ab integerrimo viro in exilium missum.<sup>†</sup>

<sup>e</sup> *Qua ausus est semper habere secum duos viros, odio maximo ipsum prosequentes, et voluit inimicos adhibere ad omnia legationis munera, quæ amicis vix tuto committuntur.*

*stantia.*—28 Sic omnes codd. Torren. cum edd. antiq. *cupitam* in vulgg.—29 Pighius ex Camp. et vestigiis Atreb. Gembl. Colon. et Winck. legit, *O fiduciam*. Deinde post *temerariam* Aldus addiderat *exhibens*, quod tres tantum codd. habent. Alii pro *quæ* . . . *ausa est* legunt, *qua* . . . *est ausa*, contra plurium codd. et edd. vett. auctoritatem.—30 *Hujus* Pighius, quod nec codd. nec edd. vett. agnoscunt.—31 Ita Vet. cum Atreb. unus Brand. et Ultraj. prim. ceteri *ex consule, exconsul, cum consul*. Nostra lectio significat ‘post consulatum.’ Torrenius tamen malit: *nam cum is consul*; quia Crassus consul provinciam Galliam obtinuit, non vero *proconsul*. Mox Barb. 1. Leid. 3. et Copes. *Gallicam*; Leid. 1. *Galliæ*. Deinde Leid. 1. et edd. antiq. *Cn. Carbo*.—32 Vet. *p. sortem*; Rhem. 1. 2. 3. et Harl. *sontem*; Bitur. 1. *fore*; Leid. 5. *fortem*; Leid. 7. Copes. Ultraj. 2. Toll. et Mog. *recte*; Leid. 3. *forte*, vel *sontem*; Ultraj. 1. *sontem*: unde Torrenius conjicit *recte sontem*, ut *recte* cum

#### NOTÆ

\* An. M. 3918. Ol. 161. 1. Urb. C. 617. Ant. Ch. 135.

<sup>n</sup> *L. etiam Crassi*] Ex gente nobilissima Liciniorum fuit, M. Antonii eloquentiæ gloria æmulus: de quo et de Carbonis damnatione postea pluribus.

<sup>o</sup> *Cujus patrem*] C. Papirium Carbonem Oratorem celeberrimum.

Damnatus est, quod, vel Triumvir dividendo agro seditionem excitaverat, vel contra Cimbro rem male gesserat; morte voluntaria se a severitate judicium vindicavit, ex Cicerone.

† An. M. 3959. Ol. 171. 2. Urb. C. 658. Ant. Ch. 94.

7. Cato vero superior sæpenumero ab inimicis ad causæ dictionem<sup>33 p</sup> vocatus, nec ullo unquam crimine convictus, ad ultimum tantum fiduciæ in sua innocentia reposuit, ut ab his in quæstionem publicam deductus, Ti. Gracchum, a quo in administratione reipubl. ad multum odium<sup>34</sup> dissi- debat, judicem deposceret. Qua quidem animi præstan- tia<sup>35</sup> pertinaciam eorum insectandi se inhibuit.†

8. Eadem M. Scauri<sup>36</sup> fortuna: æque senectus longa ac robusta: idem animus. Qui cum pro Rostris accusaretur, quod a rege Mithridate ob rempublicam prodendam pecu- niam accepisset, causam suam ita egit: ‘Est enim<sup>37</sup> ini- quum, Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me ra- tionem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum ma- jor pars honoribus et actis meis interesse non potuit, in- terrogare: Varius Sucronensis<sup>38 q</sup> Æmilium Scaurum regia mercede corruptum<sup>r</sup> imperium populi Rom. prodidisse ait:



*missum esse conjungatur. Sontem opponit integerrimo.*—33 Copes. *de causæ dictione*: Ultraj. 2. *vocatus est*. Deinde Leid. 1. *nec in ullo*.—34 Ita Brand. 1. 2. et omnes codd. Torren. Pighius tamen in margine notat, quosdam codd. habere, *ad ultimum odium*; Leid. 2. *ob multum odium*.—35 Vorstius malit, *animi præsentia*, probante Torrenio; codd. tamen omnes habent, *præ- stantia*. Mox Vet. *in consecrandi se*.—36 M. *Æmilii Scauri* in Ultraj. 1.—37 *Est quidem* edidit Pighius tacite, contra omnes codd. et edd. vett.—38 Co- lero placet admodum scriptura edd. vett. et Dan. *Varius Severus Sucronensis*; et sic in Brand. 1. 2. sed pro *Sucronensis* hi *Veronensis* exhibent; ita etiam sex Leidd. Bitur. 1. 2. Barb. 1. Ultraj. 1. 2. Toll. Copes. et Mog. *Varius Severus Seronensis* Leid. 7. ab al. m. *Varius Severus Mucronensis* Harl. Notat tamen

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Ad causæ dictionem*] Vel quadra- gies quater, ex Plinio; vel quinquagies, ex Plutarcho, et accusatus et absolutus est: cumque annos natus 86. etiam id ætatis accusaretur, ‘Dif- ficillimum est,’ inquit, ‘cum inter alios homines vixerim, de his, quæ ab adversariis objecta sunt, crimini- bus apud alios respondere.’ Id enim de Catone refert Plutarchus, quod Valerius M. Scauro tribuit.

† An. M. 3877. Ol. 150. 4. Urb. C. 576. Ant. Ch. 176.

<sup>q</sup> *Varius Sucronensis*] Vastus et fœ-

dus homo, seditiosus et importunus, ex Cicer. Hybrida vulgo dictus propter jus obscurum civitatis; oriundus enim erat ex Sucrone Hispaniæ op- pido.

<sup>r</sup> *Regia mercede corruptum*] Errat Valerius: nec enim crimini datum est Scauro a Mithridate accepisse pecuniam; sed socios ad arma mo- visse. Varius enim ille Tribunus plebis legem tulerat, ut quæreretur in eos, qui socios ad bellum concitassent. M. Scaurus paucis his verbis suam causam egit: ‘Q. Varius Su-

Æmilius Scaurus<sup>39</sup> huic se affinem esse culpæ negat. Utri creditis? Cujus dicti admiratione populus commotus Varium ab illa dementissima<sup>40</sup> actione pertinaci clamore depulit.\*

9. Contra M. Antonius<sup>s</sup> ille disertus; non enim respuendo, sed amplectendo causæ dictionem, quam innocens esset, testatus est. Quæstor proficiscens in Asiam, Brundisium<sup>t</sup> jam pervenerat: ubi literis certior factus<sup>41</sup> incesti se postulatum apud L. Cassium prætorem,<sup>u</sup> cujus tribunal propter nimiam severitatem scopulus reorum dicebatur; cum id vitare beneficio legis Memmiæ<sup>42</sup> liceret, quæ eorum, qui reipubl. causa abessent, recipi nomina vetabat, in Urbem tamen recurrit. Quo tam<sup>43</sup> pleno fiduciæ bonæ consilio, cum absolutionem celerem, tum protectionem honestiorem consecutus est.†

10. Sunt et illa speciosæ fiduciæ publica exempla.<sup>44</sup> Nam cum<sup>45</sup> eo bello, quod adversus Pyrrhum gerebatur, Carthaginenses c. ac XXX. navium classem in præsidium Romanis Ostiam ultro misissent, senatui placuit legatos ad

hic Theophilus alios codd. habere *Sucronensis*.—39 Harl. *M. Æmilius Scaurus*. Mox Leid. 1. delet *esse*.—40 Leid. 1. *vehementissima*.—41 Vocem *factus* delet octo codd. Torren. cum Vet. et Mog. *certitior* Copes. *certioratus* Ultraj. 1.—42 Leid. 1. *Neviæ*; Leid. 2. *Meviæ*; Leid. 5. *Memime*; Exc. Steph. *Meminiæ*; Leid. 6. *Numiæ*; Copes. *Meneniæ*; Ultraj. 2. *Nemini*; alii, *Neviæ*. Lectio nostra debetur Pighio. Mox Vet. *necebat* pro *vetabat*.—43 *Quæ vota* Vet. deinde plures codd. Torren. *cum*.—44 Perizonius conj. *speciosa publicæ fiduciæ exempla*.—45 Ita omnes codd. Pighius vero tacite scripsit: *Nam eo bello . . . ultro cum misisset*. Nonnulli codd. Torren. *centum et viginti navium*.

#### NOTÆ

cronensis M. Scaurum Senatus principem socios in arma ait concitasse. M. Scaurus princeps Senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?'

\* An. M. 3963. Ol. 172. 2. Urb. C. 662. Ant. C. 90.

<sup>s</sup> *M. Antonius*] Orator.

<sup>t</sup> *Brundisium*] Urbem Salentinorum maritimam prope Tarentum. Hodie *Brindisi*.

<sup>u</sup> *Apud L. Cassium Prætorem*] Cu levius, quam par esset, de stupris Vestalium quævisse Pontifices dicerentur, L. Cassius ob severitatis famam extra ordinem post Consulatum et Censuram Prætor factus jussu populi incesti causam obtinuit. Ita Livius in Epit. et Pædian.

† An. M. 3941. Ol. 166. 4. Urb. C. 640. Ant. Ch. 112.

ducem eorum ire, qui dicerent, ‘populum Rom. bella suscipere solere, quæ suo milite gerere posset: proinde classem Carthaginem reducerent.’ † Idem post aliquot annos Cannensi clade exhaustis Romani imperii viribus, supplementum exercitus in Hispaniam mittere ausus, fecit, ne hostilium locus castrorum, tum maxime Capenam portam armis Hannibale pulsante, minoris veniret, v quam si Pœni illum non obtinerent. f Ita se gerere in adversis rebus 46 quid aliud est, quam sævientem fortunam, in adjutorium sui, pudore victam convertere? \*

II. Magno spatio divisus est a senatu ad poëtam Accium w transitus. s Ceterum ut ab eo decentius ad externa transeamus, producatur in medium. Is Julio Cæsari 47 amplissimo et florentissimo viro in collegium poëtarum venienti nunquam assurrexit: non majestatis ejus immemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret. Quapropter insolentiæ crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.

f Fecit, ut locus, in quo hostes castra posuerant, non minori pretio venderetur, quam si a Pœnis non fuisset occupatus: dum Hannibal non procul aberat a porta qua itur Capuam.

s Quamquam non multum conveniat inter Senatum, de quo modo locuti sumus, et Accium Poëtam, de quo mox, dicemus.



—46 Copes. non habet vocem *rebus*, probantibus Perizon. et Torren.—47

#### NOTE

† An. M. 3776. Ol. 125. 3. Urb. C. 475. Ant. Ch. 277.

v *Minoris veniret*] Id adeo superbum atque indignum visum Hannibali, ejus soli, quod bello captum possideret, inventum Romæ emtorem, ut extemplo vocato Præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc essent, jusserit venire: at, qui eas emeret, invenit neminem.

\* An. M. 3843. Ol. 142. 2. Urb. C. 542. Ant. Ch. 210.

w *Accium*] Cum Accius Poëta et C. Julius Cæsar diversis plane venerint temporibus, alius est, vel hic Accius a Poëta, vel hic Cæsar a Dictatore: natus enim Accius est anno Urbis 583. ex Eusebio, Mancino et Serrano Coss. Pacuvio quidem junior; Cæsare vero Dictatore multo senior.

## EXTERNA.

1. Ne<sup>48</sup> Euripides<sup>x</sup> quidem Athenis arrogans visus est, cum postulante populo, ut ex tragœdia quandam sententiam tolleret, progressus in scenam dixit: ‘Se ut eum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas componere solere.’ Laudanda profecto fiducia est, quæ æstimationem<sup>49</sup> sui certo pondere examinat, tantum sibi arrogans, quantum a contemptu et insolentia distare satis est.<sup>h</sup> †

Itaque etiam quod Alcestidi tragico<sup>50</sup> poëtæ respondit, probabile: apud quem cum quereretur, quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere<sup>51</sup> potuisset,<sup>i</sup> atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur: ‘Sed hoc,’ inquit, ‘interest, quod tui in triduum tantummodo,<sup>52</sup> mei vero in omne tempus sufficient.’ Alterius enim fœcundi<sup>53</sup> cursus scripta intra primas memoriæ metas corruerunt: alterius cunctante stylo elucubratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.<sup>j</sup> †

<sup>h</sup> Quæ pensat justa mensura sua merita, multum sibi vindicans; sed nihil tamen quo alios arrogantia quadam contemnere videatur.

<sup>i</sup> Potuisset summo labore componere.

<sup>j</sup> Versus enim Alcestidis scripti maxima facilitate paulo post perierunt; ubi semel eorum obliti sunt, qui illos didicerant: versus vero Euripidis, difficili et laborioso studio compositi, per omne tempus aeternam gloriam consequentur.

~~~~~

Sex Julio Cæsari legit Glareanus.—48 Ita Vorst. ex Brand. 1. 2. et Herbip. Nec dedit Aldus; codd. Torreniani variant. Mox quidam codd. *postulante eum populo*; Vet. *in populo*. Copes. *quandam sententiam*, i. e. *quãdam*.—49 Unus Brand. Copes. Ultraj. 1. alii, cum Vet. *existimationem*.—50 Brodæus Miscel. ix. 23. legendum putat, *Alexidi comico*, &c. Ultraj. 2. et Leid. 3. *respondit Euripides*.—51 Leid. 3. *producere*. Mox Copes. et Barb. 1. *atque ipse centum*.—52 Leid. 7. ab al. m. *tantum*.—53 Torrenius habet *secundi*, contra omnes codd. et edd. vett. quod sine dubio sphalma typographicum est, licet in Indice quoque sub voce ‘Secundus’ extet. Mox *ævi* in Leid. 7. ab al. m.

NOTÆ

^x Euripides] Poëta tragicus celeberrimus, Socratis auditor; in spelunca tetra Salaminæ Insulæ tragœdias scripsisse dicitur: decies et quinquies vicit, ex Gellio. Alcesti-

des ille fuit Poëta ignobilis.

† An. M. 3640. Ol. 91. 3. Urb. C. 339. Ant. Ch. 413.

‡ An. M. 3642. Ol. 92. 1. Urb. C. 341. Ant. Ch. 411.

2. Adjiciam scenæ⁵⁴ ejusdem exemplum. Antigenidas^y tibicen discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se approbanti,⁵⁵ cunctis audientibus, dixit: ‘Mihi cane, et Musis.’ Quia videlicet perfecta ars, fortunæ lenocinio defecta, fiducia justa non exuitur: quamque scit se laudem mereri,⁵⁶ eam etsi ab aliis non impetrat, domestico tamen acceptam iudicio refert.^k

3. Zeuxis^z autem, cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines censuri essent,⁵⁷ exspectandum non putavit; sed protinus hos versus⁵⁸ adjecit: *

Οὐ νέμεσις^a Τρωᾶς τε καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοῦς
 Τοιᾷδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολλὸν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
 Αἰνῶς ἀθανάτοισι⁵⁹ θεαῖς εἰς ὧπα ἔοικεν.

^k Antigenidas tibicen discipulo suo, qui in hac arte multum profecerat, populo tamen non multum probabatur, omnibus audientibus dixit: Cane solis eruditus in Musica, et Musis quæ illam artem invenerunt; quia homo in arte sua perfectus, licet destituatur applausu fortunæ, non ideo tamen amittit bonam, quam meretur, de se opinionem.



quod deest etiam in Bitur. 1. et omisit Stephanus.—54 Klokkius legebat schemæ.—55 Leid. 1. a populo approbato.—56 Ita Pighius ex codd. meritam exhibent Leidd. 1. 5. 6. unus Rhem. et vulgg. quamque seit . . . meritam, etsi eam Leid. 3. quanquam se l. mereri, al. meritam, etsi eam laudem Leid. alter; mereri tametsi eam Harl. et Bitur. 1. quasque se scit laudes mereri, eas si Barb. 2. et Leid. 7. quam quique se scit laudem mereri, eam si Ultraj. 2. et Mog. eam si etiam in Vet. quamque si scit laudes mereri, eas si ab Copes. et eam si ab al. m. non ante impetrat deest in Gryph. et Steph. Torrenius malit, laudem meritam, eam si, &c.—57 Ita tres codd. Torren. cum Vet. Venett. 4. 5. Oliver. Ascens. Aldd. et Colin. censuri essent ceteri codd. cum Mog. Gryph. Steph. Pigh. et Coler. quod non improbat Torrenius.—58 Aldd. hos versus Græcos; sed codd. plerique non agnoscunt τὸ Græcos. Barb. 2. Leidd. 6. 7. et Copes. se ad hos versus adjecit. In codd. Torren. Græca aut desunt, aut ita scripta, ut ductum literarum nemo queat assequi: desunt quoque in Mog. sed extant in Venett. et Ascens. in Vet. monstrose scripti literis Latinis. Vulgo ita vertuntur: Haud turpe est Troas, fulgentesque ære Pelasgos Conjuge pro tali diuturnos ferre dolores, Æternis facies nimis est æquanda Deabus.—59 In

NOTE

^y Antigenidas] Thebanus Musicus, ex Suida; primus calceamentis Milesiis usus est, ex Plinio.

^z Zeuxis] Heracleotes Pictor clarissimus, qui opera sua gratis dare instituit, cum diceret ea nullo pretio emi posse. Multa de illo Plinius lib. l.v. c. 9.

^a Οὐ νέμεσις, κ. τ. λ.] Quos versus sic verte: Nequaquam turpe est, Trojanos et Græcos, armis fulgentibus conspicuos, diuturnos labores tolerare pro muliere tam formosa, ut Deabus immortalibus vultu persimilis esse videatur.

* An. M. 3657. Ol. 95. 4. Urb. C. 356. Ant. Ch. 396.

Adeone dextræ suæ multum pictor arrogavit, ut ea tantum forma⁶⁰ comprehensum crederet, quantum aut Leda cœlesti partu edere, aut Homerus^b divino ingenio exprimere potuit?

4. Phidias quoque Homeri versibus egregio dicto allusit. Simulacro enim Jovis Olympii perfecto, quo nullum præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt⁶¹ manus, interrogatus ab amico, ‘ quonam mentem suam dirigens, vultum Jovis propemodum ex ipso cœlo petitem eboris lineamentis esset amplexus,’¹ illis se versibus quasi magistro usum respondit :

³ Η, καὶ κυανέησιν^c ἐπ’ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων
⁴ Ἀμβρούσιαι δ’ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
 Κρατὸς ἀπ’ ἀθανάτοιο, μέγαν δ’ ἐλέλιξεν Ὀλυμπον.⁶²

5. Non patiuntur me tenerioribus⁶³ exemplis diutius insistere fortissimi duces. Siquidem⁶⁴ Epaminondas,^d cum

¹ Quodnam exemplar in mente finxisset, ut lineamentis in ebore formatis exprimeret vultum Jovis tam perfecte, ut e cœlo petitus videretur.

Basil. an. 1551. et vulgg. ἀθανάτοιο.—60 Vorstius ex codd. Brand. malit : *ea forma tantum*; sed Copes. et omnes Torren. habent ut editur. Aldus dedit, ut Perizonius conjecit, *formæ*, i. e. tantam formæ pulchritudinem. Quod Torrenius ita probat, ut parum abfuerit, quin in textum reciperet.—61 Brand. Leid. 6. et Ultraj. 1. *fabricavere*; nonnulli Pighiani, *fabrefecere*; Leid. 1. Douac. 2. Ultraj. 2. et Mog. *fabricæ manus fecit*; Leid. 3. *fabricæ, fabricatæ manus st*, al. *fecit*; Douac. 1. ‘*fabrefecit māā*, et margo Pighii.’ Mox *magistris* in Sus. et nonnullis Torren.—62 Hos versus sic exhibent Venett. 3. 4. et Ascens.

*Atque superciliis Saturnius annuit atris,
 Ambrosiæ fluxere comæ de vertice regis
 Æterni. Ast nutu magnum concussit Olympum.*

quos notis suis immiscuit Oliverius. Græca aut desunt in codd. aut monstrose scripta sunt: extant in Barb. 1. a m. sec.—63 Ita Camp. Gembl. Atreb. Winck. 1. 2. 3. Colon. Cauch. Dan. Brand. 1. 2. et omnes Torren. Bitur. 1. excepto, qui exhibet *lenioribus*.—64 Tres codd. Torren. *Equidem*.

NOTÆ

^b Homerus] Poëtarum princeps; Græco sic reddiderim: *Dixit, et nigris superciliis annuit Jupiter; tum ex summo illius capite comæ ambrosiæ fluxerunt, totumque Olympum concussit.*

1. de Leda lib. i. cap. 8.

^c Η, καὶ κυανέησιν] Illos versus e

^d Epaminondas] De illo lib. III. c. 1. n. 1. De Prusia lib. i. c. 8. n. 12.

ei cives irati sternendarum in oppido viarum contumeliæ causa curam mandarent, (erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum,) sine ulla cunctatione id recepit, ‘daturumque se operam ut brevi⁶⁵ speciosissimum fieret,’ asseveravit. Mirifica deinde procuratione, abjectissimum negotium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit.†

6. Hannibal vero cum apud regem Prusiam exularet, auctorque ei committendi prælii⁶⁶ esset, atque is non idem sibi extis portendi diceret: ‘An tu,’ inquit, ‘vitulinæ carunculæ, quam imperatori veteri, mavis credere?’ Si verba numeres, breviter et absce: ^m ⁶⁷ si sensum æstimes, copiose et valenter. Hispanias enim direptas populo Romano, et Galliarum⁶⁸ ac Liguria vires in suam redactas potestatem, et novo transitu^f Alpium juga patefacta, et Trasimenum lacum dira inustum memoria, et Cannas Punicæ victoriæ clarissimum monumentum, et Capuam possessam, et Italiam laceratam ante pedes hominis effudit; uniusque hostiæ jecinori longo experimento testatam gloriam suam postponi æquo animo non tulit. Et sane quod ad

^m *An tu, inquit, mavis credere modicis extis vituli mactati, quam Imperatori præstantissimo? Si verba numeres, respondit breviter et concise.*



—65 Bitur. 1. *ut in brevi.* Idem mox delet *Thebis*, pro quo Perizonius legit *Thebanis*, improbante Kappio. *Thebis* est ‘in urbe Thebano.’—66 Copes. *auctorque prælii committendi*, omisso τῶ ἐι. Mox Barb. 1. Leidd. 2. 6. et Copes. *non idem sibi sed extis*; Leid. 1. *et idem non sibi hic*; unus Rhem. *et idem non sibi hoc*.—67 Quædam edd. habent *absceisse*.—68 *Hispanias e. ereptas p. Romano, Galliarum, &c.* in Camp. *H. e. direptas, populi Romani et, &c.* in aliis; omnes Torren. habent *direptas*, vel *dereptas*: duodecim habent, *et Gal-*

NOTE

De Annibalis victoriis jam sæpius diximus.

† *Committendi prælii*] Cum Eumene Pergameno bellum susceperat Prusias: et ab eo pugna terrestri victus est: at navalis prælii et victoriæ illi auctor fuit Annibal, qui omne serpentum genus medios in hostes pro-

jici jussit. Ita Justinus, Probus, et Plut.

† An. M. 3687. Ol. 103. 2. Urb. C. 386. Ant. Ch. 366.

^f *Novo transitu*] Alpium juga cum exercitu primus Annibal superare ausus est; in quo transitu 30. hominum millia amisisse fertur.

exploranda bellica sacrificia, æstimandosque militares ductus attinebat, omnes foculos, omnes aras Bithyniæ, Marte ipso iudice, pectus Hannibalis prægravasset.⁷⁰ †

7. Capax generosi spiritus illud quoque dictum regis Cotys: ^o 69 ^g ut enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam cognovit: ‘Et ego,’ inquit, ‘illis meæ gentis jus dabo.’ Æquavit Athenis Thraciam, ne, vicissitudine⁷⁰ talis beneficii imparem se iudicando, humiliter de origine sua sentire existimaretur.

8. Nobiliter etiam uterque Spartanus, et qui increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet, ‘pugnare, non fugere propositum sibi esse’ respondit;⁷¹ et qui referente quodam, sagittis Persarum solem obscurari solere:⁷² ‘Bene narras,’^h inquit, ‘in umbra enim melius præliabimur.’⁷³ Ejusdem vir urbis atque animi,⁷⁴ hospiti suo, patriæ muros excelsos latosque ostendenti, dixit: ‘Si mulieribus istos comparastis, recte: si viris, turpiter.’^p

^o *Et sane quod pertinebat ad cognoscendum, quid sacrificia bellica portenderent, quidve in re militari esset agendum, solus Annibal, Marte ipso iudice, plus vidisset, quam omnes Bithyniæ aruspices per sacrificia in foculis et aris exhibita.*

^g *Illud quoque dictum Regis Cotys dignum est, quod a generoso viro emissum sit.*

^p *Si illos muros extruxistis ad defendendas mulieres, recte fecistis: si ad viros protegendos, qui armis se tueri debent, turpiter egistis.*



liarum ac.—69 Colerus suspicatur legendum esse, *Cothus*; Vorstius vero, *Cotyis*, et Guyetus *Cotyos*: codd. Torreniani habent, *Cotri*, *Codri*, *Cocii*, *Cotii*, et *Coeri*.—70 Perizonius conj. *vicissitudini*.—71 Copes.—*pugnare sibi, et non fugere propositum esse respondit*.—72 Harl. omittit *solere*.—73 Copes. cum sex Torren. non habent *melius*; Vet. exhibet *præliabimur melius*; unus Brand. et Ultraj. I. *præliabitur*.—74 Plerique codd. Torren. verba hoc ordine collocant: *Ejusdem urbis vir atque animi*.

NOTÆ

† An. M. 3870. Ol. 149. 1. Urb. C. 569. Ant. Ch. 183.

^g *Cotys*] Rex Thraciæ, quem Athenienses, dum bellum contra Dorian-

ses gerunt, exercitui suo præfecerant.

^h *Bene narras*] Leonidas, qui ad Thermopylas cecidit, ex Frontino.

CAP. VIII.

DE CONSTANTIA.

ROMANORUM.

- 1 Q. Fulvii Flacci procos.
- 2 Q. Fabii Max. Verrucossi.
- 3 C. Calpurnii Pisonis Cos.
- 4 Q. Metelli Numidici.
- 5 Q. Scævolaë Anguris.
- 6 Semproniae Gracchorum sororis.
- 7 Pontii centurionis.
- 8 C. Mevii centurionis.

EXTERNORUM.

- 1 Blassii Salapini.
- 2 Phocionis Atheniensis.
- 3 Socratis Atheniensis.
- 4 Ephialtis Atheniensis.
- 5 Dionis Syracusani.
- 6 Alexandri Magni.

APERTUM¹ et animosum bonæ fiduciæ pectus emenso quasi debitum superest opus, constantiæ repræsentatio. Natura enim sic comparatum est, ut, quisquis se aliquid ordine ac recte² mente complexum confidit,^a vel jam gestum, si obtrectetur, acriter tueatur; vel nondum editum, si interpelletur, sine ulla cunctatione ad effectum perducatur.

I. Sed dum exempla³ propositæ rei persequor, latius mihi circumspectanti ante omnia se Fulvii Flacci constantia

^a *Cum jam multa exempla attulerim virorum fortium, qui magnam fiduciam habuerunt, nunc reliquum est, ut viros constantes proferam: a natura enim comparatum est, ut quisquis credit se comprehendisse aliquid, recte et ordine debito tueatur acriter.*



1 Ita Pighius ex cod. Sus. *Aptum*, i. e. *Aptum*, sive *Apertum* in aliis codd. *Aptum* in edd. vett. *Apertum* sive *Expertum* Leid. 3. Mox Camp. Colon. Winck. Lipsiani, Brand. 1. 2. Bitur. 1. 2. Ultraj. 1. Barb. 1. 2. Leidd. 1. 7. et unus Rhem. *quasi debitum opus superest constantiæ representatione: cura enim sic, &c.* Copes. Ultraj. 2. et Mog. *emense mihi, q. d. s. o. c. representare cura vel natura enim, &c.* Harl. *constantia reputatione, cura enim, &c.* Leid. 3. *cura et ab al. m. natura; Leid. 2. natura, et ab al. m. cura; Leid. 6. representatione natura; Leid. 5. representare naturam, cum enim; Barb. 2. et unus Rhem. compertum est; Bitur. 1. compactum est; Toll. constantia representatione natura: Pighius omisit sic: edd. vett. habent: quasi d. opus superest, c. representare naturam. Natura enim sic, &c.* Lipsius emend. constantiæ representatio. *Natura enim, &c.* et sic prorsus Perizonius. ‘Sensus hujus loci, mira varietate lectionis in Mss. obscurati, sed a Lipsio sanati, est hic: Mihi, qui jam de hominibus, aperte et animose consilia sua cum contentu obtrectatorum enuntiantibus, exposui, superest adhuc, ut de constantia quoque exponam, et sic debitum meum quasi solvam.’ *Kapp.*—2 In vulgg. *recta*, quod est etiam in Copes. Leidd. 2. 5. 6. Ultraj. 1. 2. Toll. et uno Rhem. *ratione* in alio; *recte cura* Leid. 1.—3 Ita septem codd. Torren. *exemplum* in Harl. *exemplar* in aliis codd. cum edd. vett. Deinde *prosequor* in decem codd. et edd. ante

offert. Capuam, fallacibus^a Hannibalis promissis Italiæ regnum⁴ nefaria defectione pacisci persuasam, armis occupaverat.^b Tam deinde culpæ hostium justus⁵ æstimator, quam speciosus victor, Campanum senatum, impii decreti auctorem, funditus delere constituit. Itaque catenis onustum in duas custodias Teanam, Calenamque divisit;⁶ consilium executurus, cum ea peregisset, quorum administrandorum celerior esse necessitas videbatur. Rumore autem⁷ de mitiore senatus sententia orto, ne debitam pœnam scelerati effugerent, nocte admisso equo, Teanum⁸ contendit; interfectisque, qui ibi asservabantur, e vestigio⁹ Cales transgressus, perseverantiæ suæ opus executus est. Et jam deligatis ad palum hostibus, literas a P. C. nequicquam Campanis salutares accepit. In sinistra enim eas manu, sicut erant traditæ, reposuit;¹⁰ ac jusso lictore lege agere,¹¹ tum demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. Qua constantia victoriæ quoque gloriam antecellit:¹² quia, si eum intra seipsum partita laude æstimes, majorem punita Capua, quam capta reperies.^c

^b Fulvius armis ceperat Capuam, cujus cives ab Hannibale fallacibus promissis decepti sibi persuaserant se Italiæ regnum habituros, si a Romanis deficerent.

^c Si velis perpendere, an Fulvius plus laudis mereatur ob captam Capuam, quam ob punitam; majore dignum reperies ob punitam.



Pigh. nisi quod Vet. habet *persequor*.—4 Ita omnes codd. Copes. excepto, qui habet *regimen*.—5 Ita codd. Pighiani: edd. vett. habent: *Tandem culpæ h. tam justus*, &c. Mox omnes codd. habent: *Campanum senatum*; sed Copes. et edd. vett. *Capuanum senatum*.—6 *Theani Calibusque divisit* Aldd. contra omnes codd. *Theanam* in aliis vett. *dimisit* Ultraj. 2. et ab al. m. Leid. 2.—7 Ita edidit Pighius: aliquot Torreniani cum vulgg. *Rumore deinde*.—8 Sic nonnulli codd. Torren. et unus Brand. cum Vet. Mog. Mediol. 3. et Ald. 5. *Theanam* Pighius, ut in Aldd. 1. 2. 3. *Teanam* Ald. 4.—9 Vulgg. *evestigio*; Torren. edidit, *e vestigio Calenam* edd. vett. pro quo Pighius ex Cauch. Atreb. Colon. et Camp. legit *Cales*, quod habent etiam aliquot codd. Torren. *Calles* Ultraj. 2. et Mog. Quidam mox *executurus*, quod probat Perizon. item Torrenius, qui voculam *est* inter *Cales* et *transgressus* inserit.—10 Ita Brand. 1. 2. quindecim codd. Torren. et edd. vett. Pighius e Sus. Pulm. et aliis *retinuit*, quod est etiam in Leid. 7. ab al. m.—11 Quatuor codd. Torren. *legem agere*.—12 Pighius in margine notavit alias habere *antecessit*, quod habent quoque duo Rhem. et Harl. Deinde Leidd. 5. 7. Barb. 1. et Copes. *reperies*.—13

NOTÆ

^a *Capuam, fallacibus*] Hanc historiam diligenter explicuimus sup.

2. Atque ista quidem severitatis: illa vero pietatis constantia admirabilis, quam Qu. Fabius Maximus infatigabilem patriæ præstitit. Pecuniam pro captivis^b Hannibali numeraverat: ¹³ fraudatus ea publice, tacuit. Dictatori ei¹⁴ magistrum equitum Minucium jure imperii senatus æquaverat: ^c silentium egit. Compluribus præterea injuriis lacessitus, in eodem animi habitu permansit, nec unquam sibi reipublicæ¹⁵ permisit irasci: tam perseverans in amore ¹⁶ civium fuit: quid in bello gerendo; nonne par ejus constantia? Imperium Romanum Cannensi prælio pæne destructum vix sufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaque frustrari et eludere Pœnorum impetus, quam manum cum his tota acie conserere melius ratus, pluribus comminationibus Hannibalis irritatus, sæpe etiam spe¹⁷ bene gerendæ rei oblata, nunquam a consilii salubritate, ne parvi quidem certaminis discrimine, recessit. Quodque est difficillimum, ubique ira ac spe superior¹⁸



Sic bene Copes. et decem codd. Torren. cum Vet. Mog. et Venett. alii *muneravit*, sive *numeravit*; Perizon. conj. *numerarat*.—14 Copes. et Brand. 1. *Dictatori etiam*, probante Perizonio; decem codd. Torren. et Mog. *Dictatori et magistro*; quatuor ex illis *inimicum pro Minucium*; alius Perizon. *Dictatori magistrum*. Mox Lipsius *senatus* delet et legit *æquaverant*. At contra Lipsium stant omnes codd. et libri impressi.—15 Novem codd. *mansit, nec u. s. rempublicam*; unde Torrenius conj. *in rempublicam*, improbante Kappio.—16 Dan. et tres Torren. *in amorem*: *tuum fuit* non habent decem codd. cum Vet. et Mog. ‘hinc Torrenius legit et distinguit: *Tam perseverans in amore civium, quid? in bello gerendo nonne par ejus constantia?* quia Valerius more suo non Fabium perseverantem fuisse dicit in amore civium, sed constantiam ejus. Haud ego abnuerim.’ Kapp.—17 Pighius ex Atreb. Camp. et Sus. legit *specie*; sed nostram lect. servant Brand. et quindecim Torren. cum edd. vett.

NOTÆ

^b *Pecuniam pro captivis*] Hannibalem inter et Fabium de captivis permutandis convenerat; at pactionem vehementer improbavit Senatus. Fabius Romam filium misit, qui agrum suum venderet, pretiumque ad se deferret: quod ille præstitit.

^c *Senatus æquaverat*] Non Senatus, sed populus. Romam dum redit Fabius, obnixè precatus est Minucium, ne se absente cum Hannibale com-

mittat prælium; at ille pugnæ impatiens Hannibalis copias aggressus sex hostium millia cecidit: quod ubi Romam allatum est, omnes Minucium ad cælum efferre, Fabium vero carpere; et agente Metello Trib. plebis, invito Senatu plebiscitum factum est, quo jus Magistri Equitum cum jure Dictatoris æquaretur. Ita Liv. lib. xxii. et Plut. in Fabio.

apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dimicando, maxime civitati nostræ succurrisse visus est.¹⁹ Alter enim celeritate sua Carthaginem oppressit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.*

3. C. etiam Pisonem^d mirifice et constanter²⁰ turbulento reipublicæ statu egisse consulem narratione insequenti patebit. M. Palicani^e seditiosissimi hominis pestiferis blanditiis præreptus populi favor consularibus comitiis summum dedecus admittere conabatur,^d amplissimum ei imperium deferre cupiens, cujus teterrimis actis exquisitum potius supplicium, quam ullus honos debebatur. Nec deerat consternatæ multitudini furialis fax tribunicia, quæ temeritatem ejus et ruentem comitaretur, et languentem actionibus suis inflammaret.²¹ In hoc miserando pariter et erubescendo statu civitatis, tantum non²² manibus tribunorum pro Rostris Piso collocatus, cum hinc atque illinc eum ambissent, et ‘an Palicanum, suffragiis populi consulem creatum, renuntiaturus esset,’ interrogaretur: primo respondit, ‘Non existimare se, tantis tenebris offusam esse rempublicam, ut huc indignitatis veniretur.’ Deinde cum perseveranter instarent, ac dicerent: ‘Age, si ventum fuerit:’^e ‘Non renuntiabo,’ inquit. Quo quidem tam absciso²³ responso consulatum Palicano, prius quam illum adipis-

^d *Populus blanditiis M. Palicani hominis seditiosissimi allectus volebat admittere maximum dedecus in comitiis Consularibus.*

^e *Si ventum fuerit eo, ut Palicanus Consul eligatur.*



—18 Leid. 7. *ira ac spe semper superior.*—19 Ita Brand. 1. 2. et ad unum omnes Torreniani cum Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. et omnes Aldd. Colin. et Gryph. Pighius vero ex Atreb. et Pulm. brevius, *succurrit.*—20 Perizonius conj. *mirifice constantem*; deinde *consulatum* in quibusdam Pighianis et Torren.—21 Copes. *inflaret.*—22 Ita Pighius ex Atreb. Camp. aliisque; et ita sane omnes Torreniani: *tantummodo* edd. vet.—23 Sic in omnibus codd. *abscisso* edd. ante Pighium.—24 Copes.

NOTÆ

* An. M. 3837. Ol. 140. 4. Urb. C. 536. Ant. Ch. 216.

^d *C. etiam Pisonem*] Qui hoc anno cum Acilio Glabrione Consul erat.

^e *M. Palicani*] Fuit ille Picens humili loco natus, loquax magis quam

facundus.

ceretur, eripuit. Multa et terribilia Piso contempsit, dum speciosum mentis suæ flecti non vult rigorem.^f †

4. Metellus autem Numidicus, propter consimile perseverantiæ genus, excepit quoque indignam majestate ac moribus suis procellam. Cum enim animadverteret, quo tenderent²⁴ Saturnini tribuni plebis funesti conatus, quantoque malo Reipublicæ, nisi²⁵ his occurreretur, erupturi essent, in exilium, quam in legem^f ejus, ire maluit. Potest aliquis hoc viro dici constantior? qui ne sententia sua pelleretur, patria, in qua summum dignitatis gradum obtinebat, carere sustinuit.‡

5. Ceterum ut neminem ei prætulerim, ita Qu. Scævola^g Augurem merito comparaverim. Dispulsis,²⁶ prostratisque inimicorum partibus, Sylla occupata urbe^h senatum armatus coëgerat, ac summa cupiditate ferebatur, ut C. Marius quam celerrime hostis judicaretur. Cujus voluntati nullo obviam ire audente,²⁷ solus Scævola interrogatus de hac re sententiam dicere noluit. Quin etiam truculen-

^f Dum non passus est constantem animum a populo dimoveri.



tenderet, i. e. tenderēt, sive tenderent.—25 Ita omnes fere codd. si non habent edd. ante Pighium, exceptis Vet. Mog. et Mediol.—26 Depulsis Aldd. Pigh. &c. contra omnes fere codd.—27 Ita omnes codd. et edd. vett. Aldus,

NOTÆ

† An. M. 3987. Ol. 178. 2. Urb. C. 686. Ant. Ch. 66.

^f In exilium, quam in legem, &c.] Tribunus plebis Saturninus legem promulgat, ut ager ille, quem Marius pulsus hostibus in Gallia acquisierat, populo divideretur. In eam legem ut singuli Senatores intra quintum diem jurent, imperat: sin minus, et mulctam 20. talentorum minatur. Tum Marius, hujus legis suasor, ut Metello strueret insidias, negat se juraturum: idem, cum multi alii, tum ipse inprimis Metellus negat. Ubi vero in rem ventum est, præva-

ricatus Marius jurat; illum multi metu sequuntur; at Metellus proposito constans juramentum respuit, et continuo e foro, et paulo post ex urbe, ne civium sua causa cædes fieret, discessit. Hæc fere Plut. in Mario. Rhodum exulatum abiit, ex Epit. Livian. Smyrnam, ex Aurelio Victore.

‡ An. M. 3954. Ol. 170. 1. Urb. C. 653. Ant. Ch. 99.

^g Q. Scævola] Ex gente Mutia. Consul fuit anno Urbis 637.

^h Sylla occupata urbe] Consule lib. 1. c. 5. n. 5. ubi hæc narravimus.

tius sibi minitanti ²⁸ Syllæ, ‘Licet,’ inquit, ‘mihi agmina militum, quibus Curiam circumsedisti, ostentes; licet mortem identidem miniteris; nunquam tamen efficies, ut propter exiguum senilemque sanguinem meum, Marium, a quo Urbs et Italia conservata est, hostem judicem.’ *

6. Quid fœminæ cum concione? ^g si patrius mos servetur, nihil. Sed ubi domestica quies seditionum agitata fluctibus est, priscæ consuetudinis auctoritas convellitur: ²⁹ plusque valet quod violentia cogit, quam quod suadet et præcipit verecundia. Itaque te, Sempronia, Ti. et C. Gracchorum soror, uxor Scipionis Æmiliani, non ut absurde gravissimis virorum operibus inserens, ^h maligna relatione comprehendam; sed quia a tribuno plebis producta ad populum, in maxima confusione nihil a tuorum amplitudine degenerasti, honorata memoria prosequar. Coacta es eo loci consistere, ubi principum civitatis perturbari frons solebat. Instabat tibi torvo vultu minas profundens amplissima potestas: clamor imperitæ multitudinis obstrepebat: ³⁰ totum forum acerrimo studio nitebatur, ut Equitio, ⁱ cui Sempronæ gentis falsum jus quærebatur, tanquam filio Tiberii fratris tui, osculum dares: tu tamen illum, nescio quibus tenebris protractum portentum, execrabili

^g Quid negotii est fœminæ cum cœtu hominum pro rebus publicis convocato?

^h Tuum præclarum facinus recte inserens operibus præstantissimorum virorum.



Colin. Gryph. et Steph. dederunt, *nullis o. i. audentibus*.—28 Cod. Schotti, Leid. 6. et Barb. 1. a m. pr. *instanti*.—29 Multi codd. *convelletur*.—30 Nonnulli Pighiani, et Leid. 5. 6. *clamore i. m. obstrepens*; Aldus ediderat ut in novem Torren. *cum clamore i. m. obstreperet*; lect. nostram servant Gembl. unus Brand. et Ultraj. 1. Paulo ante Klokkius legebat *minas protentans*;

NOTÆ

* An. M. 3966. Ol. 173. 1. Urb. C. 665. Ant. Ch. 87.

ⁱ *Equitio*] L. Equitius Firmanus fictitius ille fuit Ti. Gracchi filius, quem Metellus Censor ex numero civium expunxit; et C. Marius Consul

duxit in publicam custodiam; populus vero claustris carceris evulsis creavit Tribunum plebis: at primo die initi Magistratus cæsum tradit Ap-
pian.

audacia ad usurpandam alienam propinquitatem tendentem, repulisti.^{i†}

7. Non indignabuntur Urbis nostræ lumina,^j si, inter eorum eximium fulgorem, centurionum quoque virtus spectandam se obtulerit. Nam ut humilitas amplitudinem venerari debet, ita nobilitate³¹ fovenda magis, quam spernenda bonæ indolis novitas est. An abigi debet T. Pontius^{32j} ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæsaris partibus excubans, Scipionis præsidio interceptus, cum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeii, generi ipsius, militem affirmasset, ita respondere non dubitavit: ‘Tibi quidem, Scipio, gratias ago: sed mihi uti ista conditione vitæ non est opus.’[†] Sine ullis imaginibus nobilem animum!³³

8. Idem constantiæ propositum secutus C. Mevius centurio Divi Augusti, cum Antoniano bello^k sæpenumero excellentes pugnas edidisset, improvisis hostium insidiis circumventus, et ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatusque, quidnam de eo statui deberet: ‘Jugulari me,’ inquit, ‘jube: quia nec salutis beneficio, neque mortis supplicio adduci possum, ut aut Cæsaris miles esse desi-

ⁱ Tu tamen repulisti illum Equitium prognatum ex obscura quadam domo; et nihilominus, velut quoddam monstrum, conantem sibi usurpare affinitatem, ad quam nullum jus habebat.

^j Viri principes nostræ urbis non ægre ferent.



Basil. *altissima potestas*.—31 Ita plerique codd. cum Vet. Mog. Venett. Aldd. Colin. Gryph. Steph. et Lips. *nobilitati* Pighius et Colerus; *a nobilitate* Harl. Leid. 7. ab al. m. Oliver. Ascens. et Glarean.—32 *Titus Titius* in quibusdam libris; in aliis tantum *Pontius*; in aliis solum *Titius*; in Leid. 6. *Totius*; Barb. 1. *Coctius*: excidit *T* propter ultimam in *debet*. Porro *abici* pro *abigi* in uno Brand. et aliquot Torren.—33 Vet. *animum ostendit*.—34 Ita Brand.

NOTÆ

† An. M. 3954. Ol. 170. 1. Urb. C. 653. Ant. Ch. 99.

^j *Pontius*] Ab aliis *Titius* legitur: non tamen *Titus* ille *Pontius*, de quo Cicero in libro de Senectute, ut vult Colerus; ille enim a Catone Majore appellatur, qui Pompeio et Scipioni

ætate multo superior fuit. Hunc Pontium Scipio cum sociis interfici jussit.

‡ An. M. 4008. Ol. 183. 3. Urb. C. 707. Ant. Ch. 45.

^k *Antoniano bello*] Quo M. Antonius ab Augusto ad Actium victus est.

nam, aut³⁴ tuus esse incipiam.' Ceterum quo constantius vitam contempsit, eo facilius impetravit. Antonius enim virtuti ejus incolumitatem tribuit.³⁵ *

EXTERNÆ.

1. Complura hujusce notæ³⁶ Romana exempla superant; sed satietas modo vitanda est. Itaque stylum meum ad externa jam delabi³⁷ permittam. Quorum principatum teneat Blassius,³⁸ cujus constantia nihil pertinacius. Salapiam³⁹ enim patriam suam, præsidio Punico occupatam, Romanis cupiens restituere, Dasium acerrimo studio secum in administratione reipublicæ dissidentem, et alioquin⁴⁰ animo toto Hannibalis amicitia vacantem, sine quo propositum consilium peragi non poterat, ad idem opus aggrediendum majore cupiditate, quam spe certiore, tentare ausus est. Qui protinus sermonem ejus, adjectis quæ et ipsum⁴¹ commendatiorem, et inimicum invisorem factura videbantur, Hannibali retulit.^k A quo adesse jussi sunt, ut alter crimen probaret, alter defenderet. Ceterum pro tribunali

^k Continuo Dasium retulit Hannibali sermonem Blassii, additis iis quæ se Hannibali gratiosum, Blassium vero inimicum magis illi invisum redderent.

1. 2. et multi codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Oliver. Aldd. &c. ut C. m. esse d. et, &c. edidit Pighius: prius esse deest in nonnullis codd. et edd. vett.—35 Pro tribuit pauci codd. Torren. præstitit; Copes. donavit.—36 Ita Pighius; codd. et edd. hujusce. Mox Leid. 3. Ultraj. 2. et unus Douac. modo in sermonibus potissime vitanda est.—37 Brand. 1. stylo meo ad e. jam delabi; et sic Copes. Harl. et quatuor Torren. dilabi in Ultraj. 1. et Leidd. 5. 6. delabi patiar in nonnullis Torren.—38 Ita nonnulli; sed plures Torren. Blasius.—39 Codd. Torren. habent; Selapiam, Seulapiam, Salutarium, Salapram, vel Salapiam, quod habent etiam Copes. Ultraj. 1. et Leidd. 1. 5. 6. Salutarium habet etiam Vet. Mox pro Dasium Ultraj. 1. 2. et Bitur. 1. classium.—40 'Hanc vocem, a Pighio perperam ejectam, bene restituit Torrenius, astipulantibus libris scriptis et editis. Dasium non solum in administratione reipublicæ acerrimo studio a Blassio dissidebat, verum etiam præter hoc ex animo favebat Hannibali.' Kapp.—41 Ita duodecim codd. Torren. et edd. ante Pigh. qui se unus Rhem. quæ ipsum Copes. et Leid. 5.—

NOTÆ

* An. M. 4023. Ol. 187. 2. Urb. C. 722. Ant. Ch. 30.

¹ Salapiam] Urbem Apuliæ Dauniorum. Nunc Salpe.

cum res gereretur,⁴² et quæstioni illi omnium oculi essent intenti, dum aliud forte ceterioris⁴³ curæ negotium tractatur,^l Blassius vultu dissimulante, et voce summissa, monere Dasium cœpit, ‘ut Romanorum potius quam Carthaginiensium partes foveret.’ Enimvero tunc ille proclamat, ‘se in conspectu ducis adversus eum sollicitari.’ Quod quia et incredibile existimabatur,⁴⁴ et ad unius tantum aures penetraverat, et jactabatur ab inimico,⁴⁵ veritas fide caruit. Sed non ita multo post Blassii mira constantia Dasium ad se traxit, Marcelloque Salapiam, et quingentos Numidas,^m qui in ea custodiæ causa erant, tradidit. †

2. Phocionⁿ vero, cum Athenienses rem aliter atque ipse⁴⁶ suaserat prospere administrassent,^o adeo perseverans sententiæ suæ propugnator extitit, ut in concione

^l *Dum aliud forte negotium, quod magis urgebat, ab Hannibale tractatur.*

42 Bitur. 1. *res ageretur*.—43 Ita unus Brand. omnes fere Torren. et tres codd. Gronovii, cum Chalc. et Herbip. Aldus ediderat *certioris*; Pigh. *citioris*, eumque secuti sunt Thys. Coler. Minell. &c. *certioris* habent etiam Barb. 1. et Leid. 2. Deinde Bitur. 1. *vultu dissimulato*. Paulo post Barb. 1. *proclamabat*.—44 Codd. Pighiani, *quia et incredibile videbatur*; unus aut alter Torren. habet etiam *videbatur*; etiam *quia incredibile videbatur* in nonnullis edd. nostram lect. testantur Brand. 1. 2. plurimi Torren. et edd. antiq. Harl. *pervenerat pro penetraverat*.—45 Ita rursus Brand. 1. 2. et edd. antiq. et omnes fere codd. Torren. Pighius vero supposuerat: *et dictabatur ab inimicis*: Copes. *etiam jactabatur*; Leid. 5. *dictabatur*.—46 Nonnulli Torren. *aliter quam ipse*. Mox in quibusdam *constantia suæ*; sed nostram servant Pighiani, Torreniani, Vet. et Mog. Pauci, *in contentione*; Mog. *in omni*

NOTÆ

^m *Quingentos Numidas*] Dum Marcellus a Blasio in hac urbe recipitur, Numidæ arma capiunt, tentantque eruptionem; cumque nullus fugæ pateret exitus, omnes fere pugnantes occumbunt. Plus aliquanto damni hæc ala Equitum amissa Hannibali, quam Salapia attulit: nec deinde Pœnus equitatu, quo plurimum valuerat, fuit superior. Ita Livius lib. xxvi.

† An. M. 3844. Ol. 142. 3. Urb. C. 543. Ant. Ch. 209.

ⁿ *Phocion*] Vir prudentia, clemen-

tia, aliisque virtutibus longe clarissimus, qui sapienter Atheniensium Remp. moderatus est.


^o *Prospere administrassent*] Hinc Cassander, inde Polyperchon Athenis rerum potiri cupiebant; Polyperchonti populus, Cassandro vero, cum nobilitas omnis, tum Phocion inprimis favebat: interim Nicanor Cassandri Præfectus occupat Piræum. Phocion, nec arma capienda censuit, nec armatis præesse voluit. Adventu Polyperchon, Piræum obsidetur, et Cassander pellitur.

‘lætari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse’ diceret. Non enim damnavit, quod recte viderat; ⁴⁷ quia quod alius male consuluerat, bene cesserat: felicius illud existimans, hoc sapientius. ⁴⁸ † Blandum animum sane temeritati casus facit, ⁴⁹ ubi pravo consilio propitius ⁵⁰ aspirat: quoque vehementius noceat, insperatus prodest. ^m Placidi et misericordes, ⁵¹ et liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis: quos optime profecto ⁵² consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. Itaque constantia, quæ natura rigidior videbatur, ⁵³ lenis e mansueto pectore fluxit.*

3. Socratis autem virilitatis robore palliatus ⁵⁴ animus aliquanto præfractius perseverantiæ exemplum edidit. ⁿ Universa civitas Atheniensium iniquissimo ac truculen-

^m *Fortuna sæpe juvat temeritatem, dum pravo consilio propitiam se præbet; et aliquando favet in rebus magis desperatis, ut postea plus noceat.*

ⁿ *Animus autem Socratis, qui pallio Philosophico utebatur, instructus virili constantia edidit perseverantiæ exemplum multo perfectius.*



contentione.—47 Copes. *quod ratione viderat.*—48 Sic dedit Aldus, quem Torrenius secutus est, suadentibus libris. Pighius ex Camp. *felicius hoc existimans, illud etiam sapientius.* At etiam iudice Torrenio locum hic non habet, et ad sequentia referendum est.—49 Ita Pighius e Camp. *Etiam sane blandum animum, &c.* Cop. Ultr. prim. unus Rhem. et tres Leidd. et sic etiam Brand. et Vet. nisi quod etiam ante *sapientius* ponunt. Aldus: *Plerumque enim temeritatem casus juvat;* quocum novem codd. Torren. consentiunt.—50 Leid. 3. Copes. Camp. Pulm. et alii Pighiani, *propitius;* unus Rhem. *promptius;* Ultraj. 2. *proprius;* Vet. et Mog. cum reliquis codd. Torren. *propius.* Mox pro *quoque* nonnulli codd. et edd. vett. habent, *et quo,* ex interpretamento. Camp. *insperatus prodest;* ut in nonnullis Torren. vulgg. *desperatus;* alii cum Vet. *speratus;* tres Torren. *desperataque prodest.*—51 *Placidi sane et misericordes* vulgg. cum nonnullis codd. et Mog.—52 Leid. 3. *quos optime profecto c. o. b. c. d. censuit, optime profecto;* sed aliquot alii priore loco delent *optime profecto,* et posteriori tanquam per exclamationem adjungunt.—53 In quibusdam est, *videretur.*—54 Sic omnes Torreniani codd. et editt. antiquæ. Cod. Schotti *vallatus,* quod Torrenius præfert et Gudius. Mox pro *præfractius,* quod exhibent codd. Pighiani, Leid. 3. a m. pr. et Leid. 5. 7. *protractius* habet unus Brand. alter cum Ultraj. 1. et Vet. *perfectius;* alii cum Leid. 3. a m. sec. *præstantius;* et sic edd. ante Pighium.—

NOTÆ

† An. M. 3726. Ol. 113. 1. Urb. C. 425. Ant. Ch. 327.

* An. M. 3736. Ol. 115. 3. Urb. C. 435. Ant. Ch. 317.

tissimo errore instincta,⁵⁵ de capite decem prætorum,^p qui apud Arginusas⁵⁶ Lacedæmoniam classem deleverant, tristem sententiam tulerat. Forte tunc ejus potestatis Socrates, cujus arbitrio plebiscita⁵⁷ ordinarentur,^o indignum judicans tot et tam bene meritos ex indigna causa impetu invidiæ abripi, temeritati multitudinis constantiam suam objecit, maximoque concionis fragore et incitatissimis minis⁵⁸ compulsus non est, ut se publicæ dementiæ auctorem ascriberet. Quæ oppositu ejus legitima grassari via prohibita, injusto prætorum cruore manus suas contaminare perseveravit. Nec timuit Socrates, ne consternatæ patriæ undecimus furor mors ipsius existeret.^{p †}

4. Proximum, etsi non ejusdem splendoris est, tamen adeo certum constantiæ haberi potest experimentum, cum efficaci operæ forensis, tum fidei non latentis.^{q 59} Athenis

^o Tunc forte Socrates Tribunitiam potestatem gerebat; cujus arbitrio decreta a plebe sancita ordinabantur.

^p Populus tamen contaminavit manus suas Prætorum sanguine injuste effuso; etiam si per intercessionem Socratis impeditus fuisset illos judicio secundum leges requisito condemnare; nec timuit Socrates, ne, occisis decem Prætoribus, undecimus ipse occideretur furore populi consternati ob cives insepultos.

^q Exemplum, quod proxime narraturus sum, etsi non habet tantum splendorem, haberi tamen potest pro certo indicio et constantiæ in foro judiciali exhibitæ, et fidei palam se prodentis.



55 Ita Pighius ex codd. itaque Brand. 1. 2. plures Torren. et edd. antiq. instructa Bitur. 1. et Leid. 3. cum Aldd. et Chalc.—56 Multi codd. Arginusas: nonnulli, Lacedæmonicam, vel Lacedæmoniorum; sed longe major pars Lacedæmoniam.—57 In libro Dan. passim, plebei scita.—58 Unus atque item alter Torren. incitatissimis animis.—59 ‘Sic Pighius hanc periodum constituit ex diversis codicibus, ut plurimum tamen secutus exemplar Campense. Torreniani ut et alii codd. præter Camp. ignorant cum, tum; quibuscum faciunt Vet. aliæque. Pro tamen adeo est in iisdem codd. adeoque, delete tamen, quod τῶν efficaci præfigunt. Torrenius inde auctorem credit scripsisse: Proximum etsi non ejusdem splendoris, adeoque certum constantiæ haberi potest experimentum, est tamen efficaci operæ forensis, ac fidei non latentis. Nempe non est ejusdem splendoris, quia in re magis obscura factum est: non adeo certum, quia Socrati cum toto populo res fuit, et mortis quoque metu a proposito abduci non potuit; cum huic Ephialtæ res fuerit cum puero, quem amabat, quemque insuper supplicem genibus suis advolutum intueri non

NOTE

^p Decem Prætorum] Vide lib. I. c. 1. sub finem. Demarchus tum erat Socrates, cujus eadem Athenis potestas fuit, quæ Romæ Tribuni plebis. † An. M. 3648. Ol. 93. 3. Urb. C. 347. Ant. Ch. 405.

Ephialtes^q accusare publice^r jussus, et inter ceteros Demonstrati⁶⁰ nomen deferre coactus est, cujus filius erat Demochares, excellentis formæ puer, animo ejus flagrantissimo inhærens amore. Itaque communis officii sorte truculentus accusator, privati affectus conditione miserabilis reus,^r puerum ad se exorandum, quo parcius patris criminibus insisteret,^s venientem, neque repellere, neque supplicem genibus suis advolutum intueri sustinuit: sed operto capite flens et gemens preces expromere passus est. Nihiloque minus⁶¹ sincera fide accusatum Demonstratum damnavit. Victoriâ, nescio laude, an tormento majore partam!⁶² quoniam prius, quam sontem opprimeret, seipsum vicit Ephialtes.‡

5. Quem Syracusanus Dion^s diversitate exempli⁶³ præ-

^r Itaque Ephialtes et accusator severus ob publicum officium, quod illi sorte obtigerat; et vultu habituque veluti reus commiseratione dignus ob amorem quo puerum deperibat.

^s Ut remissius ageret in patrem criminis accusatum.

sustinuit, sed flens et gemens precantem audivit, capite obvoluto. *tamen potest haberi experimentum efficacis operæ forensis, dum reum damnavit, ex qua re minime latet, quam sincera fide illum accusaverit, atque adeo constantem fuisse illius animum contra vim atque ardorem amoris. Ita copiose Torrenius de hoc loco sententiam suam proposuit.* Kapp.—60 Novem codd. Torren. cum Vet. Mog. et Venett. *Demonstrati*; Copes. *Demonstrati viri*.—61 *Nilominusque* in quibusdam codd. Torren.—62 Pigh. ex Winck. Sus. et Palm. ediderat: *tormento majore consecutus, deleta partam*; Rhem. 1. 2. 3. *majorem laudem consecutus*; Leid. 1. *majore laudem consecutus*; Copes. *majorem partam consecutus*: at *partam* tuentur plerique Mss. et editt. antiquæ, in quibus et Vet. *consecutus* Torrenio non sine causa glossa videtur. Mox *Ephialtes* a Pighio est omissum, at extat in Dan. Brand. et tredecim Mss. Torrenii, itemque in Vet.—63 Vet. *diu severitate exempli*; Ultraj. 1. habet etiam *diu*: octo codd. Torren. non agnoscunt *Dion*. Mox *qui* deest in Vet.—64

NOTÆ

^q *Ephialtes*] Atheniensis vir fortissimus, qui cum Memnone Rhodio ad Halicarnassum pro Dario contra Macedonas fortiter dimicans occubuit.

^r *Accusare publice*] Moris erat Athenis, ut sorte ducerentur, qui in mores hominum et vitæ rationem inquirerent; et si quos non probassent, accusarent publice.

‡ An. M. 3714. Ol. 110. 1. Urb. C. 413. Ant. Ch. 339.

^s *Syracusanus Dion*] Dionysii tyranni affinis, quem cum ad liberandas tyrannide Athenas sæpius hortaretur, ab eo in exilium ejectus est; sed aliquando post, ipse a Platone, ut creditur, inductus, Dionysium juniorem Syracensis expulit.

gravat: ' qui, quibusdam monentibus, ut adversus Heraclidem et Calippum,^t quorum fidei plurimum credebat, tanquam insidias ei nectentes, cautior esset, respondit, ' se vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos inimicosque juxta ponere.'⁶⁴ *

6. Quod sequitur, et rei ipsius admiratione, et claritate auctoris illustre. Alexander Macedonum rex inclyta jam pugna,⁶⁵ excellentissimis opibus Darii contusis,^u æstu et itineris fervore in Cilicia^v percalesfactus, Cydno, qui aquæ liquore conspicuus Tarsum interfluit, corpus suum immerisit. Subito deinde ex nimio haustu rigoris⁶⁶ obstupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus,^u maxima cum exanatione totius exercitus, in oppidum castris propinquum defertur. Jacebat æger Tarsi, inque valetudine ejus adversa instantis victoriæ spes fluctuabat. Itaque convocati medici attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant. Qui cum⁶⁷ ad unam potionem sententiam direxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus tempera-

^t *Ephialtem tamen Dion Syracusanus antecellit exemplo constantiæ in re diversæ edito.*

^{*} *Deinde ex nimio frigore nervis contractis, et membris torpore maximo hebetatis.*



Ultraj. 1. 2. Copes. et tres Leidd. *inimicis juxta ponere*; Leid. 1. et alter Perizon. *inimicos juxta ponere*.—65 Vet. *inclita in pugna*. Nonnulli Torren. codd. habent, *concussis*, quod Torren. non spernit.—66 Ita codd. Brand. 1. 2. Pighiani, et plurimi Torren. Aldus ediderat: *ex nimio haustu, rigoris*. Deinde quidam codd. pro *torpore* habent *corpore*; Ultraj. 1. *corporis*.—67 *Quorum cum* quidam codd. Torren. et Vet. unde Lips. *Quorum cum ad u. p. sententiæ direxissent*: Torren. conj. *direxisset*, vel, *sententiæ se direxissent*; Kappius: *Quorum c. ad u. p. se sententiæ direxissent*; sive: *Qui cum ad u. p.*

NOTÆ

^t *Heraclidem et Calippum*] Ille Siculus, hic Atheniensis fuit: uterque proditor multas in Dionem seditiones concitavit.

^{*} An. M. 3692. Ol. 104. 3. Urb. C. 391. Ant. Ch. 359.

^u *Opibus Darii contusis*] Ad Granicum flumen, ubi ex Persis millia perditum cæsa decem, equitum duo;

capta viginti.

^v *In Cilicia*] Amano et Tauro montibus, Pamphylia et mari circumscripta; nunc *Caramao*: cujus urbs præcipua Tarsus fuit; vel a Thaiso Japheti nepote, ex Josepho; vel a Perseo, ex Solino; vel ab Argivis Triptolemi comitibus, ex Strabone; condita ad Cydnum.

tam Alexandro (erat autem ipsius amicus et comes) porrexisset, a Parmenione^w missæ literæ superveniunt, admonentes, ut rex insidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti a Dario, caveret. Quas cum legisset, sine ulla cunctatione medicamentum hausit,^x ac tunc legendas⁶⁸ Philippo tradidit. Pro quo tam constanti erga amicum iudicio, dignissimam a Diis immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis ejus præsidium falso interpellari indicio noluerunt.^{v †}

^v *Qui medicamentum illud, cujus virtute sanitatem recuperaturus erat, noluerunt falso indicio impedire, quominus daretur.*



intentionem direxissent. Mox Vet. atque in eam Philippus.—68 Vet. ac tum legendas.

NOTÆ

^w *A Parmenione]* Dux erat bellicis laudibus clarissimus, qui post Alexandrum maximam domitæ Asiæ gloriam tulit: in tribus enim præliis, quibus fractæ Darii vires, cornu sinistro præfuit; ipse tamen proditiōnis, seu veræ, seu falsæ accusatus,

Alexandri jussu necatus est.

^x *Hausit]* Satis esse ratus, et dubia se fide Medici quam morbo perire; et alieno mori scelere, quam suo metu.

† An. M. 3721. Ol. 111. 4. Urb. C. 420. Ant. Ch. 332.

VALERII MAXIMI

FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER IV.

CAP. I.

DE MODERATIONE.

QUÆ IN ROMANIS.

- 1 P. Valerio Poplicola Cos.
- 2 M. Furio Camillo exule.
- 3 C. Marcio Rutilio cens. 2.
- 4 L. Quintio Cincinnato Cos.
- 5 Q. Fabio Max. Rulliano.
- 6 P. Africano Majore.
- 7 M. Claudio Marcello Cos. 4.
- 8 Ti. Sempronio Graccho trib. pl.
- 9 C. Claudio Nerone Cos.
- 10 P. Scipione Æmiliano cens.
- 11 Q. Mucio Scævola.
- 12 Q. Metello Macedonico.
- 13 Q. Metello Numidico exule.

- 14 M. Catone Uticensi.
- 15 M. Calpurnio Bibulo procos.

QUÆ IN EXTERNIS.

- d1 Archyta Tarentino.
- 2 Platone Atheniensi.
- 3 Dione Syracusano.
- 4 Thrasybulo Atheniensi.
- 5 Stasippo Tegeate.
- 6 Pittaco Mitylenæo.
- 7 Septem sapientibus.
- 8 Theopompo Spartanorum rege.
- 9 Antiocho rege Syriæ.

TRANSGREDIAR ad¹ saluberrimam partem animi, moderationem, quæ mentes nostras impotentia² et temeritatis² incursu transversas ferri non patitur. Quo evenit, ut re-

¹ *Transgrediar nunc ad* Leid. 1.—² Ita plurimi codd. et editt. ante Pighium. Nonnulli cum Vet. omittunt *et*. Quidam *impotentia temeritatis*. Pighius dederat *impotentia temeritatis*. Torrenius Valerium fortasse scripsisse putat *impotentia² incursu*, ut *temeritatis* glossema fuerit, sed, eodem viro docto iudice, præstat *impotentia² et temeritatis* retinere. Mox multi Mss. et editi,

prehensionis morsu sit vacua, et laudis quæstu opulentissima.^a Itaque effectus suos in claris viris recognoscat.

1. Atque ut ab incunabulis summi honoris incipiam, P. Valerius, qui populi majestatem venerando, Poplicolæ nomen³ assecutus est, cum, exactis regibus, imperii eorum vim universam, omniaque insignia sub titulo consulatus in se translata cerneret, invidiosum magistratus fastigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit; fasces securibus^a vacuefaciendo, et in concione populo summittendo.^b Numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit,⁴ ultro Sp. Lucretio collega assumpto: ad quem, quia major natus erat, priores⁵ fasces transferri jussit. Legem etiam comitiis centuriatis tulit, 'ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem verberare, aut necare vellet.' Ita, quo civitatis conditio liberior esset, imperium suum

^a Jam exempla proferam moderationis, quæ pars est animi saluberrima; quæque impedit, ne mens nostra temeritatis impetu extra rationis semitam abripiatur: unde fit, ut nihil habeat, quod possit reprehendi, et multum laudis acquirat.

^b Fecit sua moderatione, ut plena invidiæ potestas Magistratus Consularis facilius a populo toleraretur; jubendo ut fasces sine securibus in urbe præferrentur, et summitterentur, quando populus vocaretur ad concionem.

etiam Vet. quæstu sit opulentissima.—3 Publicolæ nomen habent omnes Torren. et Pighiani; Publicolæ cognomen Aldus; solus Ultraj. 2. cognomen; Lips. Thanneri cognomine. Mox moderatione sua multi Mss. cum edit. vetustis tantum non omnibus, nam Vet. sua omittit, et paulo ante nomen constanter retinet. Deinde quidam Torren. et concione; etiam, populum.—4 Pro minuit nonnulli habent diminuit.—5 Copes. Leid. 6. Ultraj. 1. 2. et Mog. priorem;

NOTÆ

^a Fasces securibus] In suspicionem affectati regni venit Valerius; quod et occiso Bruto non ascisceret sibi Collegam, et in summa Velia, (locus erat altus et natura munitus,) ædificaret: quam invidiam ut a se depelleret, multa, quæ populo grata fore noverat, sancivit; quæ ad sex potissimum capita revocari possunt. 1. Vocato ad concilium populo, fasces summi imperii insignia summisit. 2. Fasces quidem in urbe præferri Consulibus voluit, at securibus vacuos.

3. Cum ambo Consules 24. fasces, singuli 12. haberent; idque a gre ferret populus; ipse jussit, ut 12. tantum alterutri, primum seniori, tum juniori, alternis mensibus præferrentur. 4. Vetuit, ne quis Magistratus in urbe civem Romanum virgis cæderet, necaretve injussu populi. 5. Collegam sibi assumpsit Sp. Lucretium. 6. Ædes suas in clivum infimum transtulit, quo facilius a civibus obrui posset, si in aliquo delicto deprehenderetur.

paulatim destruxit. Quid, quod⁶ ædes suas diruit, quia excelsiore loco positæ, instar arcis habere videbantur: nonne quantum domo inferior, tantum gloria superior evasit? *

2. Vix juvat abire a Poplicola: sed venire ad Furium Camillum libet. Cujus tam moderatus ex magna ignominia ad summum imperium transitus fuit, ut, cum præsidium ejus cives capta a Gallis urbe Ardeæ exulantis petiissent, non prius Veios ad accipiendum exercitum iret, quam de dictatura sua omnia solenni jure^{7 b} acta comperisset. Magnificus Camilli Veientanus triumphus: egregia Gallica victoria: ^c sed ista cunctatio longe admirabilior. Multo enim multoque⁸ seipsum quam hostem superare operosius est, nec adversa præpropere⁹ festinatione fugientem, nec secunda effuso gaudio apprehendentem.^{c †}

3. Par Furio moderatione Marcius Rutilius^d Censorinus.¹⁰ Iterum enim censor creatus, ad concionem populorum vocatum¹¹ quam potuit gravissima oratione corripuit,

^c Ita ut ille qui se vincit, nec adversa fugiat nimia festinatione, nec prospera apprehendat immoderata lætitia.

//////////

ut referatur ad antecedens quem, non improbante Torren.—6 Ultraj. 2. Quid dicam quod. Mox unus Rhem. et Leid. 5. quanto domo superior.—7 Notat Pighius, diversam esse lectionem, *solenni more*; et sic Leid. 1. Copes. unus Rhem. et Medic. 1. in Leid. 6. videtur esse, *solenni ritu*.—8 Unus Rhem. delet *multoque*, quod post *operosius est* addit Leid. 7.—9 Ita emendavit Pighius, cui favent longe maxima pars codd. Torren. cum Vet. et Mog. vulgo edebatur *propere*.—10 Leid. 6. *moderamine*. In codd. et edd. omnibus ante Pighium, *M. Rutilius Censorinus*.—11 Barb. 1. *advocatum*: Leid. 2.

NOTÆ

* An. M. 3546. Ol. 68. 1. Urb. C. 245. Ant. Ch. 507.

^b *Solenni jure*] A Romanis, qui Veios fugerant, missus Pontius Cominius, qui Senatores in Capitolio obsessos consuleret; datumque ab iis decretum, quo M. Camillus revocatus de exilio populi jussu Dictator diceretur.

^c *Gallica victoria*] Bis Gallos vicit: semel in urbe; primoque concursu haud majore momento Galli fusi sunt,

Delph. et Var. Clas.

quam ad Alliam vicerant: iterum Gabina via ad octavum lapidem, ubi omnia cædes obtinuit, ac ne nuntius quidem cladis relictus est.

† An. M. 3665. Ol. 97. 4. Urb. C. 364. Ant. Ch. 388.

^d *Marcus Rutilius*] Quod Marcius Rutilius et Censura duplici præter morem, et utraque summa cum laude functus sit, Censorini nomen, tum sibi, tum posteris etiam peperit.

Val. Max.

2 D

quod eam potestatem bis sibi detulisset, cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum judicassent. Uterque recte, et Censorinus, et populus: alter enim ut moderate honores crederent, præcepit: alter se moderato¹² credidit.^{d †}

4. Age, L. Quintius Cincinnatus qualem consulem gessit?¹³ cum honorem ejus Patres conscripti continuare vellet,^e non solum propter illius egregia opera, sed etiam quod populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum¹⁴ jure fieri poterat; utrumque discussit, senatus simul studium inhibendo, et tribunos verecundiæ suæ exemplum sequi cogendo. Ita unus¹⁵ causa fuit, ut amplissimus ordo, populusque tutus esset ab injusti facti reprehensione.*

5. Fabius vero Maximus^f cum a se quinquies, et a patre, avo, proavo,¹⁶ majoribusque suis sæpenumero consu-

^d Nam Marcius recte admonuit populum, ut prudenter concederet illos honores; et populus recte se commisit Marcio viro moderato.



quantum potuit: idem delet sibi post bis.—12 Leidd. 1. 6. ut moderatione h. c. p. a. se moderationi; etiam Toll. moderatione.—13 Ita Gronovius ex codd. Andinis; et sic omnes edd. antiq. et codd. præter Copes. qui exhibet egit.—14 Leid. sext. et Perizon. quorum, quia neutrum, quod non spernendum Torrenio videtur, modo deleatur distinctio major post poterat, et ponatur post conabatur. Pro conabatur Ms. nitebatur, quod vehementius populi studium declarat, judice Torrenio. Mox pro simul Vet. summum.—15 Sic Torrenius edidit. Plerique Mss. habent, Atque unus, et sexdecim cum editt. delent in. Recte, judice Torrenio, qui pro Atque quoque malit, Ita.—16 Nonnulli codd.

NOTÆ

‡ An. M. 3789. Ol. 128. 4. Urb. C. 488. Ant. Ch. 264.

^e Continuarè vellent] Capitolium servi exulibus juncti occupant; hinc eos pellere nituntur Consules P. Valerius et C. Claudius; at Valerius inter primos pugnam ciens occumbit: tum Claudius Collegam sibi legit Q. Cincinnatum, qui exul rei rusticæ dabat operam. Sub anni finem Patrum studio in annum sequentem Consul erat: cum ille, rem ut mali exempli aversatus, indicit co-

mitia, designatisque Consulibus in suum se tnguriolum recipit.

* An. M. 3595. Ol. 80. 2. Urb. C. 294. Ant. Ch. 458.

^f Fabius vero Maximus] Cunctator, cujus pater Fabius Gurges, avus Fabius Rullianus, proavus Fabius Ambustus, atavus Fabius Cæso; quorum singuli, vel semel, vel sæpius Consules fuerunt. Illius filius Consul rem contra Hannibalem bene gessit.

latum gestum animadverteret, comitiis, quibus filius ejus¹⁷ summo consensu consul creabatur, quam potuit constanter cum populo egit, 'ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti darent:' non quod filii virtutibus¹⁸ diffideret, (erat enim illustris,) sed ne maximum imperium in una familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius, aut efficacius; quæ¹⁹ etiam patrios affectus, qui potentissimi habentur, superavit? †

6. Non defuit majoribus grata mens ad præmia superiori Africano exsolvenda: siquidem maxima ejus merita paribus ornamentis decorare conati sunt. Voluerunt illi statuas in comitio,^g in rostris, in curia, in ipsa denique Jovis Opt. Max.²⁰ cella ponere: voluerunt imaginem ejus triumphali ornatu indutam Capitolinis pulvinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos consulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum nihil sibi,²¹ neque plebiscito dari, neque senatusconsulto decerni patiando, pæne tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in emerendis.^e †

Eodem roboræ mentis causam Hannibalis in senatu protexit, cum eum cives sui^h missis²² legatis tanquam sediti-

^e Pæne tantam gloriam assecutus est in repudiandis honoribus, quantam habuerat in promerendis.



Torren. avo et proavo: Leid. 3. delet *proavo*.—17 Sic correxit Pighius cum antea ederetur *suus*, sed contra codd. et Vet. et Mog. qui constanter *ejus* servant. Mox *darent* in Dan. Brand. 1. 2. decem Torren. et Vet.—18 Bitur. 1. *quod de virtutibus filii*. Dan. unus Brand. Leid. 5. Copes. et Ultraj. 1.—19 Leid. 3. et Vet. *qua*.—20 *Jovis Opt. Maximique* in nonnullis codd.—21 Sic Torrenius edidit, præeuntibus compluribus Mss. et Vet. ac Mog. *Aliæ sibi nihil*. Quidam *Quorum sibi nullum*, nempe honorem. Pro *senatus consulto* Vet. habet *se*, quod ex *S. C.* ortum est. Paulo post *egerat* quindecim Mss. Vet. et Mog. quod Perizonius præfert, ne idem verbum bis usurpetur. Mox *emerendis* etiam Vet. Alii *merendis*, quod est in octo Torren.—22 Ultraj. 1. unus Rhem. et Vet. *cives summissis*. Mox quinque Torren. cum

NOTE

- | | | |
|---|------|--|
| † An. M. 3841. Ol. 141. 4. Urb. C. 540. Ant. Ch. 212. | mus. | ‡ An. M. 3853. Ol. 144. 4. Urb. C. 552. Ant. Ch. 200. |
| g <i>In comitio</i>] Quid comitium, quid Rostra sint, lib. 1. cap. 5. num. 1. Quid curia, ibidem numero 3. dixi- | | h <i>Cives sui</i>] Gravi invidia apud suos laborabat Hannibal, tum ob vetus in |

ones apud eos moventem accusarent. Adjecit quoque, ‘non oportere Patres conscriptos se reipublicæ²³ Carthaginiensium interponere:’ altissimaque moderatione alterius salutis consuluit, alterius dignitati; victoria tenus, utriusque hostem egisse contentus.^f

7. At M. Marcellus, qui primus et Hannibalem vinci, et Syracusas capi posse docuit, cum in consulatu ejus Siculi de eo questum in urbem venissent, nec senatum ulla de reⁱ habuit, quia collega Valerius Lævinus forte²⁴ aberat; ne ob id Siculi in querendo timidiore essent; et ut is rediit,²⁵ ultro de his admittendis retulit, querentesque de se patienter sustinuit. Jussos etiam a Lævino²⁶ discedere, remanere, ut suæ defensionis interessent, coëgit. Ac deinde utraque parte perorata,^g etiam²⁷ excedentes curia, subsecutus est; quo liberius senatus sententiam ferret. Improbatis quoque²⁸ eorum querelis, supplices et orantes ‘ut ab eo in clientelam^j reciperentur,’ clementer excepit.

^f Satis habuit se præstitisse hostem, et Carthaginiensium, et Hannibalis, usque ad victoriam de illo relatam.

^g Ac deinde postquam et Siculi et ipse Marcellus causam dixissent.

Vet. et Mog. molientem.—23 Dno Torren. *se in Rep.* Copes. delet *se*. Deinde in eodem, *altissima moderatione*.—24 Aliquot codd. Torren. *Lævinus forte*: duo Rhem. et Leid. 7. *sorte*: Rhem. 1. 2. 3. et Leid. 5. delent *ob id*.—25 Ita Torren. auctoritate longe potioris partis codd. quibuscum facit Vet. Pighius dederat: *at ut is rediit*. Sunt qui cum Mog. omitta particula habent, *ut rediit*. Mox Ultraj. 2. *de se sapienter*; Leid. 7. *de seque patienter*; Bitur. 1. *quam patienter*, quod non improbat Torrenius.—26 Aliquot codd. Torren. *Lævino*; Copes. *Lucio Levinio*. Mox in eodem *et suæ*; unde Perizonius conj. *et suæ d. interesse coëgit*.—27 Septem codd. Torren. cum Mog. delent *etiam*. Copes. Ultraj. 1. et Vet. *et excedentes*. Toll. *insecutus est*.—28 *Improbatisque* unus Rhem. quoque deest in Ultraj. 2. et Leid. 6. unus Bitur.

NOTÆ

Barchinam factionem odium, tum ob immutatam Reipub. gerendæ rationem; Magistratus enim, qui prius perpetui erant, annuus ipse fecerat: quare insimulatus Romæ, quod et ipse ad Antiochum, et Antiochus ad ipsum legatos misisset.

ⁱ *Nec Senatum ulla de re, &c.*] Id paulo aliter narrat Plutarchus: at cum sit res levioris momenti, non est operæ pretium illius ascribere sen-

tentiam. De Marcelli victoriis jam sæpius.

* An. M. 3859. Ol. 146. 2. Urb. C. 558. Ant. Ch. 194.

^j *In clientelam*] ‘Apud majores nostros,’ inquit Cicero de Offic. lib. i. ‘tantopere justitia culta est, ut hi, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem receperant, eorum patroni essent more majorum.’

Super hæc^k Siciliam sortitus,²⁹ eam provinciam collegæ cessit. Toties laudatio Marcelli variari potest,³⁰ quoties novis ipse gradibus moderationis adversus socios usus est.†

8. Quam Ti. etiam Gracchus¹ admirabilem se exhibuit! Tribunus enim plebis, cum ex professo inimicitias cum Africano, et Asiatico, Scipionibus gereret, et Asiaticus judicatæ pecuniæ^m satisfacere non posset,^h³¹ atque ideo a consuleⁿ in vincula publica duci jussus esset, appellassetque collegium tribunorum, nullo volente intercedere, secessit a collegis, decretumque composuit. Nec quisquam dubitavit, quin eo scribendo³² irati hostis adversus Asiaticum verbis usus esset. At is primum juravit ‘se cum Scipionibus in gratiam non rediisse:’ deinde tale decretum recitavit: ‘Cum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem conjecerit, indignum et alienum a majestate³³ populi Rom. videri eodem

^h Et Asiaticus non posset dare pecuniam omnem, qua in judicio damnatus fuerat.



omittit eorum: Ultraj. 1. exhibet in clientela.—29 Super hoc Siciliam sortitus est.—30 Octo codd. Torren. cum Vet. Mog. Venett. &c. variari non potest, probante Modio. Mox in duobus Torren. deest novis; Ultraj. 2. habet Jovis, et sic etiam Mog. moderatione sex Torren. Venett. Aldd. Colin. Gryph. &c.—31 Septem codd. Torren. et Mog. a consilibus. Vide infra Notam. Mox Copes. appellassetque ad collegium; et paulo post, a collegio.—32 Perizonius conjecerat, quin in eo scribendo, ut extat in Leid. quint. et Periz. idque Torrenius præfert: pro irati quidam iracundis, nempe ‘verbis.’ Leid. 7. iracundis, et pro v. l. ira commotis.—33 Aliquot codd. Torren. delent præpositionem a; Copes. habet majestati; multi, majestate R. P. et sic quoque Vet.

NOTÆ

^k Super hæc] Ante Siculorum querelas, Sicilia cum classe Marcello, Italia cum bello in Hannibalem Lævino obvenerat.

† An. M. 3844. Ol. 142. 3. Urb. C. 543. Ant. Ch. 209.

¹ Ti. etiam Gracchus] Similius vero mihi videtur, idque tum Livium, tum Plutarchum legenti cuilibet constabit, bis L. Scipionis causam a Ti. Graccho susceptam; semel cum mor-

bum causæ esse, cur Linterni abesset, frater L. Scipio excusaret; iterum, cum post Africani mortem a Petiliis damnatus est.

^m Judicatæ pecuniæ] Sub Africani mortem, vel duo Petilii, ex Livio, vel Minucius, ex Gellio, suasore M. Catone, L. Scipionem ingentis pecuniæ ab Antiocho acceptæ damnarunt.

ⁿ A consule] Hoc falsum; legendum, a Tribuno.

ipsum duci.³⁴ Itaque id non se fieri passurum.^o Libenter tunc opinionem suam populus Rom. a Graccho deceptam cognovit, moderationemque ejus debita laude prosecutus est.‡

9. C. quoque Claudius Nero inter cetera præcipuæ moderationis exempla numerandus est. Livii Salinatoris in Hasdrubale opprimendo gloriæ particeps^p fuerat: attamen³⁵ eum triumphantem equo sequi, quam triumpho, quem ei senatus æque decreverat, uti maluit; quia res in provincia Salinatoris gesta fuerat. Sine curru ergo³⁶ triumphavit, eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur, hujus etiam moderatio.^q

10. Ne Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur:³⁷ qui censor, cum lustrum conderet,^r inque solito



—34 ‘Duo Brand. et novem Torrenii Mss. cum omnibus editt. antiquis, etiam Vet. *eundem ipsum duci*, quod prætulero, quia et *duci* sæpe idem est, quod *in carcerem duci*, et Latini *idem ipse* sæpe conjungunt. Huc faciunt quoque Mss. qui habent *eum ipsum*, quod Perizonio placuit. Mox undecim Mss. delent *se*, ut et alibi Noster aliique scriptores.’ Kapp. duo Torren. omittunt *fieri*: unus Rhem. exhibet: *id fieri non posse passurum*. Nonnulli distinguunt post *libenter*, quomodo in Mog.—35 Pro *attamen* plerique codd. et Vet. *tamen*. Paulo post nonnulli Torren. *gesta erat*.—36 Quidam delent ergo: Copes. legit: *Sine curru ergo Nero triumphavit*: Medic. 1. et Leid. 5. *quo illius victoria*: Copes. *laudatur vero hujus etiam moderatio*.—37 *Ne Africanus*

NOTÆ

^o *Fieri passurum*] Permisit tamen, ut Quæstores in bona L. Scipionis invaderent, in quibus ne minimum quidem regiæ pecuniæ vestigium apparuit: quæ ad privatum vitæ cultum necessaria visa sunt, a cognatis redempta. Tam varia de Scipionis Asiatici damnatione scripta sunt, ut quibus potissimum assentiar auctoribus non habeam.

‡ An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

^p *Gloriæ particeps*] Multo plus ad victoriam, quam ipse Livius, contulit Nero; qui decepto Hannibale magnam Italiæ partem quinque diebus emensus, Equitatum cum Liviano exercitu conjunxit.

^q *Hujus etiam moderatio*] ‘Ita consociatus triumphus uterque gloriosus fuit; sed Neronis magis auxit gloriam, qui tantum honore cesserat Collegæ, quantum illi et nobilitate, et merito anteibat.’ Ita Livius.

^r *Cum lustrum conderet*] Non Scipio, sed L. Mummius illius Collega lustrum hoc anno condidit, si Ciceroni de Orat. lib. II. et Gellio lib. IV. c. 17. credimus; quamobrem idem hoc anno, quod sæpe alias, factum esse non temere dixerim: ut Censor uterque Scipio et Mummius præeunte Scriba carmen voti faciendi pronuntiaret; alter vero Mummius tauro immolato peregerit sacrificium, lustrumque condiderit.

feri^{38 s} sacrificio scriba ex publicis tabulis solenne ei pre-
 cationis³⁹ carmen^t præiret, quo Dii immortales, ut populi
 Romani res meliores amplioresque facerent, rogabantur:
 ‘Satis,’ inquit, ‘bonæ ac magnæ sunt: itaque precor, ut
 eas perpetuo incolumes servent.’ Ac protius in publicis
 tabulis ad hunc modum carmen emendare⁴⁰ jussit. Qua
 votorum verecundia deinceps censores in condendis lustris
 usi sunt. Prudenter enim sensit, tunc incrementum Ro-
 mano imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapi-
 dem^u triumphii quærebantur: majorem autem totius terra-
 rum orbis partem possidenti, ut avidum esset⁴¹ quicquam
 ultra appetere, ita abunde felix, si nihil ex eo, quod obti-
 nebat, amitteret. Neque alia ejus in censura moderatio
 pro tribunali apparuit. Centurias recognoscens equitum,



posterior n. d. s. t. non patiatur.—38 ‘Ita unus Brand. unus Rhem. prim. Bitur. et Ultraj. idque Pighius in textum recepit, nulla in notis ratione reddita. Ceteri *feri* omittunt, sed in Leid. sept. et quint. ascriptum est *viri*, ut sit *solito viri*, at in Leid. quint. *viri* notatur punctis, ut *delendum*. Vet. *solita viri*, quod quia Lipsius in libro vetere invenerat, conjecit *solitaurili*, quam conjecturam jam ante Lipsium protulerat Cujacius et post eum Colerus, qui *solitaurili* in textum recepit. Mihi videtur *solito fieri* vera lectio esse, licet *feri* commodius abesset. Ex *feri*, male pronuntiato, factum est *viri*, quod quia alienum erat, plurimi omiserunt. Utrumvis tamen eligas, per me licet.’ *Kapp.*—39 Edd. vett. *solemni ejus precationis*. Gronovius testatur in cod. Andino pro *præiret* esse, *interpretaretur*. Leid. 1. 2. *precationis imprecaretur*; Leid. 7. *impetraretur*, et ab al. m. *solenne ei precationis carmine præiret*; codex Perizonii, *predictionis carmen præiniret*. Ceteri codd. cum Mog. ut in textu.—40 ‘Sic Vorstius et Torrenius ediderunt, nulla in notis reddita ratione, ceteri editi *emendari*. Prætulerim tamen *emendare jussit*, nempe ‘scribam.’ *Kapp.*—41 Ita pro *esse*, quod exhibent edd. vett. edidit Torrenius: ‘*esse* extat in undecim Mss. Vet. et Mog. quod recte præferunt Gronovius et Perizonius, qui *sensit* repetit. Parum etiam abfuit, quin *esse* in textum reciperem, quod unice verum existimo: *esset* est a præcedente *ut* profectum.’

NOTÆ

* *Inque solito fieri*] Ego libentius cum Lipsio legerim, *solitaurili sacrificio*; quod lustrationum omnium proprium fuit. In lustro enim mos fuit ut exercitus omnis in campo Martio adesset, ibique sue, ove, taurisque lustraretur: hoc sacrificium Varro, Livius, Festus ‘solitaurilia’ appellant, Cato ‘suovetauri-

lia,’ Servius ‘suovetaurium,’ alii ‘solitaurilia.’

^t *Carmen*] Hoc est formulam, cujus ne unam quidem voculam licebat immutare.

^u *Intra septimum lapidem*] Id est, intra septem millia passuum: majores enim lapidibus milliaria singula designabant.

postquam C. Licinium⁴² Sacerdotem citatum processisse animadvertit,ⁱ dixit ‘se scire illum verbis conceptis^v pejerasse: proinde si quis eum accusare vellet, usurum testimonio suo.’ Sed nullo ad id negotium accedente, ‘Traduc⁴³ equum,’ inquit, ‘Sacerdos,^w ac lucrifac censoriam notam: ne ego in tua persona,⁴⁴ et accusatoris, et testis, et iudicis partes egisse videar.’^{*}

11. Quod animi temperamentum etiam in Q. Scævola,^x excellentissimo viro, annotatum est. Testis namque in reum productus, cum id respondisset, quod salutem periclitantis magnopere læsurum videbatur, discedens adjecit, ‘ita sibi credi oportere, si et alii⁴⁵ idem asseverassent:^k quoniam unius testimonio aliquem credere⁴⁶ pessimi esset exempli.’ Et religioni igitur suæ debitam fidem, et communi utilitati salubre consilium reddidit.[†]

12. Sentio quos cives, quævefacta eorum ac dicta quam angusto⁴⁷ ambitu orationis amplectar. Sed cum magna et

ⁱ Postquam animadvertit C. Licinium Sacerdotem a Præcone appellatum in medium venisse.

^j Transi cum equo tuo, Sacerdos; et lætare, quasi de lucro, quod a Censore notatus non fueris.

^k Adjecit, sibi credi tantum oportere tum, cum alii idem verum esse dixissent.



Kapp.—42 Nonnulli codd. Torren. Gaium Lucinium. Paulo post Ultraj. 1. perjurasse.—43 Brand. 1. 2. cum multis Torren. Transduc.—44 Ita unus Brand. Copes. et undecim Torren. cum Vet. Mog. Venett. Mediol. Aldd. Colin. Gryph. et Steph. in persona tui codex Perizon. in tuam personam e quatuor codd. ediderat Pighius; et sic est in altero Brand.—45 Vet. cum aliis edd. priscis, si non et alii; unde Lipsius legi jussit, si modo et alii. Codd. tamen non mutant, nisi quod unus habet id pro idem, et alius, si qui alii.—46 Unus Brand. unus Rhem. codex Lipsii et Vet. aliquem cedere, probante Gronovio; unde Lips. conj. cædere, et Perizon. cadere; Ultraj. 1. dampnare; alter Brand. damnare, probante Vorstio. Mox ex codd. scribi jussit Gronovius, pessimi esse exempli.—47 Unus Brand. Ultraj. 1. codex Lipsii, et Vet. brevissimo; Dan. et Leid. 7. ab al. m. incongruo; deletum est in uno Rhem.

NOTÆ

^v Verbis conceptis] Solenni more expressis; ita ut nihil deesset ad perjurium.

^w Sacerdos] Non dignitatis, sed familiaris plebeie nomen fuit.

* An. M. 3912. Ol. 159. 3. Urb. C.

611. Ant. Ch. 141.

^x Q. Scævola] Gener Lælii Sapientis, et Angur vulgo dictus.

† An. M. 3940. Ol. 166. 3. Urb. C. 639. Ant. Ch. 113.

multa⁴⁸ breviter dicenda sint de claritate excellentibus viris; sermo⁴⁹ infinitis personis, rebusque circumfusus, utrumque præstare non potest.¹ Itaque propositi quoque nostri ratio non laudanda sibi omnia, sed recordanda sumsit. Quapropter bona cum venia duo Metelli, Macedonicus, et Numidicus,^y maxima patriæ ornamenta strictim se narrari patientur. Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat, eorumque ab æmulatione virtutis perfecta contentio,⁵⁰ ad graves testatasque^z inimicitias progressa fuerat. Sed tamen⁵¹ cum interentum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit, mœstoque vultu et voce confusa, ‘Concurrите, concurrите,’ inquit, ‘cives: mœnia Urbis nostræ eversa sunt. Scipioni enim Africano intra suos penates quiescenti nefaria vis illata est.’ O⁵² Rempublicam pariter Africani morte miseram, et Macedonici tam humana, tamque civili lamentatione felicem! eodem enim tempore, et quantum amisisset princi-

¹ *Sermo meus, qui de infinitis prope personis et rebus loquitur, non potest utrumque efficere.*



Ceteri omnes cum edd. antiq. angusto.—48 Ita plures codd. *magna strictim et multa* unus Rhem. Ultraj. 1. Vet. et Venett. probante Lipsio: *magna mihi et multa* in nonnullis codd. Torren. et edd. plurimis ante Pighium; *magna mihi atque multa* in quibusdam aliis: *cum et multa* Winck. *permulta* unus Bitur.—49 Sic ex Winckeliano aliisque textum constituit Pighius. At plures de, itemque viris: sermo omittunt. Ex Torrenianis solus est Leid. quint. qui sermo habet. Reliqui omnes itemque Brand. et Vet. Ven. Ald. delent. Pro non potest aliquot Torrenii, Brand. et Ald. non possum, sed longe plures nequeo. Vet. propositi nequeo, omisso Itaque. Ultraj. 1. delet nequeo et Itaque: Ultraj. 2. omittit Itaque. ‘Unde per codd. et edd. firmior est: Sed cum magna et multa b. d. sint; claritate e. i. p. r. c. u. præstare nequeo. (Propositique vel) Propositi quoque nostri ratio, &c.’ Kapp.—50 Quatuor codd. cum Vet. *perfecta concitatio*.—51 Hanc vocem Torrenius auctoritate quatuordecim codd. et omnium edd. etiam Vet. in textum recepit. Paulo post Leid. 2. *in publicum se prorupit*: unus Rhem. *urbis vestræ*; idem cum Leid. 7. *vis allata est*.—52 Unus Rhem. delet interjectionem O, itemque, *pariter*.—53 Vet. *ab*

NOTÆ

^y *Macedonicus, et Numidicus*] Utrique Q. Cæcilius Metellus nomen fuit: ille ex Macedonia victo Pseudophilippo, Macedonici; hic victo Jugurtha, ex Numidia Numidici nomen reportavit. Numidicus Metelli Calvi,

qui Macedonici frater, filius erat.

^z *Ad graves testatasque, &c.*] Aliter Cicero: ‘Inter Scipionem et Metellum fuit sine acerbitate dissensio.’ Scipionem Æmilianum intellige; de cuius morte postea.

pem, et qualem haberet, recognovit. Idem filios suos monuit,^a ut funebri ejus lecto humeros subjicerent, atque huic exequiarum, illum honorem vocis adjecit, ‘Non fore, ut postea id officium ab illis⁵³ viro majori præstari posset.’ Ubi illa tot in curia jurgia? ubi tam multæ pro Rostris altercationes? ubi maximorum ducum et civium tantorum⁵⁴ togata prælia?^m Omnia nimirum ista præcipua veneratione prosequenda delevit moderatio.‡

13. Numidicus autem Metellus populari factione patria pulsus in Asiam secessit. In qua cum ei forte ludos Tralibus⁵⁵ spectanti literæ redditæ essent, quibus scriptum erat, maximo senatus^b et populi consensu reditum illi in Urbem datum, non e theatro prius abiit, quam spectaculum ederetur: non lætitiā suam proxime sedentibus ulla ex parte patefecit; sed summum gaudium intra se continuit. Eundem constat pari vultu, et exulem fuisse, et restitutum: adeo moderationis beneficio medius semper inter secundas et adversas res animi firmitate versatus est.*

^m *Contentiones inter viros togatos.*



illis.—54 ‘Sic Aldus, Pighius, Torreniusque ediderunt, qui *tantorum* in tredecim Mss. invenit. At *tantum non* placet Lipsio, Colero, Vorstio, estque in libro vetere Lipsii, in Dan. uno Brand. et Vet. et forte in aliis. *tanta* unus Brand. et Ultr. prim. In Copes. omittitur. Mihi quidem perplacet *tantum non.*’ Kapp.—55 Coløn. Cauch. Bitur. 1. et Leid. 3. *ludos theatrales*; Copes.

NOTÆ

^a *Filios suos monuit*] Sex liberos habuit, quatuor filios, duasque filias; nepotes undecim, nurus, generosque, et a quibus pater appellaretur viginti septem: sed de his alias. De Tralibus antea egimus.

‡ An. M. 3925. Ol. 162. 4. Urb. C. 624. Ant. Ch. 128.

^b *Maximo senatus*] L. Apuleio, a quo ejectus fuerat Metellus, occiso, Senatus populusque omnis Metelli reditum clamoribus postulavit: ob-

stitit quidem aliquamdiu Furius quidam Tribunus plebis; sed ille a furenti populo discerptus, et Metellus tanta omnium gratulatione restitutus est, ut dies integra excipientium salutationibus ad portam consumpta fuerit. Quod Mario ægre admodum fuit; qui ne inimici gloriosum reditum cerneret, navigavit in Galatiam. Hæc Appianus.

* An. M. 3955. Ol. 170. 2. Urb. C. 654. Ant. Ch. 98.

14. Tot familiis in uno genere laudis enumeratis, Porcium nomen velut expers hujusce gloriæ silentione prætereundum? Negat fieri debere posterior Cato,⁵⁶ non parvo summæ moderationis fisis indicio. Cypriacam pecuniam^c maxima cum diligentia^d et sanctitate in urbem deportaverat. Cujus ministerii gratia senatus relationem^e interponi jubebat,⁵⁷ ut prætoriiis comitiis extra ordinem ratio ejus haberetur.ⁿ Sed ipse id fieri passus non est, ‘iniquum esse,’ affirmans,⁵⁸ ‘quod nulli alii tribueretur, sibi decerni.’ Ac ne quid in persona sua novaretur, campestrum experiri^f temeritatem, quam curiæ beneficio uti, satius esse duxit.[†]

ⁿ Propter quod ministerium diligenter præstitum Senatus jubebat ut rationes non redderet, et in comitiis Prætoriiis extra ordinem ipse Prætor crearetur.



ludos theatrales: in ceteris *Trallibus*.—56 Ita ex Camp. edidit Pighius: at omnes alii et editi libri et scripti: *silentio prætereundum se negat fieri debere posterior*, &c. solus Copes. *fieri debere* omittit. Perizon. conj. *silentio negat prætereundum posterior*, deleto *se*. Torrenius: Forte, inquit, excidit repetitum continuo verbum *negat*, ut auctor scripserit: *silentio prætereundum se negat* (scil. Porcium nomen.) *Negat fieri debere posterior Cato*. ‘Ego ita interpungo: *silentio prætereundum se* (scil. esse) *negat fieri debere*. *Posterior Cato . . . Cypriacam pecuniam . . . deportaverat*; ut post *debere* punctum ponatur, et post *indicio* comma. Sic Vet. habet et constructio facillima est: Porcium nomen (i. e. familia) *negat fieri debere*, ut prætereatur silentio, velut expers hujus gloriæ.’ *Kapp*.—57 Barb. 1. *interponi debere jubebat*.—58 Unus Rhem. *iniquum affirmans*; alius Rhem. delet *alii*. Tres Torreniani, *id*

NOTÆ

^c *Cypriacam pecuniam*] Catonis in Cyprum mittendi duplex causa P. Clodio fuit; altera, ut Ptolemæum Cypri Regem ulcisceretur, quod ipsum a piratis, ab iis enim captus fuerat, non redemisset: altera, ne Cato vir amans patriæ, iis, quæ destinabat animo, obsisteret.

^d *Diligentia*] Ubi in Cyprum apulit Cato, Ptolemæum spoliatur, jure an injuria, viderint alii; septemque millia cogit argenti talenta: at veritus tum longam navigationem, tum mobilem populi animum, et vasa paravit pecuniæ deportandæ idonea, singulisque longum funem et corti-

cem suberis annexit; et eorum quæ gesserat rationem descripsit in duobus codicibus, quorum alter naufragio, alter igne absumtus est.

^e *Senatus relationem*] Ut ad Tiberim venit, Magistratus, Sacerdotes, frequensque populus obviam prodiit; laudemque non minorem adeptus est bene gestæ rei, quam si e bello victor rediisset.

^f *Campestrum experiri*] Præturam extra ordinem oblatam cum repudiasset, anno sequenti in comitiis prælato Vatinio repulsam tulit.

† An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

15. Ad externa jam mihi exempla transire conanti, M. Bibulus,^g vir amplissimæ dignitatis, et summis honoribus functus, manus injicit.^o 59 Qui cum in provincia Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios suos a Gabinianis militibus^h Ægypti⁶⁰ occisos esse cognovit. Quorum interfecutores ad eum vinctos regina Cleopatraⁱ misit, ut gravissimæ cladis ultionem arbitrio suo exigeret. At ille oblato beneficio, quo nullum majus lugenti tribui potuerat,⁶¹ dolorem moderationi cedere coëgit: carnificesque sanguinis sui intactos e vestigio ad Cleopatram reduci jussit: dicendo, ‘potestatem hujus vindictæ non suam, sed senatus esse debere.’[‡]

EXTERNA.

1. Tarentinus Archytas,^j dum se Pythagoræ præceptis Metaponti penitus immergit,⁶² magno labore, longoque tempore solidum opus doctrinæ complexus; ^p postquam in patriam⁶³ revertitur, ac rura sua revisere cœpit, animadvertit negligentia villici corrupta et perdita: intuensque

^o Dum conor externa jam exempla proferre, M. Bibulus me admonet, ut de ipso prius loquar.

^p Assecutus solidam et maximam scientiam.



sibi decerni.—59 Leid. 2. *injecit*.—60 ‘Ægypti, quod in omnibus Mss. præter Campens. extat, et omnes editt. habent, male Pighius expunxit. Mox esse in decem Mss. et Vet. aliisque deest. Ceterum Ægypti, est: in Ægypto.’ Kapp.—61 Omnes fere scripti cum Mog. *tribui poterat*.—62 Leid. 3. *injungit*.—63 Pro *in patriam* Ultraj. 2. et Leid. 7. a m. pr. *domum*; Mog. exhibet, *postquam in domum*. Ultraj. 1. Leidd. 1. 5. 6. et Vet. *revertit*, quod non im-

NOTÆ

^g M. Bibulus] E Patricia Calphurniorum gente, C. Cæsaris in Consulatu Collega; qui multo post in bello civili, dum rem maritimam diligenter curaret, obiit.

^h Gabinianis militibus] A. Gabinus, qui cum Pisone Consul, tum Proconsul Syriæ præerat.

ⁱ Regina Cleopatra] Ptolemæi Auletis filia, quæ a patre regni hæres

una cum fratre ea lege scripta fuerat, ut illi nuberet. Antonii amoribus aliquanto post famosa.

[‡] An. M. 3999. Ol. 181. 2. Urb. C. 698. Ant. Ch. 54.

^j Archytas] Mnezarchi filius, Geometriæ studio celeberrimus, urbisque suæ facile princeps. Platonis et æqualis, et amicus.

male meritum: ⁶⁴ ‘Sumsissem,’ inquit, ‘a te supplicium, nisi tibi iratus essem.’ Maluit enim impunitum ⁶⁵ dimittere, quam propter iram gravius justo punire.*

2. Nimis liberalis Archytæ moderatio: Platonis temperatior: ⁷ nam cum adversus delictum servi vehementius exarsisset, veritus ne ipse modum vindictæ dispicere non posset, Speusippo ^k amico castigationis arbitrium mandavit; deforme sibi futurum existimans, si commisisset, ut parem reprehensionem culpa servi, et animadversio Platonis mereretur. Quo minus miror, quod in Xenocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit. Audierat, eum de se multa impie ⁶⁶ locutum: sine ulla cunctatione criminationem respuit. Instabat certo ⁶⁷ vultu index, causam quærens, ^r cur sibi fides non haberetur: adjecit, ‘non esse credibile, ut quem tantopere ⁶⁸ amaret, ab eo invicem non diligeretur.’ Postremo, cum ad ⁶⁹ jusjurandum inimicitias serentis ⁷⁰ malignitas confugisset, ne de perjurio ejus disputaret, ^s ⁷¹ affirmavit ‘nunquam Xenocratem illa dicturum

^q Moderatio Archytæ fuit nimis indulgens; Platonis vero majori severitate temperata.

^r Is qui indicaverat, instabat vultu confidentiæ pleno.

^s Postremo cum ille, qui inimicitias inter Platonem et Xenocratem serere maligne volebat, jurasset se verum dixisse.



probant Kapp. et Torren.—64 Leid. 3. *malum meritum*. Mox *Sumerem* unus Brand. et Ultraj. 1.—65 Perizonius conj. *Maluit eum impunitum*.—66 Nonnulli codd. Torren. *multa impia*. Aute edebatur *Audierat enim eum multa de se impie*; sed conjunctionem expulit Pighius, faventibus compluribus codd. non omnibus tamen: *eum* delet Copes.—67 Barb. 1. 2. Ultraj. 2. Copes. et Leid. 3. a m. sec. *torvo*. Mox pro *haberetur* unus Rhem. et Medic. 2. *adhiberetur*.—68 Nonnulli codd. Torren. *tanto opere*.—69 In quibusdam codd. est, *cum jam ad*; Leid. 5. habet, *cumdam ad*; Copes. *cum ad ejus*.—70 Ita recte ex codd. restituit Pighius, et sic etiam unus Brand. sex Torren. cum Vet. et Mog. Perizonii codex et Medic. 1. *inimicitias asserentis*: reliqui omnes, *inimici asserentis*.—71 Recte ex codd. ita Pighius: edd. præter Vet.

NOTÆ

* An. M. 3690. Ol. 104. 1. Urb. C. 389. Ant. Ch. 363.

^k *Speusippo*] Is Platonis ex sorore nepos fuit; octo annis Academiæ post Platonem præfuit: non ipsi tamen, si Laërtio credimus, sed Xeno-

crati servum puniendum tradidit Plato. Intransi cubiculum, ‘Cæde,’ inquit, ‘hunc puerum; nam ipse, quod iratus sum, nescio.’ Xenocratis jam meminimus lib. II. cap. 10. num. 12. Dionys. lib. III. cap. 8. num. 5.

fuisse, nisi ea dici expedire sibi iudicasset.' Non in corpore⁷² mortali, sed in arce cœlesti, et quidem armatum animum ejus vitæ stationem putes peregrisse, humanorum vitiorum incursus a se⁷³ invicta pugna repellentem, cunctosque virtutis numeros altitudinis suæ sinu clausos custodientem.[†]

3. Nequaquam Platoni literarum commendatione par Syracusanus Dion:⁷⁴ sed quod ad præstandam moderationem attinet, vehementioris experimenti.[‡] Patria pulsus a Dionysio tyranno, Megaram¹ petierat: ubi cum Theodorum,^m principem ejus urbis, domi convenire vellet, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti suo, 'Patienter hoc ferendum est,' ait: 'forsitan enim et nos, cum in gradu dignitatis nostræ essemus, aliquid tale fecimus.' Qua tranquillitate consilii ipse sibi conditionem exilii placidiorem reddidit.[‡]

4. Thrasybulusⁿ etiam hoc loci apprehendendus est:^v qui populum Atheniensem, xxx. tyrannorum sævitia sedes suas relinquere coactum, dispersamque et vagam vitam mi-

[†] Non temere dixeris Platonis animum non in corpore mortali, sed in cœlo potius breve vitæ tempus peregrisse: cum et a se invictus omnia vitia quibus homines obnoxii sunt, repulerit; et omnes perfectæ virtutis numeros magnitudine sua comprehensos diligenter custodierit.

[‡] Exemplum præbuit majoris moderationis.

^v In hoc loco etiam commemorandus est Thrasybulus.



Mog. et Mediol. exhibent *disputaretur*.—72 Copes. *in corde*. Mox unus Rhem. delet *armatum*.—73 Leid. 2. *incursus invicta p. repellente*, &c. deletis *a se et suæ*.—74 *Dion* abest a multis Mss. Mox pro *attinet* quindecim Mss. et vetustissimæ editt. *attinuit*. Pighius in margine ad *præstandam* notat, 'alii *præstantem*.' Pro *experimenti*, *exempli* extat in uno Rhem. et Leidd. 3. 7. a m.

NOTÆ

† An. M. 3688. Ol. 103. 3. Urb. C. 387. Ant. Ch. 365.

¹ *Megaram*] Urbem Achaïæ, mediam inter Athenas et Corinthum, ad sinum Saronicum.

^m *Theodorum*] Nec Theodorum, nec principem civitatis appellat Plutar-

chus, sed virum nobilem et locupletem.

‡ An. M. 3688. Ol. 103. 3. Urb. C. 387. Ant. Ch. 365.

ⁿ *Thrasybulus*] Vir, cum domi illustris, tum bello fortissimus; qui multa præclare in Lacedæmonios gesserat.

serabiliter exigentem, animis pariter atque armis confirmatum, in patriam reduxit.^o Insignem deinde restitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis enim scitum⁷⁵ interposuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. Hæc oblivio, quam Athenienses ἀμνηστίαν vocant, concussum⁷⁶ et labentem civitatis statum in pristinum habitum revocavit.*

5. Non minoris admirationis illud: Stasippus⁷⁷ Tegeates,^p hortantibus amicis ut gravem in administratione reipublicæ æmulum, sed alioqui probum et ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret, vel summo veret, negavit se facturum; ne, quem⁷⁸ in tutela patriæ bonus civis locum obtineret, malus et improbus occuparet: seque potius vehementi adversario⁷⁹ urgeri, quam patriam egregio advocato carere præoptavit.

6. Pittaci^q quoque moderatione pectus instructum, qui Alcæum poëtam,^r et amaritudine odii, et viribus ingenii



sec. ut conj. Gudius.—75 *Plebei* Dan. nonnulli codd. Torren. et Vet. *Plebi* vel *Plebis* in aliis; sed vix ullus est, qui *enim* in medio non interponat; Pighius tamen dederat: *Plebis scitum enim*; et Thysius eum secutus, *Plebscitum enim*.—76 Perizonius conj. *contusum*, improbante Torrenio.—77 Leid. 2. *Stragippus*; Medic. 2. *Strasippus Egeates*; Barb. 2. habet *Regeates*, et ab al. m. *Tegeates*.—78 Leid. 5. *ne eum quem*. Deinde quatuor codd. Torren. cum Vet. et aliis edd. antiq. præter Mog. et Mediol. 3. habent, *in tutelam*.—79 Vet. cum Vorstii Mss. et duodecim Torrenii *vehementer adversario*. At melius *vehementi*. Opponuntur *vehemens adversarius*, et *egregius advocatus*. Leid. 5. *vehementi*; Leid. 7. *vehementer*, et ab al. m. *vehementi*.—80 Edd.

NOTÆ

^o *In patriam reduxit*] Dum in bona et vitam civium triginta tyranni grassarentur Athenis, alii Thebas, Argos alii fugerant; quos inter Thrasybulus, qui paulo post liberandæ patriæ suis et princeps, et auctor extitit: primum enim cum septuaginta viris Pylum Atticæ regionis castellum occupat; deinde cum sociis mille Piræo potitur; post commisso prælio tyrannos vincit, in quo, cum multi, tum Critias ipse cecidit: tum pace inter cives composita, interfici jubet seditiosorum duces: ipse aliquanto

post, dum bellum gerit, ab Aspendiis culpa suorum occiditur.

* An. M. 3652. Ol. 94. 3. Urb. C. 351. Ant. Ch. 401.

^p *Tegeates*] Tegea Arcadiæ oppidum. Hodie *Muchli*.

^q *Pittaci*] Mitylenæus, unus ex septem Græciæ Sapientibus, qui pecuniam sibi a Cræso oblatam repudiasset dicitur.

^r *Alcæum poëtam*] Lyricum, quem adeo in scribendo mordacem fuisse scribunt, ut versibus suis multos e civitate ejecerit.

adversus se pertinacissime usum, tyrannidem^s a civibus delatam⁸⁰ adeptus, tantummodo quid in opprimendo posset, admonuit.†

7. Hujus viri mentio subjicit, ut de septem sapientium moderatione referam. A piscatoribus^t in Milesia regione verriculum⁸¹ u trahentibus quidam jactum emerat.^w Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica,^v orta controversia est; illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortunam jactus se emissee⁸² dicente.^r Qua conditione⁸³ propter novitatem rei, et magnitudinem pecuniæ, ad universum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, ‘cuinam adjudicari mensa deberet.’ Deus respondit, ‘illi esse dandam,^w qui sapientia ceteros præstaret,’ his verbis:⁸⁴

^w *Quidam a piscatoribus non procul a Mileto rete trahentibus emerat quidquid primo retis jactu cepissent.*

^r *Emlore vero dicente se emissee, quidquid fortuna in rete hoc jactu induceret.*

vett. a civibus Mitylenæ delatam; sed vocem Mitylenæ expunxit Pighius, quia in nullis codd. apparet.—81 Dan. unus Brand. Leidd. 2. 5. 7. et Medic. 2. *everriculum*; marg. Copes. cum Vet. et Barb. 1. a m. sec. *reticulum*; reliqui codd. cum edd. omnibus aliis *verriculum*.—82 Edd. vett. *hoc fortunam ductus emissee*; tres codd. Pighiani: *hoc se fortunam tractus emissee*; in aliis: *hoc fortunam tractus se emissee*; duo codd. Lipsiani, et nonnulli Torren. cum Vet. et Mog. *jactus*; alii codd. fluctuant inter *ductus* et *tractus*: Leid. 3. *tractus*, vel *ductus*, vel *jactus*; Leid. 7. ut in Aldd. et Chalc. *fortunæ ductus emissee*, et ab alia manu, *fortunam tractus*: Torrenio magis placet *tractus*. In plerisque codd. et edd. deest *se*.—83 ‘Ita Vet. cum Mss. *contentione* tres Mss. et editt. quod iudice Torrenio satis tolerari potuerat. Lipsius satis ingeniose legit *cognitione*. Perizonius conjicit *condictione*.’ Kapp. Leid. 3. *conditione*, et ab al. m. *contentione*; Copes. *contradictione*.—84 Edd. vett. *his verbis Græcis*; sed *τὸ Græcis* non reperitur in codd. Integrum responsum tale est:

NOTÆ

^s *Tyrannidem*] Pittaco, postquam, et Phrynonem Atheniensium ducem, et Lesbi tyrannum superavit, summa potestas a civibus delata est; quam cum summa æquitate decem annis tenuisset, patriamque legibus sapientissimis temperasset, ultro deposuit.

† An. M. 3448. Ol. 43. 3. Urb. C. 147. Ant. Ch. 605.

^t *A piscatoribus*] A Cois piscatori-

bus Milesios hospites capturam emissee scribit Plutarchus, extractumque tripodem aureum, quem Helena, cum a Troja navigaret, oraculo monita hunc in locum dejecerat.

^u *Verriculum*] Hoc est rete, quod per alvum fluminis trahitur.

^v *Mensa Delphica*] Tripodem Delphicæ mensæ haud absimilem intelligit.

^aὉς σοφίῃ πάντων ^x πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δῶ.

Tum Milesii consensu Thaleti⁸⁵ mensam dederunt.^y Ille cessit eam Bianti, Bias^z Pittaco, is protinus alii: deincepsque per omnium septem sapientium^a orbem, ad ultimum, ad Solonem^b pervenit. Qui et titulum amplissimæ sapientiæ,⁸⁶ et præmium ad ipsum Apollinem^c transtulit.‡

^yἘκγονε Μιλήτου, τρίποδος περί Φοῖβον ἑρωτᾶς;
^zΤὶς σοφίῃ πάντων πρῶτος; τούτῳ τρίποδ' ἀδῶ.

Sic enim hos versus restituit Casaubonus. Ambos versus profert Aldus; sed ait Pighius, verum secundum in libris manuscriptis Valerii non reperiri, et addidisse eum librariorum e Diogene Laërtio. Bochartus legit, *τρίποδ' ἂν δός*. Guyetus, *τρίποδ' ἂν δῶς*, ut *δῶς* sit pro *δοίης*.—85 'Sic Camp. Cauch. et unus Brand. Alii: *Tum illi communi consensu Thaleti*; alii: *Tum illi Milesio Thaleti*; alii: *Tum illi Thaleti*; alii aliter, ut recte Torrenius judicet, lubricum esse in tanta varietate quicquam definire. Putem tamen cum Torrenio, *Milesii* et *Milesio* a glossa esse. Mox: *cessit ea* Pighius in margine notavit, et unus Brand. habet. Pro *Bias Pittaco*, Vet. *is Pittaco*.' Kapp.—86 Multi codd. cum Vet. et aliis edd. antiq. excepta Mog. *prudentiæ*.—87

NOTÆ

^w *Deus respondit illi esse dandam*] Sunt tamen, qui nec mensam extractam fluctibus, nec ab Apolline adjudicatam sapientissimo velint; sed, vel pateram a Cræso missam, vel poculum a Bathycle quodam Arcade relictum.

^x *Ὁς σοφίῃ, κ. τ. λ.*] Hoc est, huic addico tripoda, qui sapientia ceteris præstiterit. Paulo aliter Laërtius: 'De tripode ex Phæbo rogitas, Milesia pubes? Huic tripodem addico, cujus sapientia prima est.'

^y *Thaleti mensam dederunt*] Thaleti quidem Miletum a Cois missam tradit Plutarchus; Theophrastus vero primum Bianti, et ab eo Thaleti missam.

^z *Bias*] Priensis, de quo decantatum illud, cum e patria ab hostibus capta prope nudus fugeret: 'Omnia mea mecum porto.'

^a *Per omnium septem sapientium*] Quorum primus Thales Milesius; secundus Pittacus Mitylenæus; tertius

Bias Priensis; quartus Solon Atheniensis; quintus Cleobulus, seu Lindius, seu Lydius; sextus, vel Myson Chenensis ex Laconia oppido, vel Periander Corinthiorum tyrannus, vel Anacharsis Scythæ; septimus Chilo Lacedæmonius. Hi omnes a civili prudentia nomen Sapientis invenerunt, si unum Thaletem exceperis: is enim primus apud Græcos et Geometriæ rationem, ambitus temperum, stellarumque motus observasse dicitur.

^b *Solonem*] Sapientia laude clarissimum, qui Atheniensium Rempublicam Prætor ordinavit. Hujus vitam scripsit Plut.

^c *Ad Apollinem*] Nec cum Valerio, nec inter se Theophrastus et Plutarchus consentiunt; tradit enim ille Bianti, hic vero Thaleti postremo remissam: ille Apollini Delphico, hic Ismenio consecratam.

‡ An. M. 8474. Ol. 50. 1. Urb. C. 173. Ant. Ch. 579.

8. Atque ut⁸⁷ Theopompo^d quoque, Spartanorum regi, moderationis testimonium reddamus, cum primus instituisset ut Ephori^e Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio tribuni plebis sunt objecti; atque illi uxor⁸⁸ dixisset, ‘id egisse illum, ut filiis minorem potestatem relinqueret:’ ‘Relinquam,’ inquit; ‘sed diuturniorem.’ Optime quidem: ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius a licentia⁸⁹ retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit.*

9. Antiochus autem a L. Scipione ultra Taurum^f montem imperii finibus summotus,⁹⁰ cum Asiam provinciam, vicinasque ei gentes amisisset, gratias agere populo Rom.

Atque in unus Ultraj. et Vet. unde Lipsius conj. Atquin, quod in textum recepit Colerus. Omnes alii codd. Atque ut. Mox ‘Vet. cum Brand. 1. 2. Ultraj. 1. 2. Leidd. quint. sext. Barb. et Bit. prim. et Periz. et Mog. qui cum primus. Unde Vorstius: Si, inquit, illud qui genuinum sit, satis intelligitur, voculam ut, quæ præcedit, locum non habere, et legendum fortasse Atqui pro Atque ut. Ceterum idem Vorstius monet alios tribuere Lycurgo, quod noster Theopompo tribuit.’ Kapp.—88 Quindecim codd. Torren. cum Vet. et Mog. illi cum uxor, quod non damuat Torrenius.—89 Leid. 7. quo longius licentia; sed a ascripsit manus recentior. Deinde tres codd. Torren. civium admonuit: sed hæc admovit et admōuit sæpe confunduntur.—90 Perizonius malit, finibus submotis; et paulo post, gratias quoque agere, quia in Copes. invenerat gratiusque. Mox Barb. 1. et Leid. 7. a m. pr. modici regni.

NOTE

^d Theopompo] Fuit Lycandri filius, et Lycurgi nepos.

^e Ephori] Erant numero quinque ex populo, nulla aut generis, aut opum habita ratione, selecti; penes quos summa potestas et belli et pacis, Regesque, si quid deliquissent, aut carcere, aut exilio, aut morte puniendi: horum princeps ἐπώνυμος, cujus nomine signabatur annus; ita ut Spartæ tali Ephoro, haud aliter ac Romæ tali Consule, res gesta diceretur. Plutarchus vult Ephoros a Theopompo institutos; a Lycurgo Herodotus; Laërtius a Philone Sapiente, qui et ipse postea Ephorus fuit.

* An. M. 3194. Ol. 5. 1. Ant. Ch. 759.

^f Ultra Taurum] Jam victor Scipio Sardes usque venerat, cum ab Antiocho Legati de pace adveniant; his Africanum respondere placuit: ‘Europa,’ inquit ille, ‘abstinete; Asiaque omni, quæ cis Taurum montem est, discedite: pro impensis in bello factis quindecim millia talentorum Euboicorum dabitur;’ hoc est, viginti et unum milliones Francorum. Ita Livius. Addit Appianus jussum etiam Antiochum tradere et elephantos omnes, et naves ultra statutum numerum bene multas.

non dissimulanter tulit, 'quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.' Et sane nihil est tam præclarum, aut tam magnificentum, quod non moderatione temperari desideret.[†]

NOTÆ

† An. M. 3864. Ol. 147. 3. Urb. C. 561. Ant. Ch. 191.

CAP. II.

DE RECONCILIATIONE.¹

- | | |
|---|---|
| 1 M. Æmilii Lepidi, et M. Fulvii Flacci censorum. | 4 M. T. Ciceron. et A. Gabinii. |
| 2 M. Livii Salinatoris, et C. Claudii Neronis consulum. | 5 P. Clodii Pulchri et L. Cornelii Lentuli. |
| 3 P. Africani Majoris, et Ti. Sempronii Gracchi. | 6 L. Caninii Galli, et C. Antonii. |
| | 7 M. Cœlii Rufi, et Q. Pompeii. |

QUÆ quoniam multis et claris auctoribus illustrata est, transgrediamur ad egregium humani animi ab odio² ad gratiam deflexum; et quidem eum læto stylo prosequamur.^a Nam si placidum mare ex aspero, cœlumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur; si bellum³ pace mutatum plurimum gaudii affert; offensarum etiam acerbitas deposita candida relatione celebranda est.

^a Quoniam moderationis multa exempla a clarissimis viris petita attulimus; jam agamus de reconciliacione, qua fit, ut animus ab odio ad amorem et gratiam convertatur.

1 Multi Mss. et editt. *De iis, qui ex inimicis juncti sunt amicitia aut necessitudine*; nonnulli habent *ex inimicitis*; alii etiam delent in initio, *De iis*.—2 'Sic Pighius ex Mss. quibuscum facit Ultr. prim. At alii Mss. et editt. *animi affectum quem ab odio, nisi quod nonnulli quem aut omittunt, ut Vet. et unus Brand. aut pro eo habent cum.* Vorstius legit totam periodum: *Transgrediamur ad egregiam humani animi affectum, quem ab odio ad gratiam deflexum vocare possis. Pro et quidem plures equidem. Mihi affectum quem librariis ortum suum debere videntur, quod etiam exinde fit verisimile, quia nonnulli habent effectum et pro deflexum legunt defluxum.* Putabant enim scribæ *deflexum* esse adjectivum.' Kapp.—3 Sic correxit Pighius, cum ante legeretur: *Nam sicut, &c. Sic bellum, &c.* et corr. ejus favet Leid. 5. quatuordecim alii codd. Torren. cum Vet. vulgato favent, quod non improbant Torren. et

1. M. Æmilius Lepidus^a bis consul, et Pontifex Max. splendorique⁴ honorum par gravitate vitæ, diutinas ac vehementes inimicitias cum Fulvio^b Flacco ejusdem amplitudinis viro gessit. Quas, ut simul censores renuntiati sunt,⁵ in campo deposuit:^c existimans non oportere eos privatis odiis dissidere, qui publice summa juncti essent potestate. Id judicium animi ejus et præsens ætas comprobavit, et nobis veteres Annalium scriptores laudandum tradiderunt.*

2. Sicuti Livii⁶ quoque Salinatoris finiendarum simultatum illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is namque, etsi Neronis odio ardens in exilium profectus^d fuerat, testimonio ejus præcipue⁷ afflictus, tamen postquam eum inde revocatum^e cives collegam illi in consulatu dederunt, et ingenii sui, quod erat acerrimum, et injuriæ, quam gravissimam acceperat, oblivisci sibi imperavit:^f ne,



Kapp.—4 Aliquot codd. Torren. *splendoreque*; pauciores *honoris*.—5 Sex Torren. codd. *creati sunt*; tres alii, *enunciati sunt*. Paulo post septemdecim codd. ejusdem, cum Vet. et Mog. *privatis inimicitiiis*.—6 In iisdem septemdecim cum Vet. et Mog. *Sexti Livii*, vel *Sexti quoque Livii*, manifesto librariorum errore, ut Glareanus admonuit.—7 Omnes codd. *præcipue*, quod tacite Vorstius et Torrenius in *præcipuo* mutarunt; forsitan operarum

NOTÆ

^a M. Æmilius Lepidus] Ille ipse, qui et Pontifex Maximus, et princeps Senatus in Ægyptum missus est, ut pro pupillo regnum tutorio nomine administraret.

^b Fulvio] Flaccum appellat Valerius, Nobiliorem alii; qui ex Hispania Prætor ovationem, ex Ambracia Consul triumphum retulit.

^c In campo deposuit] Dum in campo Martio ad aram Martis ex more sederent, summis ab iis precibus Senatus omnis id expetiit: quare dextris fideque mutuo datis, summa concordia Censum peregerunt. Ita Livius.

* An. M. 3875. Ol. 150. 2. Urb. C. 574. Ant. Ch. 178.

^d In exilium profectus] Cum L. Æmilio Paulo Consul de Illyriis trium-

phavit; sed paulo post damnatus est, seu pecnatus, ut vult Frontinus; seu, ut Livius, quod prædam militibus inæqualiter divisisset.

^e Inde revocatum] Hanc ignominiam tam impatienter tulit, ut et multos annos, tum urbe, tum omni hominum cœtu abstineret; et revocatus capillum barbamque prolixam veste obsoleta aleret, donec a Censoribus et deponere squallorem, et in Senatum venire jussus est.

^f Oblivisci sibi imperavit] Primum quidem Consulatum, tum Neronis amicitiam repudiabat Livius; sed tandem victus precibus et populi et Senatus Consulem creari se passus est; et in gratiam cum Nerone rediit. Per *Punicas vires* Hasdruba-

si dissidente animo consortionem⁸ imperii usurpare voluisset, pertinacem exhibendo inimicum, malum consulem ageret.⁶ Quæ quidem mentis ad tranquilliores habitum inclinatio, in aspero ac difficili temporum articulo⁹ plurimum salutis Urbi, atque Italiae attulit: quia pari virtutis impetu connisi, terribiles Punicas vires contuderunt.[†]

3. Clarum etiam in Africano superiore ac Ti. Graccho depositarum inimicitiarum exemplum. Siquidem ad cujus mensæ sacra odio dissidentes venerant, ab ea et amicitia et affinitate juncti discesserunt. Non contentus enim Scipio auctore senatu, in Capitolio, Jovis epulæ cum Graccho concordiam⁸ communicasse, filiam quoque ei Corneliam protinus ibi despondit.^{10 †}

⁶ *Ne si infenso in eum animo vellet gerere simul cum ipso imperium consulare, officia Consulis male obiret exhibens se pertinacem in inimicitiiis retinendis.*



errore.—8 Ita Pighius, cum Aldus edidisset, *consortium*: plures codd. Torren. *consortionem* defendunt; Brand. 1. 2. *consortionem*, et ab al. m. *consortium*. Mox *pertinacem se exhibendo* in quibusdam codd. cum Vet. et ed. Pighii; sed duodecim codd. Torren. et edd. aliæ omnes pronomen *se* delent.—9 Harl. Bitur. 1. 2. et Barb. 1. *temporis articulo*. Deinde nonnulli codd. Torren. *Urbi nostræ*, ut edebatur ante Pighium etiam a Moguntinis. Mox pro *connisi* Steph. *connexi*; Gryph. et aliæ, cum multis codd. *connixi*.—10 Ita codd. Torren. cum Mog. *despondebat* Barb. 1. *ibidem despondit* vulgo edebatur: quo-

NOTÆ

lem intellige, quem ad Metaurum vicerunt.

† An. M. 3847. Ol. 143. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 206.

8 *Cum Graccho concordiam*] Vereor ut ego hac in parte Valerio assentiri possim; quamvis idem, quod ille, Plutarchus ex nonnullis, quos non appellat, auctoribus referat: qui enim, si hoc verum est, cohærere possint ea, quæ jam ex Livio, Plut. Valerio, aliisque diximus? Si præsens Scipio in Capitolio auctore Senatu cum Ti. Graccho rediit in gratiam, illique filiam despondit, qui fieri potuit, ut graves inimicitias cum Sci-

pione Gracchus etiam tum gesserit, cum ille secessit Linternum, nec prius susceperit Scipionum patrocinium, quam cum Asiaticus et morbum esse causæ fratri, cur abesset, excusaret, et a Petiliis ob pecuniam Antiochenam damnaretur? Eo accedit, quod Polybius, aliique primæ classis auctores testentur Corneliam minorem Africani filiam post illius mortem Ti. Graccho nupsisse. Quare cum alterutrum falsum esse necesse sit, malim ego Polybii, Livii, aliorumque, quam Valerii sententiam amplecti.

† An. M. 3867. Ol. 148. 2. Urb. C. 566. Ant. Ch. 186.

4. Sed hujusce generis humanitas etiam¹¹ in M. Cicerone præcipua apparuit. A. namque Gabinium repetundarum^b reum summo studio defendit, qui eum in consulatu suo Urbe expulerat. Idemque P. Vatinius,ⁱ dignitati suæ semper infestum, duobus publicis judiciis^j tutatus est, ut sine¹² ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude. Quia speciosius aliquanto injuriæ beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia pensantur.^c*

5. Ciceronis autem factum adeo visum est probabile,^d ut imitari id ne inimicissimus quidem illi P. Pulcher^k dubitaverit. Qui incesti crimine^l a tribus Lentulis accusatus, unum ex his ambitus reum patrocínio suo protexit, atque in animum induxit, et judicem¹³ et prætorem, et Vestæ æ-

^c Quia injuriæ majori cum laude vincuntur beneficiis ab eo, qui illas accepit, quam vindicantur pertinacia mutui odii.

^d Factum illud Ciceronis ita laudabile omnibus visum est.



que Cornelium protinus ei despondit exhibet Vet.—11 In aliquibus codd. Torren. deest etiam.—12 Exc. Steph. *judiciis liberavit, ut sine, &c.*—13 Nonnulli codd. Pighiani, cum Vet. *judices*, quod Perizonius malit. ‘Mox pro Vestæ, quod Pighius ex codd. dedit, et Herbig. habet, quidam *testem*; Aldus *testem Vestæ*; Vet. *vestalem*. Itemque pro *inter quæ*, quod recte Pighius, edebatur

NOTÆ

^b *Repetundarum*] Duo judicia hoc anno expertus est Gabinus; alterum de majestate propter reductum cum exercitu Ptolemæum; alterum de repetundis ob rapinas factas in Syria: in primo judicio in gratiam Pompeii absolutus est; in secundo, Pompeio tum absente, et damnatus, et in exilium pulsus est. Pompeius Ciceronem, ne in primo judicio accusaret, deterruit; ut in secundo defenderet, hortatus est. Ideo male audiit Cicerone, si Dioni credimus, quasi partium suarum transfuga.

ⁱ *Vatinius*] Hominem turpissimum, qui nactus Tribunatum plebis, illum pro Cæsaris libidine gessit; Bibulumque illius Collegam duci jussit in

carcerem. Pompeius etiam auctor fuit Ciceroni, ut illum defenderet. In bello civili Cæsaris partes secutus Vatinius, Octavium navali pugna superavit.

^j *Publicis judiciis*] Publica judicia, quæ ad Rempublicam pertinent, ut ambitus, ut repetundarum, læsæ majestatis, &c.

* An. M. 4000. Ol. 181. 3. Urb. C. 699. Ant. Ch. 53.

^k *P. Pulcher*] Clodius, qui Ciceronem in exilium expulit.

^l *Incesti crimine*] Quod ad Bonæ Deæ sacra, quibus interesse viris nefas erat, habitu muliebri in domum Cæsaris introisset, stuprumque illius uxori obtulisse diceretur.

dem^m intuens, amicum Lentulo agere: inter quæ ille, salutem ejus foedo crimine obruere cupiens, hostili voce peroraverat.†

6. Caninius autem Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit, et C. Antonii,ⁿ quem damnaverat,^o filiam in matrimonium ducendo, et M. Colonium, a quo damnatus fuerat,^p rerum suarum procuratorem habendo.‡

7. Cœlii vero Rufi^q ut vita inquinata, ita misericordia, quam Q. Pompeio^r præstitit, probanda: cui a se publica quæstione prostrato, cum mater Cornelia fidei commissa prædia non redderet, atque iste auxilium suum literis implorasset, pertinacissime absentem affuit. Recitavit et ejus^{r4} epistolam judicio ultimæ necessitatis indicem, qua impiam Cornelie avaritiam subvertit:^e factum, propter eximiam¹⁵ humanitatem, ne sub Cœlio quidem auctore repudiandum.*

^e Recitavit etiam in judicio illius epistolam, qua inopiam suam maximam explicabat.



inter quam, Vet. interque.' Kapp.—14 Ita Pighius; et confirmant hanc lectionem Brand. 1. 2. et codd. Torren. Recitavit etiam ejus duodecim codd. ejusdem, cum Mog. quæ quoque cum Aldd. et Copes. præfert in judicio; Harl. in indicio.—15 Vulgo edebatur: propter nimiam et eximiam; sed contra omnes codd.

NOTÆ

^m Vestæ ædem] Ut significaret se injuriæ etiam tum memorem esse.

† An. M. 3996. Ol. 180. 3. Urb. C. 695. Ant. Ch. 57.

ⁿ C. Antonii] Qui Ciceronis in Consulatu Collega.

^o Quem damnaverat] Quod in bello civili Marium inter et Syllam multos in Græcia spoliasset: pro Græcis dixit Caninius; L. Lucullus tum Prætor peregrinarius Antonium damnavit.

^p Damnatus fuerat] Quod Præturæ Candidatus, quo populum sibi conciliaret, gladiatorium munus dederat.

Caninio Gallo familiariter usus est Cicero, eumque defendit ambitus.

‡ An. M. 3995. Ol. 180. 2. Urb. C. 694. Ant. Ch. 58.

^q Cœlii vero Rufi] Fuit is Ciceronis discipulus, cujus extant multæ epistolæ inter Ciceronianas.

^r Q. Pompeio] Damnatus ille, quod Tribunus plebis occiso Clodio, cui studebat, seditionem excitasset: cujus hæc vox excepta est: 'Milo dedit, quem in Curia cremaretis; ego dabo, quem in Capitolio sepeliatis.'

* An. M. 4002. Ol. 182. 1. Urb. C. 701. Ant. Ch. 51.

CAP. III.

DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT.

- 1 P. Scipio Africanus Major procos.
- 2 M. Cato Uticensis propr.
- 3 Nero Claudius Drusus et Antonia.
- 4 Cn. Marcius Coriolanus.
- 5 M. Curius Dentatus Cos.
- 6 C. Fabric. Luscinius Cos.
- 7 Q. Ælius Tubero Catus Cos.
- 8 L. Æmil. Paulus procos.
- 9 Legati Rom. Q. Fabius Gurges,
et N. Fabius Pictor, et Q. Ogul-
nius.

- 10 L. Calpurnius Piso Frugi Cos.
- 11 M. Cato senior Cos.
- 12 M. Cato Uticensis.
- 13 P. Scipio Æmilianus.
- 14 P. Romanus.

EXTERNA SUNT.

- 1 Pericles Atheniensis.
- 2 Sophocles Atheniensis.
- 3 Xenocrates Academicus.
- 4 Diogenes Cynicus.

MAGNA cura, præcipuoque studio referendum est, quantopere libidinis et avaritiæ furori similes impetus ab illustrium virorum pectoribus consilio ac ratione summoti sint. Quia demum¹ ii penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile steterit, ubi minimum virium Veneris, pecuniæque cupido sibi vindicaverit. Nam quo² istæ generis humani certissimæ pestes penetraverint, ibi injuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis³ contrarios tam diris vitiis mores commemoremus.

I. Quartum et vicesimum annum agens Scipio, cum in Hispania Carthagine oppressa, majoris Carthaginis^a capiendæ sumsisset auspicia,^a multosque obsides,^b quos in ea

^a Cum auspicaretur majorem Carthaginem in Africa aliquando capiendam.



1 Vet. *Qua demum*.—2 Liber Dan. Leid. quint. et Vet. *quos*. Mox *ibi* in iisdem et multis aliis Mss. deest.—3 Ita Pighius ex tribus Mss. Quibus accedunt Barb. prim. Med. sec. Leid. quint. Copes. qui legunt *Quibus relictis*. Ultr. prim. *At longius*: secund. *At longius igitur*. Cod. Schotti *Farentibus igitur linguis*. Unus Brand. unus Rhem. Bit. et Med. *igitur linguis*. Ceteri

NOTE

^a *Majoris Carthaginis*] Non ipse tamen evertit Carthaginem, sed Scipio Æmilianus ab illius filio adoptatus.

^b *Multos obsides*] Trecentos numerat Polybius, quorum haud aliter ac

si sociorum liberi fuissent, curam gessit Scipio, acceptisque nominibus civitatum, nuntios misit, ut ad suos quisque recipiendos veniret.

urbe Pœni clausos habuerant, in suam potestatem rede-gisset, eximiæ inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, et juvenis, et cœlebs, et victor, postquam comperit illustri loco inter Celtiberos natam, nobilissimoque gentis ejus Indibili desponsatam,⁴ arcessitis parentibus, et sponso inviolatam tradidit. Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ allatum erat, summæ dotis^d adjecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meritis ejus debitam gratiam retulit.*

2. Verum ut hujus viri abstinentiæ testis Hispania, ita M. Catonis Epiros,^e Achaia, Cyclades^f insulæ, maritima pars Asiæ, provincia Cypros.⁵ Unde cum pecuniæ deportandæ ministerium sustineret, tam aversum animum ab omni Venere, quam a lucro habuit, in maxima utriusque intemperantiæ versatus materia. Nam et regiæ divitiæ^g potestate ipsius continebantur, et fertilissimæ deliciarum tot Græciæ urbes⁶ necessaria totius navigationis diverticula erant.^b Atque id Munatius⁷ Rufus, Cypriacæ expe-

^b *Ad quas in illa navigatione necessario divertendum erat.*



igitur contrarios his tam, et sic Vet. Mog. et aliæ.—4 Sexdecim codd. Torren. cum edd. vett. habent, desponsatam; Vet. cum aliis desponsam.—5 Perizonius malit, Asiæ provinciæ; et Leidd. 1. 2. habent, Asiæ provincie.—6 Ita plerique codd. et edd. vett. probante Perizonio: Pighius reposuerat, tot egregiæ urbes, quod in Camp. uno Leid. et Mog. est: tota Græcia urbes Dan. et Leid. 1. quod Colero et Torrenio non displicet: totius Græciæ urbes in quatuor Medic. ut vulgo edebatur.—7 Ita uterque Brand. et veteres typis

NOTÆ

^c *Indibili desponsatam*] Non Indibili, sed Lucecio, vel Allucio Celtiberorum Principi.

^d *Summæ dotis*] ‘Præter dotem,’ inquit, ‘quam accepturus a socero es, hæc dotalia dona a me accipe.’ Tum ab eo petit, ut et sibi et populo Romano amicus esset: quam gratiam ut referret Scipioni Allucius, habito clientium delectu intra paucos dies rediit cum mille quadringentis equitibus.

* An. M. 3844. Ol. 142. 3. Urb. C. 543. Ant. Ch. 209.

^e *Epiros*] Regio Græciæ finitima, Acheloo fluvio, Acrocerauniis montibus, Macedoniæ parte, et Ionio mari circumscripta. Primum Molossia, deinde Chaonia, nunc vel Albania nuncupata, vel *Ianna*.

^f *Cyclades*] Quinquaginta insulæ in mari Ægæo sparsæ; vel quod circa Delum in orbem sitæ sint; vel quod longo ordine eas circumire necesse sit, Cyclades dicuntur. Hodie *Les Cyclades*.

^g *Regiæ divitiæ*] De Catonis Uti-

ditionis fidus comes, scriptis suis significat. Cujus testimonium non⁸ amplector: proprio enim argumento laus ista nititur: quoniam ex eodem naturæ utero et continentia nata est, et Cato.†

3. Drusum etiam Germanicum,^h eximiam Claudiæ familiæ gloriam, patriæque⁹ rarum ornamentum, et, quod super omnia est, operum suorum, pro habitu ætatis,¹⁰ magnitudine vitrico pariterⁱ ac fratri Augustis, duobus reipublicæ divinis oculis, mirifice respondentem, constitit usum Veneris intra conjugis caritatem clausum tenuisse. Antonia^j quoque, foemina laudibus virilem familiæ suæ claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensavit: quæ post ejus excessum, forma et ætate¹¹ florens, cubiculum socrus pro conjugio habuit: in eodemque toro alterius adolescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imponat.^c ‡

^c Antonia vero in viduitate perseverans ad summam senectutem pervenit. His de continentia exemplis hic finem imponamus.



expressi: Pighius maluit *Minatius*, eumque secuti sunt Coler. Thys. Minel. Delph. &c. codd. Torreniani fluctuant inter *Munacius*, *Mimacius*, *Minucius*, *Numacius*, *Mutius*, et *Muriatius*.—8 Codex Perizonii delet *non*.—9 Edd. vett. *fratrem Tiberii patriæque*; sed septem codd. Pighii, et omnes Torren. præter Leid. 1. et Perizon. delent *fratrem Tiberii*: Harl. exhibet: *fratri Tiberio Augusto patriæque*; unus Rhem. *fratri Augusto patriæque*: Leid. 1. 2. Copes. et Ultraj. 1. *patriæque clarum*.—10 Hæc distinctio est a Vorstio facta, a Pighio hoc modo distinguebatur: *operum suorum pro habitu, ætatis, &c.* Tres codd. Torren. *magnitudinem*: Copes. *pro habitu ætatis et magnitudine*. Mox pro *Augustis* plerique codd. Torren. habent *Augusto*; Leid. 3. addit, *Tiberio*.—11 Multi codd. Torren. delent *et*; Medic. 1. habet, *forma ætateque*; Bitur. 1.

NOTE

censis in Cyprum navigatione egimus hoc libro c. 1.

† An. M. 3998. Ol. 181. 1. Urb. C. 697. Ant. Ch. 55.

^h *Drusum Germanicum*] Is Tiberii ex Livia matre frater fuit, intra penates Augusti Cæsaris natus mense tertio post celebratas nuptias: unde illud Romæ tam vulgo usurpatum: *τοῖς ἐδύχοδσι καὶ τριμήνα παῖδια* quasi

id muneris esset Cæsari a Diis concessum, ut ipsi post tres menses a nuptiis exactos liberi nascerentur. De Drusi indole, victoriis, et morte postea.

ⁱ *Vitrico pariter*] Augusto et Tiberio, quorum alter post alterum imperavit.

^j *Antonia*] M. Antonii Triumviri et Octaviæ Augusti sororis filia; 44.

4. Deinceps et his vacemus,¹² quorum animus aliquo in momento ponendo¹³ pecuniam nunquam vacavit.^d Cn. Marcius,¹⁴ patriciæ gentis adolescens, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volscorum oppidum captum cognomen adjecit,¹⁵ cum editis conspicuæ fortitudinis^k operibus a Posthumo Cominio consule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, et agri c. jugeribus, et decem captivorum electione,¹⁶ et totidem ornatis equis, centenario boum grege, argentoque, quantum sustinere valuisset,^e donaretur; nihil ex his, præter unius hospitis captivi salutem, equumque, quo in acie uteretur, accipere voluit. Qua tam circumspecta animi moderatione, nescias, utrum majore cum laude præmia meruerit,¹⁷ an rejecerit.*

^d *Deinceps illos proferamus, quorum animus ne unum quidem momentum intentus fuit ad pecuniam accumulandam.*

^e *Quantum potuisset sursum a terra attollere.*



forma atatis.—12 Sic bene Vorstius ex Mss. et editt. restituit, cum antea Pighius dederat: *Deinceps ex iis vacemus* contra Mss. et Vet. et Mog. *Deinceps iis* (vel *his*) *vacemus* nonnulli codd. Torren.—13 Sic omnes codd. Torren. et ita conj. Vorstius; *ponendi* Brand. 1. 2. Vet. Mog. Venett. 1. 2. 3. 4. 5. Mediol. 1. 2. 3. 4. 5. Oliver. Aldd. Colin. 1. 2. Gryph. Steph. Pigh. Delph. &c. Perizonius conj. *ponendi p. nunquam non.*—14 *C. Marcius* Ultraj. 1. 2. et Copes.—15 Vet. *captivum cognomen adjecerunt*; unde Lipsius, *Corioli, V. o. capti, suum cognomen adjecerunt*: unus Brand. tredecim Torren. et Herbip. habent etiam *adjecerunt*; Copes. *advocerat*; Leid. 3. *adjaceretur*, sive *adjaceret*. In nullo cod. legitur *capti*. Mox *Posthumio Cominio* in multis codd. cum Vet. et Mog. *Posthumio Cominio* in aliis.—16 Barb. 1. *lectione*. Mox *præterquam unius* in Bitur. 1. et Leid. 5.—17 ‘Octo codd. Torren. cum Vet. Mog. et Herbip. *elegerit*, quod Colero Vorstioque placet, quia Coriolanus hospitem et equum elegerit. Ego vero cum Torrenio præfero *meruerit*, quod hoc loco significat: ‘consecutus sit,’ quo sensu ‘mereo’ sæpe apud Plinium et alios occurrit.’ *Kapp.*—

NOTÆ

annos vidua filiorum suorum nepotes vidit: sub Caligula nepote, et senio, et mærore confecta obiit.

‡ An. M. 4045. Ol. 192. 4. Urb. C. 744. Ant. Ch. 8.

^k *Editis conspicuæ fortitudinis*] Enituit illius virtus, tum in prælio quo Volsci fusi victique fuerunt, tum in

oppugnatione Coriolanæ urbis: deceptis enim custodibus in oppidum irruit, in tecta ignem injicit; dumque incendium extinguere cives conantur, urbs capitur a Romanis. Hæc pluribus Dionysius et Plutarchus.

* An. M. 3562. Ol. 72. 1. Urb. C. 261. Ant. Ch. 491.

5. M. autem Curius¹⁸¹ exactissima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perspectissimum¹⁹ specimen, Samnitum²⁰ legatis agresti se in scamno assidentem foco, atque ligneo catillo cœnantem (quales epulas, apparatus indicio est)^f spectandum præbuit. Ille enim Samnitum divitias contempsit: Samnites ejus²¹ paupertatem mirati sunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus publice missum attulissent, benignis verbis invitatus, ut eo uti vellet, et vultum risu solvit, et protinus,²² ‘Supervacua,’ inquit, ‘ne dicam ineptæ legationis ministri, narrate Samnitibus M. Curium malle locupletibus^m imperare, quam ipsum fieri locupletem: atque istud ut pretiosum, ita malo hominum²³ excogitatum munus refertote,^g et mementote, me nec acie vinci, nec pecunia corrumpiⁿ posse.’†

Idem cum Italia Pyrrhum regem exegisset,^o nihil omnino

^f Quales epulas habuerit, satis indicat apparatus ille rusticus et tenuis.

^g Atque referte istud munus, quod sicut pretiosum, ita inventum est ad hominum perniciem.



18 *Marcus autem Curius* codd. Torren. vulgo edebatur *Manius*.—19 Sic ex octodecim Mss. edidit Torrenius: recte, si quid video; nam *perspectissimum* significat ‘exploratissimum,’ ‘probatissimum.’ Cic. Att. xi. 1. ‘tua erga me mihi perspectissima benivolentia.’ *Kapp.* quod Pigh. dederat, *perfectissimum* habent Cauch. et unus Brand. *percissimum* Ultraj. 1. *perspicacissimum* Leid. 5. et nonnulli alii.—20 *Samnitium* Pighius, et sic in nonnullis codd. Mox Vet. cum nonnullis aliis, *eque ligneo catino*; Brand. 1. 2. Bitur. 1. Leid. 5. Ultraj. 2. habent etiam *eque*; Leid. 6. et Ultraj. 1. *æque*; tres Leid. *catino*; quatuor Medic. cum Bitur. 1. et Harl. *Latino*.—21 *Samnites autem ejus* quatuor codd. Torren. et Mog.—22 Ita multo maxima pars codd. et Mog. quare ita Torrenius edidit: Leid. 1. *protinus* omittit: alii *vultum risu solvit protinusque*.—23 Leid. 3. *malo homini*: Leid. 5. *et me nec acie vinci mementote*.—24 Ita

NOTÆ

¹ *M. [MV.] autem Curius*] Ab aliis Marcus, Marius ab aliis dicitur; vir morum innocentia et gestis honoribus perillustris, qui ter Consul fuit, terque triumphavit; primum de Samnitibus, deinde de Sabinis; denique de Lucanis et Pyrrho.

^m *Malle locupletibus*] ‘Repudiati ab eo sunt,’ inquit Cicero: ‘non enim aurum habere præclarum sibi videri

dixit; sed iis qui haberent aurum imperare.’

ⁿ *Pecunia corrumpi*] Non ea certum erat mens Samnitium, ut eum pecunia corrumpere; cum nuper opera Curii cum Samnitibus esset pax sancita, et fœdus renovatum.

† An. M. 3764. Ol. 132. 3. Urb. C. 463. Ant. Ch. 289.

^o *Pyrrhum Regem exegisset*] Victus

ex præda^p regia, qua exercitum Urbemque²⁴ ditaverat, attingit. Decretis etiam a senatu septenis jugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit:^h parum idoneum reip. civem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non esset. †

6. Idem sensit Fabricius Luscinus,²⁵ honoribus et auctoritate omni civitate temporibus suis major, censu par unicuique pauperrimo: qui a Samnitibus, quos universos in clientela²⁶ habebat, decem æris, et quinque pondo argenti, totidemque servos sibi missos, in Samnium remisit, continentiae suæ beneficio sine pecunia prædives, sine usu familiae abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum ære et argento et mancipiis Samnitum vacua, ita gloria, ex his contemptis parta, referta fuit. * Consentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt: legatus enim ad Pyrrhum^q profectus, cum apud eum Cineam^r Thessalum narrantem audisset, ‘ quendam Atheni-

^h Non accepit ultra septem jugera, quot singulis de populo assignata fuerant.



codd. Torren. et edd. vett. Colerus vero, et post eum alii dederant, *quæ exercitum, urbem, &c.*—25 Alii codd. *Licinius*; alii, *Lucinus*. Mox pro *civitate*, quod nonnulli codd. Torren. exhibent, vulgg. *cive*; Copes. *Curiti*, unde Perizonius conj. *Quirite*; alii Torren. *civitati*. Deinde Ultraj. 2. *pecuniæ censu*.—26 Harl. Bitur. 1. et Copes. *in clientelam*. Mox Hotomannus inculcat *decies æris*: Gronovius malit, *decem millia æris*. Deinde XV. *pondo* Gembl. et

NOTÆ

enim ab eo Pyrrhus amissis suorum, vel viginti tribus millibus, ex Entropio, vel triginta, ex Orosio, in Græciam refugit.

^p *Nihil omnino ex præda*] Interceptæ pecuniæ cum argueretur Curius, guttum ligneum, quo uti ad sacrificia consueverat, in medium protulit, palamque juravit se de præda hostili in suos usus illud convertisse, præterea nihil.

‡ An. M. 3779. Ol. 126. 2. Urb. C. 478. Ant. Ch. 274.

* An. M. 3783. Ol. 127. 2. Urb. C. 482. Ant. Ch. 270.

^q *Legatus enim ad Pyrrhum*] Duplex legatio fuit; altera Romanorum ad Pyrrhum, altera Pyrrhi ad Romanos; illa de captivis redimendis, hæc de pace sancienda: prior Cineæ legatio fuit, si Plutarcho credimus; si Livio, Justino, Eutr. et Zonar. posterior.

ensem clarum sapientia suadere,²⁷ ne quid aliud homines quam voluptatis causa facere vellent,' pro monstro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho et Samnitibus istam sapientiam deprecatus est.²⁸ Licet Athenæ doctrina sua gloriantur, vir tamen prudens Fabricii detestationem, quam Epicuri maluit²⁹ præcepta: quod eventus quoque indicavit. Nam, quæ urbs³⁰ voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit: quæ labore delectata est, occupavit. Et illa libertatem tueri non valuit: hæc etiam donare potuit.

7. Curii et Fabricii Q. Ælium³¹ Tuberonem^s cognomine Catum discipulum fuisse merito quis existimaverit. Cui consulatum gerenti, cum Ætolorum gens omnis usus vasa argentea, magno pondere, et exquisita arte fabricata, per legatos misisset, qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant, 'fictilia se in ejus mensa vasa³² vidisse;' monitos 'ne continentiae quasi paupertati succurrendum putarent, cum suis sarcinis abire' jussit. Quam bene Ætolicis domestica prætulerat, si frugalitatis ejus

ⁱ *Accepit illam vocem, ut incredibilem et inauditam; et continuo precatu est, ut Pyrrhus et Samnites haberent istam sapientiam.*



Brand. 1. *quindecim pondo* Ultraj. 1. et Vet.—27 *Pro suadere* multi codd. Torren. etiam Copes. et Vet. *suadentem*, quod non improbat Kappius; unde Perizonius conj. *esse clarum s. suadentem*.—28 Ultraj. 1. et Leid. 6. corr. a m. pr. *detestatus est*; et sic in edd. vett.—29 Perizonius legi jussit, *maluerit*; Bitur. 1. exhibet, *maluerim*.—30 Tredecim Mss. *Namque urbs cum*; Vet. *Nam cum urbs*; Ultr. sec. *Namque urbs quæ*; et sic Lips. Ceterum Athenas et Romam intelligit.—31 Codd. aliquot omittunt *Ælium*, et fluctuant inter *Catillum*, *Catillum*, *Catillum*, et *Gatillum*: vulgg. *Catellium*; Mog. *Catillum*. Mox Dan. *cognomine Gentillum*; alius *Catulum*; Venett. *Catullum*.—32 *Vex vasa* Perizonio suspecta est.—33 Ita Winck. Colon. Gembl. alii

NOTÆ

^r *Cineam*] Virum Pyrrho gratissimum, qui adeo firma memoria fuisse perhibetur, ut postridie quam Romam adventasset, sine ulla nomenclatoris ope, tum Senatui, tum Equestri Ordini nomen cuique suum ediderit.

† An. M. 3774. Ol. 125. 1. Urb. C. 473. Ant. Ch. 279.

^s *Q. Ælium Tuberonem*] Fuit quidem ille ex Æliorum gente, non vero ex Tuberonum familia; nec enim Tubero, sed Catus dictus est: quamvis alii Catulum, alii Catullum appellent.

exemplum posterior ætas sequi voluisset! Nunc quo ventum est? a servis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant, qua tunc consul uti non erubuit. 33 †

8. At Perse rege devicto Paulus, cum Macedonicis opibus veterem atque hæreditariam urbis nostræ paupertatem eo usque satiasset, † ut illo tempore primum populus Rom. tributi præstandi ^u onere se ³⁴ liberaret; penates suos nulla ex parte locupletiores fecit; ^v præclare secum actum existimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipse gloriam occupasset. *

9. Atque huic animi ejus judicio Q. Fabius Gurges, ^w Num. Fabius Pictor, Q. Ogulnius ³⁵ subscripserunt: qui legati ad Ptolemæum ^x regem missi, munera, quæ ab eo ^y



Pighiani, cum Ultraj. 1. 2. Leid. 5. Vet. et quibusdam aliis: *uti* non agnoscunt Dan. unus Brand. unus Rhem. quinque Leidd. Copes. Harl. Barb. et Medic. 1. *quia tunc* unus Rhem. *quam tunc* novem Torren. cum uno Brand. —34 Duo Torren. omittunt *se*. Paulo post Bitur. 1. *quod ex victoria*.—35 Susii codex: Q. Numerius Pictor, Q. Ogolinus; et sic in Pulm. Cn. Fabius Pictor, Q. Ugolinus Caneh. Colon. et Winck. C. Numerius Pictor, Q. Ugolinus Camp. Numerius Pictor, Q. Ogolnius subscripserunt Atreb. et Gembl. unde Pighius scribendum putavit, C. N. Fabii Pictores; eumque secuti sunt Coler. Thys. et Minel. Cn. Fabii Pictores Delph. N. Fabius Pictor Vorstius cum Mog. Numerius Pictor, Q. Ogulnius plurimi codd. Torren. Gneus Fabius Pictor in tribus ejusdem: Gn. Numerius in alio: Perizonio legendum videbatur: Fabii Q. Gurges, Numerius Pictor, Q. Ogulnius. Edd. vett. *se sub-*

NOTÆ

‡ An. M. 3887. Ol. 153. 2. Urb. C. 866. Ant. Ch. 166.

† *Satiasset*] In Pauli Æmilii triumpho delata sunt vasa 750. trium talentorum singula capacia: quare tota auri summa potuit esse decem millionum 310. millium coronatorum. Præterea infinita vis statuarum, tabularum, vasorum, signorum ex auro, argento, ebore, &c.

^u *Tributi præstandi*] Deinceps enim censum pendere desierunt cives usque ad Hirtii et Pansæ Consulatum, ut tradit Plut.

^v *Locupletiores fecit*] Pecuniam enim illam ne aspicere quidem sustinuit: libros regios filiis literarum studio-

sis, et phialam quinque pondo Ælio Tuberoni concessit.

* An. M. 3887. Ol. 153. 2. Urb. C. 586. Ant. Ch. 166.

^w *Q. Fabius Gurges*] Legationis ille princeps fuit, vir duplici et Consulatu et triumpho nobilis: C. et Nu. Fabii Pictores ambo fratres, et Ædilitii; Q. vero Ogulnius Quæstorius.

^x *Ad Ptolemæum*] Philadelphum, qui auditis Romanorum de Pyrrho victoriis, misit Roman legatos, qui suo nomine et munera deferrent, et amicitiam inirent. Ita Florus, Eutrop. et Zonar.

^y *Munera, quæ ab eo*] In duobus a nobis Justinus dissentit: quod et le-

privatim acceperant, in ærarium, et quidem prius,³⁶ quam ad senatum legationem referrent, detulerunt: de publico scilicet ministerio nihil cuiquam, præter laudem bene administrati officii, accedere debere judicantes. Jam illud humanitatis³⁷ senatus, et attentæ majorum disciplinæ indicium est: data sunt enim legatis, quæ in ærarium reposituerant,³⁸ non solum patrum conscriptorum decreto, sed etiam populi permissu, eaque legatis³⁹ quæstores promte unicuique distribuerunt. Ita in iisdem Ptolemæi liberalitas, legatorum abstinencia, Senatus ac populi Romani æquitas, debitam probabilis facti portionem obtinuit.^{j †}

10. Fabiorum et Ogulnii continentiae Calpurnium Pisonem^z in consimili genere laudis æmulum fuisse res ipsa documento est.⁴⁰ Consul, gravi fugitivorum bello a se liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera usus fuerat, imperatorio more donis prosequabatur. Inter quos filium suum, locis aliquot præliatum fortissime, titulo trium librarum aureæ coronæ decoravit; præfatus, ‘non oportere a magistratu e publica pecunia⁴¹ erogari, quod in ipsius domum rediturum esset:’ tantunque ponderis se testamento

j Ita ob eadem dona et liberalitas Ptolemæi, et abstinencia legatorum, et æquitas, tum Senatus, tum populi Romani, obtinuit partem debitam laudis.

//////////

scripserunt.—36 Ita Pighius ex codd. cum antea ederetur *quidem prius*, sed non a Moguntinis. Mox Harl. et Leid. 3. *legationem deferrent.*—37 Nam *illud, &c.* in quibusdam Torren. et *humanitatis* Leid. 7.—38 Duo Leidd. *deposuerant*; Ultraj. 1. cum alio Leid. *reposituerunt*; unus Brand. Perizon. et Bitur. 1. *imposuerant*; Ultraj. 2. et Mog. *posuerant.*—39 Harl. *itaque legata*; Ultraj. 1. et Vet. *atque legata*; sed deest in Leid. 2. *eaque l. q. promptu* Bitur. 1. *promissa legata q. prompta* Barb. 1. *permissu prompta legata unicuique* Leid. 3. *legata q. prompta* Copes. *legata q. prompte* Ultraj. 2. et Mog. Perizonius conj. *ea q. promte*, vel *prompta unicuique distribuerunt.*—40 Ultraj. 1. et Vet. *indicio est.*—41 Vet. *de publica pecunia*; Ultraj. 1. *de pecunia publica.* Bitur. 1.

NOTÆ

gatos ad Ptolemæum Lagi missos velit; id tamen secus est: et munera a Romanis repudiata dicat; receptasque tantum coronas aureas, quas postera die Regis statuis imposuerint.

+ An. M. 3781. Ol. 126. 4. Urb. C. 480. Ant. Ch. 272.

^z Calpurnium Pisonem] Consule lib. 2. c. 7. n. 9. ubi de illo egimus, et de bello fugitivorum.

adolescenti legaturum promisit, ut honorem publice a duce, pretium a patre privatim reciperet. ⁴² †

11. Age, si quis hoc sæculo vir illustris ⁴³ pellibus hædinis pro stragulis utatur, ^a tribusque servis comitatus Hispaniam regat, et quingentorum assium sumtu transmarinam provinciam petat, eodem cibo, eodemque vino, ⁴⁴ quo nau-tæ, uti contentus sit, nonne miserabilis ⁴⁵ existimetur? Atqui ista patientissime superior Cato toleravit, quia illum grata frugalitatis consuetudo, in hoc genere vitæ, cum summa dulcedine continebat. *

12. Multum a prisca continentia spatio annorum posterior Cato discedit, ⁴⁶ utpote in civitate jam divite et lautitia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus interesset, filium secum ⁴⁷ trahens, duodecim servos habuit; numero plures, quam superior; temporum diversis moribus, pauciores. †

13. Exultat animus maximorum virorum memoriam ⁴⁸



in ipsius dominium.—42 Leid. 5. *a patre privatus*: duodecim codd. Torren. et edd. antiquæ nostram lect. testantur; Pighius tamen dederat *acciperet*.—43 Brand. 1. 2. Bitur. 1. Ultraj. 2. Leid. 5. et Mog. *illustrer*.—44 Panci Torren. *eodemque potu*: Harl. Leid. 5. et alii codd. teste Tenullio ad Frontin. iv. 3. 1. *delent uti*.—45 Ita Coler. ex Dan. probante Torrenio, quamvis in tredecim suis codd. legerat *mirabilis*, quod habent etiam edd. vett.—46 Leid. 6. Copes. Ultraj. 1. 2. et Mog. *descendit*, quod Kappio placet. Mox nonnulli Torren. omittunt præpositionem *in*: Ultraj. 1. exhibet, *licentia gaudente*.—47 Leid. 3. *filium socium*; Bitur. 1. *filium suum secum*. Unus Brand. Copes. Bitur. Barb. 1. Medic. duo, et nonnulli Pighiani, *septem servos*.—48 Leid. 1.

NOTÆ

‡ An. M. 3921. Ol. 161. 4. Urb. C. 620. Ant. Ch. 132.

^a *Stragulis utatur*] Non alienum erit de Catonis majoris abstinencia pauca subjicere. Cum adolescens stipendia faceret, ad restinguendam sitim aquam; si nimio æstu premere-tur, acetum; si languerent vires, vini paululum adhibebat. Prætor Sardiniam sortitus pedibus obibat oppida, accensus, qui vestem ferret, sequeretur; Consul eodem, quo operæ, vino usus est, nec vestem unquam,

Delph. et Var. Clas.

Val. Max.

quæ pluris esset centum denariis, induit. De illo ita Seneca ad Lucilium Ep. 88. 'Quantum erat sæculi decus, Imperatorem, triumphalem, Censorium, et quod supra omnia Catonem, uno caballo esse contentum; et nec toto quidem: partem enim sarcinæ ab utroque latere dependentes occupabant.'

* An. M. 3859. Ol. 146. 2. Urb. C. 558. Ant. Ch. 194.

† An. M. 4008. Ol. 183. 3. Urb. C. 707. Ant. Ch. 45.

percurrrens. Scipio Æmilianus post duos inclytos consulatus, totidemque suæ⁴⁹ præcipuæ gloriæ triumphos, septem servis sequentibus officio legationis^b functus est. Et, puto, Carthaginis ac Numantiæ spoliis comparare plures poterat, nisi operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaque cum per socios et exterarum gentes iter faceret, non mancipia ejus, sed victoriæ numerabantur: ⁵⁰ nec quantum auri et argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum ferret, æstimabatur.

14. Continentia vero etiam in universæ plebis animis sæpenumero cognita est: sed abunde erit, ex his duo exempla longe inter se distantium sæculorum retulisse. ⁵¹ Pyrrhus, impetus sui terrore soluto, ac jam Epiroticis armis languentibus,^c benevolentiam populi Romani mercari, quia virtutem debilitare nequiverat, cupiens,^k pæne totum regiarum opum apparatus in urbem nostram transtulit.⁵² ^d

^k *Pyrrhus ubi vidit, et terrorem, quem adventu suo injece- rat, evanuisse; et animos Epirotarum ad bellum persequendum languescere, cupiens sibi donis et muneribus conciliare amicitiam Romanorum, quorum virtutem armis frangere non poterat.*

majorum nostrorum memoriam.—49 Perizonius dubitat, utrum delendum suæ, an potius scribendum præcipue.—50 Ultraj. 1. et Vet. enumerabantur. Mox septem codd. Torren. existimabatur.—51 Sic Vorstius edidit, huncque ordinem verborum defendunt plerique Mss. et Vet. cum Pighius dedisset: sed abunde erit, longe inter se distantium sæculorum duo ex his exempla retulisse. Brand. 1. 2. et multi Torren. cum cdd. antiq. nostram quoque testantur lectionem. Decem Torren. cum Mog. in universis plebis animis: vulgo edebatur: universis plebis animis sine præpositione.—52 Sic Torren. auctoritate

NOTÆ

^b *Officio legationis]* Quando, qua de causa, ad quem Scipio Æmilianus legatus missus sit, obscurum est: qui enim id præter Valerium scripserit, legi neminem.

^c *Armis languentibus]* Fallitur Valerius: victor enim de Lævino Pyrrhus Cyneam Romam misit; id tamen inficiari non est animus ex Epirotis fortissimos quosque cecidisse: quare Pyrrhus de victoria gratulantibus amicis non illepede respondit; ‘ Si

denuo ita vicerimus, actum de nobis erit.’ Tum Romanorum virtutem admiratus: ‘ O quam facile erat,’ inquit, ‘ orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis.’ Ita Florus.

^d *In urbem nostram transtulit]* Apud Pyrrhum duo viri plurimum poterant, Milo et Cyneas: nec pacem faciendam, nec captivos reddendos censebat Milo; Cyneas vero, et fœdus cum Romanis ineundum, et cap-

Ceterum, cum et magni pretii, et varii generis, a legatis ejus, tam virorum quam fœminarum apta usui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono⁵³ e janua patuit. Tarentinæque petulantia animosus magis quàm efficax defensor, haud scio majore cum gloria hujus urbis moribus, an armis⁵⁴ repulsus sit. † In illa quoque procella, quam C. Marius et L. Cinna reipub. inflixerant, abstinentia populi Romani mirifica⁵⁵ conspecta est. Nam cum a se proscriptorum penates^f vulgi manibus diripiendos objecissent,⁵⁶ inveniri potuit nemo, qui civili luctu⁵⁷ prædam peteret. Unus enim quisque se ab his perinde ac⁵⁸ a sacris ædibus abstinuit. Quæ quidem tam misericors continentia plebis tacitum crudelium victorum convicium fuit. *



undecim codd. et edd. antiq. alii codd. cum Vet. *transtulerat*.—53 Nonnulli codd. Torren. habent *domo*, ut dedit Colerus.—54 ‘Sic ex Barb. prim. Copes. Leid. quint. et Ultr. prim. dedit Torrenius; cum ceteri Mss. et editi, quibus Vet. accedit, habent, *haud scio . . . quam armis*; quod æque bonum sensum habet, si ante *majore* subintelligas *an*, et explices: fortasse (‘haud scio an’ i. l. 14.) magis gloriosum fuit Romanis, quod Pyrrhi donis se corrumpi passi non sunt, quam quod eum armis vicerunt.’ *Kapp*. Pro *armis* nonnulli Torren. habent *bello*.—55 Unus Rhem. *Reip. mirifice*.—56 Ita Pighius pro vulg. *abjecissent*, et consentiunt codd. cum edd. antiq.—57 Sic fere omnes Mss. et Vet. aliæque. Pighius ex Pulm. et Camp. *e civili jactura*, quem secuti sunt Colerus et Vorstius. At Torrenius revocavit *civili luctu*, i. e. dum civitas in luctu est, tempore civilis luctus.—

NOTÆ

tivos gratis remittendos. Cyneæ sententiam secutus Pyrrhus illum Romanam misit.

^e *Nulla cuiquam dono*] Quamvis idem Cato, Varro, Florus, Plut. Justin. aliique fere omnes scripserint; Zonaræ tamen et uni et recentiori ego libentius assenserim, a quo memoriæ proditum est Cyneam potentissimos quosque muneribus Pyrrho sibi conciliasse: fuit quidem laus illa legatorum, non populi tamen totius. Quis enim credat omnes Romæ aut Fabricios fuisse, aut Curios? nec leve argumentum ad hanc opinio-

nem firmandam putari debet; quod auctore Cynea, id enim apud omnes auctores legere est, jam Senatus omnis ad pacem cum Pyrrho faciendam propendebat, nisi Appius, et senex, et cæcus; ideoque munerum contemptor eam disturbasset.

‡ An. M. 3774. Ol. 125. 1. Urb. C. 473. Ant. Ch. 270.

^f *Proscriptorum penates*] Qua crudelitate in civium omnium vitam et Marius et Sylla grassati sint, jam pluribus in locis explicuimus.

* An. M. 3967. Ol. 173. 2. Urb. C. 666. Ant. Ch. 86.

EXTERNA.

1. Ac ne⁵⁹ ejusdem laudis commemorationem externis inuideamus: Pericles § Atheniensium princeps, cum tragœdiarum scriptorem Sophoclem in prætura collegam haberet, atque is publico officio una districtus, prætereuntis ingenui pueri formam impensioribus verbis laudasset, intemperantiam ejus increpans, dixit, ‘Prætori⁶⁰ non solum manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentis esse debere.’ †

2. Sophocles autem ætate jam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiam nunc⁶¹ rebus Venereis uteretur: ‘Dii meliora,’ inquit: ‘libenter enim istinc tanquam ex aliqua furiosa profugi dominatione.’ ‡

3. Æque abstinentis senectæ Xenocratem fuisse accepimus; cujus opinionis non parva fides erit narratio,¹ quæ sequitur.⁶² In pervigilio⁶³ Phryne, nobile Athenis scortum, juxta eum vino gravem accubuit, pignore cum quibusdam juvenibus posito, an temperantiam ejus corrumpere posset. Quam nec factu, nec sermone aspernatus, quoad voluerat,

¹ Cujus continentiam sequens narratio abunde probabit.



58 Dan. et complures Torren. cum Vet. Mog. Venett. aliis, *perinde ac si*.—59 *At ne* Leid. 3. Bitur. 1. Vet. et Mog. *quidem* pro *ejusdem* Bitur. 1. Mox *Sophoclea* Ultraj. 1. et Vet. Deinde in *atque* non pauci Torren. delent *que*, alii scribunt *ac*, ut vulgo edebatur; sed Ultraj. 1. 2. habent, *et*.—60 Harl. Leid. 7. a m. sec. et Vet. cum quibusdam edd. antiq. *Prætoris*; Mog. tamen *Prætori*.—61 Potior pars codd. Torren. et Mog. *etiamnunc*; in aliis cum vulgg. *etiamnum*: tum Copes. et Ultraj. 2. *Veneris*.—62 Novem codd. Torren. cum Vet. et Mog. *sequetur*.—63 Hæc verba, *In pervigilio*, ab aliis post *vino gravem* collocantur, et ita Pighius; sed lectionem nostram testantur codd. Brand. et Torren. *In pervigilio* omittunt Leid. 2. et Leid. 1. solam præpositionem *in*: plerique scribunt *Phyrne*, vel *Phirne*: edd. vett. *Athenarum*. Mox Leid. 1. *sponsione cum quibusdam factu*, ex interpretatione.

NOTÆ

§ *Pericles*] Periclis et Anaxarchi jam meminimus sæpius. Sophocles fuit ille tragœdiarum scriptor celeberrimus: de quo postea.

† An. M. 3606. Ol. 83. 1. Urb. C. 305. Ant. Ch. 447.

‡ An. M. 3610. Ol. 91. 3. Urb. C. 339. Ant. Ch. 413.

in sinu suo moratam,⁶⁴ irritam propositi dimisit. Factum sapientia imbuti animi abstinens; sed meretriculæ quoque dictum perquam facetum. Deridentibus enim se adolescentibus, quia tam formosa, tamque elegans poti⁶⁵ senis animum illecebris pellicere non potuisset, pactumque victoriae pretium⁶⁶ flagitantibus, ‘de homine se cum iis, non de statua, pignus posuisse,’ respondit. Potestne hæc Xenocratis continentia a quoquam magis vere, magisque proprie demonstrari, quam ab ipsa meretricula expressa est? Phryne pulchritudine sua nulla ex parte⁶⁷ constantissimam ejus abstinenciam labefecit.* Quid rex Alexander? an⁶⁸ divitiis eum quaterere potuit? ab illo quoque statuam, et quidem æque frustra tentatam, putes. Legatos ad eum cum aliquot talentis^h miserat: quos in Academiamⁱ perductos, solito sibi, id est, modico⁶⁹ apparatu, et admodum parvulis copiis excepit. Postero die interrogantibus, cui-



Deinde Pithœus pro *an* reponendam putat *ni*.—64 Ita Brand. 1. 2. omnes Torren. aliique codd. cum Vet. Mog. Venett. &c. Pighius vero ex uno Winck. dederat *morari*, eumque secuti sunt Coler. Thys. et Delph.—65 ‘Cod. Sambuci *posti*, unde Colerus male conjicit *deposti*. Ven. *potati*. Mox pro *pellicere*, quidam Mss. *polluere* frustra.’ Kapp. Leid. 7. *potati*, et ab al. m. *poti*. Leid. 1. et Medic. 1. *flectere* pro *pellicere*: Copes. *tamque elegans pellex senis animun*.—66 Gudianus ad Phædr. 1. 8. citat *victoriae præmium*: Leid. 1. *pretium reposcentibus*. Mox Leid. 1. 3. *non de statua sed de homine cum his posuisse pignus* respondit.—67 Unus Brand. et Vet. *nullam in partem*; alter cum undecim codd. Torren. et Mog. *nulla parte*; Basil. *nullam partem*; Ultraj. 1. *nulla in parte*. Pro *abstinenciam*, quod exhibent omnes codd. Torren. Pigh. et uterque Brand. *continentiam* dederat Aldus. Tum Mog. et Mediol. 3. *labefactavit*.—68 In decem codd. et edd. vett. deest *an*, sed id habent Leid. 5. et Copes. *eum* delet Vet. *Quid enim rex* codex Perizonii; *Quid? rex Alexander an* Mog. Mox pro *et quidem* multi Torren. habent *equidem*.—69 Bitur. 1. delet *id est modico*. Gudianus ascripsit: ‘optime: glossam ineptam

NOTÆ

* An. M. 3719. Ol. 111. 2. Urb. C. 418. Ant. Ch. 334.

^h *Talentis*] Talentum duplex, Atticum et Enboicum: Atticum duplicis etiam generis, magnum et parvum; magnum 83. libras, ex Livio, continebat, hoc est, sex millia nummorum Romanorum, ex Prisciano: parvum libras 60. Enboicum vero Attico minus quatuor millia nummorum

Romanorum, ex Festo.

ⁱ *Academiam*] Locus fuit arboribus consitus distans Athenis passus circiter mille: nomen et ipse accepit, vel ab Academo quodam, ut Enpolidi placet; vel, ut aliis, a Cadmo Liberalium Artium institutore: et dedit discipulis Platonis, qui hoc in loco magna auditorum frequentia floruit.

nam annumerari pecuniam vellet: 'Quid vos,' inquit, 'hesternæ cœna non intellexistis ea me non indigere?'^j Ita rex⁷⁰ philosophi amicitiam emere voluit: philosophus regi suam vendere noluit.[†]

4. Alexander vero cognomen invicti assecutus continentiam Diogenis^k Cynici^l vincere non potuit. Ad quem, cum in sole sedentem accessisset, hortareturque, 'ut, si qua sibi vellet⁷¹ præstari, indicaret:' quemadmodum erat in crepidine collocatus, sordidæ appellationis, sed robustæ vir præstantiæ:^m 'Mox,' inquit, 'de ceteris: interim a sole mihi velim non obstes.'⁷² Quibus verbis illa nimirum⁷³ inhæsit sententia:ⁿ Alexander^m Diogenem gradu suo divitiis pellere tentat, celerius Darium armis.^o Idem Syracusis, cum olera ei lavanti Aristippusⁿ dixisset, 'Si Dionysium adulare^o velles, ista non esses:' 'Immo,' inquit, 'si tu ista esse velles,^p non adulares Dionysium.'^{p 74 †}

^m Sicut erat in summa saxi prærupti altitudine collocatus vir sordidi quidem nominis, quia Cynicus erat, sed virtutis præstantissimæ.

ⁿ Quibus in verbis hæc sententia continebatur.

^o Facilius gradu suo Darium armis dejiciet.

^p Si velles adulari Dionysio, ista vilia olera non comederes: immo inquit, si tu istis oleribus vesci satis haberes, non adulareris Dionysio.



detexi.' Leid. 3. *itidem modico*.—70 *Itaque rex* Harl. et Leid. 3.—71 Harl. *si qua vellet*.—72 Omnes fere codd. Torren. *interim velim a sole mihi non obstes; sed velim desideratur* in Leid. 2. *interim vellem a sole mihi non obstares* unus Brand. *vellem* habet etiam Ultraj. 1.—73 Nonnulli codd. Torren. *illa nimum*.—74 Sic ex codd. restituit Pighius, pro qua lectione stat major pars Mss. Vet. et Mog. Vulgo: *Si Dionysio adulari . . . adulareris Dionysio*.

NOTÆ

^j *Ea me non indigere*] Tristiores tamen cum vidisset legatos, triginta minas accepit, ex Cic. Tuscul. lib. v.

[†] An. M. 3719. Ol. 111. 2. Urb. C. 418. Ant. Ch. 334.

^k *Diogenis*] Antisthenis discipulus fuit, de quo multa multi narrant omnibus obvia. Interdum habitare consueverat in civitatum porticibus, plerumque in dolio; unde volubile palatium habere se gloriabatur.

^l *Cynici*] Nominis hujus ratio alia

ab aliis affertur: nonnulli repetunt a Cynosarge, id enim nominis fuit Collegio, ubi docuit Antisthenes; multi a canum mordacitate, quod Cynici quoslibet mordaci dente carperent: plerique ex eo, quod more canum turpia quæque facerent in propatulo.

^m *Alexander*] Fama est dixisse Alexandrum, velle se esse Diogenem, nisi esset Alexander.

ⁿ *Aristippus*] Cyrenæus Socratis

NOTÆ

auditor, qui voluptatem bonorum, dolorem malorum finem constituit.

° *Adulare Dionysium*] Vox quidem antiqua ‘adulare;’ ea tamen probati scriptores usi sunt, Lucretius, Accius, et Columella.

P *Si tu ita esse velles*] Aristippum Diogenes canem regium appellare

solebat, quod Dionysio et Regibus ventris causa adularetur: unde ingeniose, ut omnia, Horatius: ‘Si pranderet olus patienter, Regibus uti Nollet Aristippus; si sciret Regibus uti, Fastidiret olus.’

‡ An. M. 3719. Ol. 111. 2. Urb. C. 418. Ant. Ch. 334.

CAP. IV.

DE PAUPERTATE.¹

1 P. Valerii Poplicolæ.

2 Agrippæ Menenii.

3 C. Fabricii Luscini, et Q. Æmilii Papi.

4 Ducum ex agris ad magistratus arcessitorum.

5 C. Atilii Reguli Serrani Cos.

6 M. Atilii Reguli procos.

7 L. Quintii Cincinnati dict.

8 Æliæ familiæ.

9 Q. Ælii Tuberonis, et L. Æmilii Pauli.

10 Cn. Cornelii Scipionis.

11 M. Æmilii Scauri.

MAXIMA ornamenta² esse matronis liberos, apud Pomponium Rufum³ Collectorum libro sic invenimus: Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona, apud illam hospita, ornamenta sua pulcherrima illius sæculi³ osten-

1 Pighius hoc caput inscripserat: *De Paupertate laudata*; et sic Coler. Thys. et Delph. sed vocem postremam codd. fere omnes et edd. vett. rejiciunt.—2 *Maximo ornamento* unns Brand. et Ultraj. 1. quod non improbat Vorstius: Kappius tamen damnat. Mox Barb. 1. *Pompeium Rufum*; nonnulli codd. *Ruffum*. Tum Leidd. 2. 3. 7. et Dan. *collectorum librorum*; Leid. 5. Harl. Medic. 1. Rhem. 1. 2. 3. Bitur. 1. et Ultraj. 1. 2. *collectorem librorum*; Copes. *collectorem liberorum*. Deinde Bitur. 1. et Ultraj. 1. *Corneliam G. matrem*: Leid. 1. *Campane matrone apud eam hospitata*; Leid. 2. *hospitatam*; Leidd. 5. 7. et Copes. *hospitata*.—3 ‘Ita tres codd. Lipsii, Brand. 1. 2. Copes. et undecim Torreniani cum editt. antiquis, in quibus Vet. Mog. et Ven. aliæque. Pighius ex Winckel. et Pulm. edidit: *illo sæculo pulcherrima*; quem alii secuti sunt. Ego vero lectionem per Mss. et editt. firmiorem revocavi. Lipsius conjecit, *illius oculis*; minus bene, me judice. Colerus *illius sæculi* a librario profecta credit. Gruterus ad Taciti Ann. II. 33. probat,

NOTÆ

^a *Pomponium Rufum*] Quis ille fuerit, quando vixerit; an idem cum C. Pomponio Rufo, qui Consul fuit

cum Cn. Pompeio feroci, obscurum est.

deret, traxit eam sermone,⁴ quousque e schola redirent liberi,^a et, ‘Hæc,’ inquit, ‘ornamenta mea sunt.’ Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit: eo quidem certius,⁵ quam qui cuncta possidet, quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis usurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum.⁶ Itaque quorsum attinet, aut divitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere? Cum et illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta: et hujus horridior aspectus solidis et certis bonis abundet.^c Quod melius personis, quam verbis repræsentabitur.

1. Regio imperio propter nimiam⁶ Tarquinii superbiam finito, consulatus initium Valerius Poplicela cum Junio Bruto auspicatus est. Idemque postea⁷ tres consulatus acceptissimos populo Rom. gessit, et plurimorum ac maximorum operum prætextu titulum imaginum suarum amplificavit;^d cum interim fastorum illud columen^b patrimonio

^a *Cornelia Gracchorum mater protracto sermone illam hospitam retinuit, quousque ipsius filii e schola literaria redirent.*

^b *Mens virtute firma prædita a suo statu dejici non potest impetu adversæ fortunæ.*

^c *Cum, et divitiarum quasi species exterior lata sit, intus vero multis curis et doloribus obnoxia; asperior vero paupertatis abundet bonis veris, quæ non possunt amitti.*

^d *Et rebus plurimis præclare gestis amplificavit honorificos titulos, qui in imaginibus et statutis familiarum apponi solent.*



illius sæculi? Kapp.—4 Unus Brand. *traxit ea sermonem:* Bitur. 1. *eam* delet. Deinde Brand. 1. 2. Copes. Ultraj. 1. 2. Vet. et Mog. *dum e schola.*—5 ‘Perizonius legit: *et quidem certius,* quod non est necesse si *eo* explices ‘ob id,’ ‘ideo,’ ‘propterea.’ Frandi Perizonio fuit, quod putaret, post *eo* sequi debere *quo;* id quod etiam librariis in mentem venit, qui in Ultr. utroque in Barb. prim. et Leid. sec. et tert. scripsere: *quo cuncta possidet.* Kapp. Mox Copes. cum cod. Sambuci: *bona mens præfertur divitiis, cujus usurpatio, &c.* Harl. Barb. 1. et Leid. 3. *bona mens præfertur divitiis bonæ mentis usurpatio;* ex margine, ut putant Perizon. et Torrenius.—6 Copes. *per nimiam,* probante Perizonio.—7 *Idem postea* Harl. Lipsii vetus liber et Vet. *acceptissime* contra omnes alios codd. Paulo post Leidd. 2. 5. 7. et Vet. *prætexto;* et

NOTÆ

^b *Fastorum columen*] Cum in fastis berentur, nomen Valerii primi Consulibus principem locum occupavit. Consulum nomina resque gestæ scri-

ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente decessit: ideoque publica pecunia^c ductæ sunt.⁸ Non attinet ulteriore disputatione tanti viri paupertatem scrutari: abunde enim patet, quid vivus possederit, cui mortuo lectus funebris, et rogos defuit.*

2. Quantæ amplitudinis Agrippam Menenium^d fuisse arbitremur, quem senatus et plebs pacis inter se faciendæ^e auctorem legit?⁹ Quantæ scilicet esse debuit¹⁰ arbiter publicæ salutis. Hic nisi a populo collatis in capita sextantibus^f funeratus esset,^g ita pecuniæ inops decessit, ut sepulturæ honore caruisset. Verum idcirco perniciose seditione dividua civitas manibus Agrippæ in unum contrahi voluit, quia eas pauperes quidem, sed sanctas animadverterat.^e Cujus ut superstitis nullum fuit, quod in censum

^c Idcirco civitas perniciose seditione divisa voluit in concordiam reduci illius opera, quem pauperem quidem, sed virum integerrimum cognoverat.



sic nonnulli Pighiani.—8 Ultraj. 1. *deductæ sunt*.—9 Antea edebatur *elegit*, quod in aliquot est codd. Mog. tamen *legit*. Duo etiam codd. Torren. paulo ante, *arbitramur*.—10 Sic Torrenius in omnibus Mss. (præter Ultr. prim. qui habet *Quantus scilicet esse debuit*,) et editionibus reperit, et pro vulgato

NOTÆ

^c *Publica pecunia*] In Valerii honorem tria præcipue Senatus decrevit: unum, ut funeris exequiæ publicis sumptibus celebrarentur; alterum, ut intra urbem ad Veliam sepulturæ locus præter morem, et ipsi daretur, et illius posteris: tertium, ut matronæ, auro purpuraque depositis, illum per annum Ingerent integrum. Ita Dionys. et Plut.

* An. M. 3552. Ol. 69. 3. Urb. C. 251. Ant. Ch. 501.

^d *Agrippam Menenium*] Lanatum, qui Consul de Auruncis triumpharat.

^e *Pacis inter se faciendæ*] Plebs offensa, quod promissis de remis-

sione debitorum Senatus non stetisset, in montem quendam, qui mons sacer inde dictus est, propter Anicnem secessit: missi qui eam placarent T. Largius primus Dictator et Menenius Agrippa; cujus oratione delinita plebs in urbem quidem rediit; sed ea lege, ut Tribunos haberet.

^f *Sextantibus*] Sextans est sexta pars assis, sen libræ.

^g *Funeratus esset*] Populus quidem ad exequias pecuniam dederat; cum vero ex ærario publico sepeliri Senatus jussisset, quod mortuo patri plebs destinaret, vivis liberis elargita est.

deferretur: ¹¹ ita extincti hodieque amplissimum est patrimonium, Romana concordia.†

3. In C. vero Fabricii, et Q. Æmilii Papi ^h principum sæculi sui domibus argentum fuisse confitear oportet: uterque enim patellam Deorum, ¹² et salinum habuit. Sed eo lautior ¹³ Fabricius, quod patellam suam corneo pediculo ⁱ sustineri voluit. Papi quoque satis animose, qui cum hæreditatis nomine ea accepisset, religionis causa abalienanda non putavit.‡

4. Illi etiam prædivites, qui ab aratro arcessebantur ¹⁴ ut Coss. fierent, voluptatis causa sterile atque æstuosissimum Pupiniæ solum ^j versabant, deliciarumque gratia ¹⁵ vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant. Immo vero quos pericula reip. imperatores asserebant, ¹⁶ angustiae rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.‡

‡ Immo vero in Reipublicæ periculis accersebantur, ut Imperatores fierent; licet tenuitas rei familiaris illos cogeret bubulcos, (quid enim verear rem, sicuti est, proprio nomine appellare?) bubulcos, inquam, cogeret fieri.



Quantus recte revocavit. Quantæ etiam Vet.—11 Copes. *deferret*, probante Perizonio. Deinde, *ita et extincti* codd. Pigh. unns Brand. Ultraj. 1. 2. Vet. et Mog. idque reposuerunt Pigh. Coler. Thys. et Delph. *ita extincto hodie quidem Copes*. Vulgo antea legebatur, *ita extincti, hodie, quod amplissimum patrimonium est*.—12 Dan. *patellam eorum*; unde Colerus legendum putat: *uterque enim eorum patellam*.—13 Codd. novem Torren. *lautius*; et sic edd. antiq. *lautior* ex suis restituit Pighius: Leid. 1. *satius*; Leid. 7. *latius*, sed u superscriptum est a manu recenti. Mox Dan. *peduculo*; Lavernii liber *pediculo*; Bitur. 1. *pendiculo*; Ultraj. 1. *pediculo*.—14 Ita Brand. 1. 2. et multi Torren. alii ediderunt, *accersebantur*. Vide Voss. in Etym. Ling. Lat.—15 Torrenius in codd. decem et Mog. invenit *gratia*; et sic in nonnullis Pighianis: tres alii habent *grati*; Vet. *gratia*: Pighius, Coler. Thys. et Delph.

NOTÆ

† An. M. 3562. Ol. 72. 1. Urb. C. 261. Ant. Ch. 491.

^h Fabricii, et Q. Æmilii Papi] Ambo summi viri non virtutum modo societate conjuncti, sed etiam dignitatum; simul enim et bis Consules, et semel Censores fuerunt.

ⁱ Corneo pediculo] Alii *peduculo* le-

gunt; alii, *pedicto*; alii, *pendiculo*; melius ni fallor *pediculo* legeris.

‡ An. M. 3776. Ol. 125. 3. Urb. C. 475. Ant. Ch. 277.

^j Pupiniæ solum] Locus fuit maxime sterilis, et aridus, non procul ab urbe, Tusculum versus, ex Festo: unde Pupinia tribus.

5. Atilium^{17 k} autem, qui ad eum arcessendum a senatu missi erant ad imperium populi Rom. suscipiendum, semina spargentem¹⁸ viderunt. Sed illæ rustico opere attritæ manus salutem publicam stabilierunt: ingentes hostium copias pessumdederunt. Quæque modo arantium boum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit iis rubori,¹⁹ eburneo scipione¹ deposito, agrestem stivam aratri repetere. Potest pauperes consolari Atilius: sed multo magis docere locupletes, quam non sit necessaria solidæ laudis cupidini anxia²⁰ divitiarum comparatio.

6. Ejusdem nominis et sanguinis Atilius Regulus^m primi



ignari; Barb. 1. *grati* vel *ignari*; Leid. 7. *ignari*.—16 Ita omnes Pighiani, Brand. 1. 2. Leidd. 3. 5. et multi Torren. *arcessebant* Dan. et sic Delph. *accersebant* Harl. et edd. vett. *acersebant* Ultraj. 2. *afferebant* Bitur. 1.—17 Huic exemplo titulus præfigitur in vetusto cod. Glareani, *De Attilio*: quidam adjecerunt, *Calatino*.—18 Ita Pighius e Gembl. habetque ita unus quoque Brand. et Vet. *semen aspergentem* alter Brand. cum multis Torren. et edd. vett. *semen aspergentem invenerant* Exc. Steph.—19 Codd. duodecim Torren. cum edd. vulgg. et Vet. *rubor*; Ultraj. 1. 2. et Mog. *rubori*.—20 ‘Sic omnes fere scripti et editi. Pighius ex Winckel. Camp. aliisque: *cupidini nimis anxia*; Vet. *cupido: nisi anxia*; Lipsius ait, priorem lectionem *cupido* sibi magis placere. Mihi nihil mutandum videtur; *nimis* et *nisi* originem debet terminationi dativi *cupidini*, unde fecerunt *cupido ni*; *cupido nisi*, *cupido nimis*. *nimis* et *nisi* alienum est; et si *cupido* valere deberet, esset casus tertius, non primus. At Valerius, qui abstracta amat, mihi potius scripsisse videtur *cupidini*, quam *cupido* scil. homini. Codices etiam audiendi sunt, atque unde

NOTE

^k *Atilium*] M. Atilius Seranus a serendo dictus est, quod ex agro, quem colebat, evocatus ad Rempublicam summos honores gesserit. Illud eleganter describit Plinius lib. XVIII. c. 3. cujus verba libuit appingere: ‘Quænam tantæ ubertatis causa erat? ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri; ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato, et triumphali aratore; sive illi eadem cura semina tractabant, quo bella; eademque diligentia arva disponebant, qua castra: sive honestis manibus omnia lætius prove-

niunt, quoniam et curiosius fiunt.’

¹ *Eburneo scipione*] Sceptrum fuit Consulare, cujus meminerunt, et Juvenalis Sat. x. et Prudentius in Hymno Romani Martyris. Juvenalis hæc verba sunt: ‘Da nunc et volucrum, sceptro quæ surgit eburno.’ E summo enim eminebat aquila; quod ab Hetruscis, ut alia dignitatum insignia, mutuatos esse Romanos testatur Dionysius lib. III.

^m *Atilius Regulus*] Cujus victorias et laudem narravimus lib. I. c. 1. n. 14.

Punici belli gloria, cladesque²¹ maxima, cum in Africa insolentissimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognosceret,²² consulibus scripsit, villicum in agello, quem septem jugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento, discessisse: ^g ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. Quæ postquam senatus a Coss. accepit, et agrum Atilii ilico²³ colendum locari, et alimenta conjugi ejus ac liberis præberi, resque quas amiserat, redimi publice jussit.^h Tanti²⁴ ærario nostro virtutis Atilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, stetit.*

7. Æque magna latifundia L. Quintii Cincinnati²⁵ fuerunt; septem enim jugera agri possedit: ex hisque tria, quæ pro amico ad ærarium obsignaverat,²⁶ mulctæ nomine amisit. Pœnam quoque pro filio Cæsone,ⁿ quod ad causam

^g Et servum, quem ille mercede conduxerat, nactum hanc occasionem, abiisse sublatis rebus omnibus necessariis ad rus colendum.

^h Jussit redimi publica impensu.



ortum esset ni? Kapp.—21 Lipsio videtur acutius et verius, quod in priscis invenit, quia clades, et sic Vet. At nullus codex huic lectioni favet. Mox ac propagatum Copes. et Leid. 1.—22 Sic unus Brand. et omnes fere Torreniani, nec non Mog. et Herhip. Pighius cognosset; Aldus cognovisset; et sic Leid. prim. Vet. cognosceret, uti sæpius, e. g. iv. 6. 5. quod compendiose pro cognosceret scriptum videtur. Paulo post Copes. occasioneque: Dan. nactum, ἀρχαϊκῶς. Nonnulli Pighiani amisso inde.—23 Ita emendavit Pighius ex Camp. Gembl. et Atreb. et sic unus Brand. et Ultraj. 2. cum multis Torren. et Vet. et Mog. Acilii illico Ultraj. 1. ædili villico in nonnullis; Atilii Villico Copes. alii villico Aldd. et aliæ vett. Mox Harl. resque suas quas.—24 Tanto Leid. 7.—25 Delet hoc nomen uterque Ultraj. ut et in fine hujus exempli; nonnulli exhibent Cincinati.—26 Leid. 1. obsignaverat; Leid. 2. adsigna-

NOTÆ

* An. M. 3799. Ol. 131. 2. Urb. C. 498. Ant. Ch. 254.

ⁿ Pro filio Cæsone] A quo Tribuni plebis, ne legem de creandis Decemviris ferrent, cum essent sæpius prohibiti, pulsique foro, Virginius illi capitis causam dicit, et vades, ut ne

in carcerem duceretur, dare jubet: at ille desertis vadibus postridie abiit exulatum in Volscos, ejusque pater vadimonii deserti mulctam solvere jussus est. Ita Livius lib. III. et Dionys. lib. x.

dicendam non occurrisset, hujus agelli reditu²⁷ solvit. Et tamen ei quatuor jugera aranti, non solum dignitas patris-familiæ constitit, sed etiam dictatura^o delata est. Anguste se habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.†

8. Quid Ælia²⁸ familia, quam locuples? sexdecim eodem tempore Ælii fuerunt, quibus una domuncula erat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monumenta:^p et unus in agro Veiente fundus, minus multo²⁹ cultores desiderans, quam dominos habebat. Inque Maximo et³⁰ Flaminio spectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutem publice donata possidebant.‡

9. Eadem gens nullum ante scrupulum argenti^q habuit, quam Paulus Perse rege³¹ devicto Q. Ælio Tuberoni genero suo^r quinque pondo argenti ex præda donaret.* Ta-

verat; Barb. 1. assignaverat; Harl. designaverat.—27 Novem codd. Torren. cum Mog. redditus; alii reditus.—28 Ultraj. 1. Emilia, et deinde Emilii. Pro sexdecim nonnulli sedecim; Bitur. 2. viginti sex. Paulo post vulgo domuncula fuerat edebatur contra omnes codd. si Harl. excipias.—29 Lipsius conjicit, minus multos, et sic Ultr. prim. quod et Torrenius prætulit. Perizonius mavult, minus multo multorum. Vid. Heins. ad Ovid. Fast. iv. 765.—30 Ita Pighius ex codd. et ita Brand. 1. 2. et omnes fere Torren. cum Mog. Inque maximo circo edd. vett. cum Harl. et Barb. 1. Inque Maximo circo et Flaminio Copes. spectaculi loca Leid. 3. Deinde quem quidem, &c. donatum Leid. 1. quem quidem Leid. 7. possidebat Leidd. et Bitur. 1.—31 Vox rege

NOTÆ

^o Sed etiam Dictatura] Simul ut in urbem Minucium Consulem a Sabinis et Æquis obsessum esse nuntiatum est, continuo Quintius Dictator dicitur; missique ad eum legati. Operi rustico tum ille intentus, ubi eos vidit, salute data invicemque reddita, togam repetere e tugurio, proferreque uxorem Raciliam jubet: qua simul absterso pulvere ac sudore velatus processit. Quæ pluribus Livius prosequitur.

† An. M. 3597. Ol. 80. 4. Urb. C. 296. Ant. Ch. 456.

^p Mariana monumenta] De quibus eginus lib. 1. c. 7. De Circo tum Maximo lib. 1. c. 1. n. 16. tum Flaminio lib. 1. c. 7. n. 14. De Æliorum gente jam sæpius.

‡ An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

^q Scrupulum argenti] Scrupulus pondus ex plerisque minimum fuit: tres scrupulos drachma continebat; quatuor denarius; octo drachmas, vel sex denarios uncia; uncias undecim, aut denarios septuaginta duo libra Italica.

^r Genero suo] L. Paulus Æmilii civitatis princeps filiarum alteram Catoni Censoris filio matrimonio junxerat, alteram Q. Tuberoni; cui phialam quinque pondo argenti dedit Æmilii, fortitudinis præmium, ut tradit Plutarchus.

* An. M. 3886. Ol. 153. 1. Urb. C. 585. Ant. Ch. 167.

ceo enim ³² quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit,³³ cujus penates tam jejunos pecunia videbat.ⁱ Quin ipse quoque adeo inops decessit, ut, nisi fundus, quem unum reliquerat, venisset, uxor ejus dotem unde reciperet,^s non extitisset.^j Animi virorum et foeminarum vigeabant in civitate: eorumque bonis dignitatis aestimatio cunctis in rebus ponderabatur. Hæc imperia conciliabant: hæc jungebant affinitates: hæc in foro, hæc in curia,³⁴ hæc intra privatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim rem unusquisque, non suam augere properabat: pauperque in divite, quam dives in paupere imperio versari malebat.[†] Atque huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur, quod nihil eorum quæ virtuti debentur emere pecunia licebat, inopiæque illustrium virorum publice succurrebatur.³⁵

10. Itaque cum secundo Punico bello Cn. Scipio[†] ex Hispania senatui scripsisset, petens ut sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset: senatus ne respublica bono duce careret, patris sibi partes desumpsit, consilioque uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote, summam ejus ex ærario erogavit, ac puellam nuptum³⁶ dedit. Dotis modus XL. millia³⁷ æris fuit. In quo³⁸ non

ⁱ Cujus domum tam pauperem videbat.

^j Non superfuisset unde uxor illius dotem reciperet.

deest in quibusdam codd.—32 Copes. non agnoscit τὸ enim; retinent ceteri.—33 Ita ex codd. Pighius; itaque Brand. 1. 2. cum multis Torren. ei nuptui dedit, cujus pecunia tam jejunos penates in edd. vett. nuptam dedit Copes. nuptu Bitur. 1. Mox in nonnullis Torren. unde uxor ejus dotem reciperet.—34 Verba hæc in curia desunt in octodecim codd. Torren. et Mog.—35 Atque . . . succurrebatur desunt in Delph.—36 Ita Pighius ex codd. nuptui Copes. et Ultraj. 1. et edd. vett.—37 Coler. Thys. et Delph. undecim millia; Bitur. 1. Barb. 2. Leid. 7. et superiores edd. XL. millia; et ita Pighius.—38 Decem codd. cum Vet. et Mog. Quo, omisso In: in aliis edd. Qua. Mox Ultraj. 1. habitus

NOTÆ

^s Dotem unde reciperet] Idem etiam referunt Florus et Victor; a quibus dissentire videtur Plutarchus, dum affirmat opes Æmilii fuisse 370. millium æris.

† An. M. 3894. Ol. 155. 1. Urb. C. 593. Ant. Ch. 159.

† Cn. Scipio] Qui Scipionis Nasicæ pater, et Africani majoris patruus fuit. Consule lib. i. c. 6 n. 2.

solum humanitas Patrum conscriptorum, sed etiam habitus veterum patrimoniorum cognosci potest. Namque adeo fuerunt arcta, ut Tatia³⁹ Cæsonis filia maximam dotem ad virum x. millia⁴⁰ æris attulisse visa sit: et Megullia,⁴¹ quia cum quinquaginta millibus æris mariti domum intravit, Dotatæ cognomen invenerit. Idem⁴² senatus Fabricii Luscini, Scipionisque filias ab indotatis nuptiis liberalitate sua vindicavit: quoniam paternæ hæreditati præter opimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent.‡

II. M. autem Scaurus quantulam a patre^u hæreditatem acceperit,⁴³ in primo libro eorum, quos de vita sua^v scripsit, refert. Ait enim sibi decem sola⁴⁴ mancipia, totumque censum quinque atque triginta millium nummum relictum. In hac ille pecunia⁴⁵ futurus senatus princeps nutritus est spiritus.^{k*}

Hæc igitur exempla respicere, his acquiescere solatiis

^k In hac egestate educatus est Scaurus, qui futurus erat princeps Senatus.

//////////

pronior; Bitur. 1. habitus patrimoniorum pronior.—39 Accia in codd. Pighianis, nonnullis Torren. et Mog. Actia in uno Brand. Taccia in alio cum quibusdam Torren. Tuscia, Tacea, Tanctia, Tussia, Tucia in aliis codd. Tuccia in Vet. Perizon. conj. Fabia.—40 Dan. omittit millia; et sic Leid. 2. probante Colero.—41 Leid. 1. Argulia; Leid. 6. Mergulia; Harl. Megulia; ut est in vulgatis. Mox quingentis Leid. 7. Ultraj. 2. et alii codd. L. millibus Leid. 5. quinquaginta restituit Pighius ex Winck. Ultraj. 1. omittit æris: Harl. et Bitur. 1. exhibet dotatæ nomen.—42 Ita ex codd. revocavit Vorstius, itaque liber Lipsii et Vet. cum contra codd. consensum Coler. Thys. et Delph. dedissent Ideo.—43 Sic Pighius ex codd. pro vulgato accepit. Mox multi codd. de vita sua transcripsit.—44 Exc. Steph. Leid. 5. et nonnulli Pighiani sex sola; et sic Leid. 7. a m. sec.—45 Atreb. Sus. Brand. 1. 2. Exc. Steph. et undecim Torren. cum Vet. hac ille pecunia: Pighius e Camp. dederat, hac

NOTÆ

‡ An. M. 3839. Ol. 141. 2. Urb. C. 538. Ant. Ch. 214.

^u Quantulam a patre, &c.] Scauri pater Carbonariam, si Pediano credimus, exercuit; quamvis Patricius: ipseque tandem eloquentiæ præsidio emersit.

^v Quos de vita sua] De his libris ita Cicero in Bruto: ‘Hujus et ora-

tiones sunt, et tres ad L. Fusidium libri scripti de vita ipsius, sane utiles, quos nemo legit: at Cyri vitam et disciplinam legunt, præclaram illam quidem; sed neque tam rebus nostris aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponebam.’

* An. M. 3939. Ol. 166. 2. Urb. C. 638. Ant. Ch. 114.


debemus, qui parvulos census nostros nunquam querelis vacuos esse sinimus.^l Nullum, aut admodum parvi ponderis, argentum,⁴⁶ paucos servos, septem jugera aridæ terræ, indigentia domestica impensa funera, inopes dotum filias; sed egregios consulatus, mirificas dictaturas, innumerales triumphos cernimus. Quid ergo mediā⁴⁷ fortunam, quasi præcipuum generis humani malum, diuturnis⁴⁸ conviciis laceramus? quæ ut non abundantibus, ita fidis uberibus Poplicolas, Æmilios,⁴⁹ Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hisque paria robora virtutis aluit.^m Exsurgamus potius animis, pecuniæque aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus. Namque per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, et æternos Vestæ⁵⁰ focos, fictilibus etiamnunc vasis contentos, juro, nullas divitias talium virorum paupertati posse præferri.


^l Qui solemus conqueri quod census nostri modici sint.

^m Quæ summos illos viros virtute præditos aluit suis quasi uberibus, non magnas quidem, sed sufficientes tamen opes præbentibus.




penuria ille; Harl. hac enim illa pecunia; in vulgg. hac enim ille pecunia.—46 Ita Pighius e veteri libro; itaque codd. Torren. *Nullum autem vel admodum ponderis argentum* in edd. vett. Mox in Winck. Sus. Dan. Leid. 5. et Bitur. 1. *indigentia domestica impensa*, probantibus Colero et Perizonio: *indigentia domi impensa funera* in Camp. unde Pighius: *indigentia domi, publice impensa funera*, improbante Kappio: Guyetus legebat: *indigentia publica impensa*. Lectionem nostram testantur Brand. 1. 2. multi Torren. et edd. antiq.—47 Ita Pighius ex codd. et sic Leid. 7. a m. sec. et Mog. *medicam* exhibent Brand. 1. 2. et undecim Torren. *modicam* codex Schotti, probante Perizonio: *medicam* Leid. 1. *mdicam* Leid. 7. a m. pr.—48 Copes. Leidd. 2. 5. 7. Ultraj. 1. et Vet. *diurnis*, i. e. quotidianis. Malit tamen Torren. *durius*, quod est in Bitur. 1. 2. Barb. 1. 2. et uno Rhem.—49 Ita plerique codd. Torren. et edd. ante Colerum, qui edidit *Ælios*, ut habent nonnulli Pighiani. Pro *Curios* Perizonius conj. *Quintios*, sed postea delevit.—50 Vet. *atæna Vestæ*.









LL
V165K.2. .

Author Valerius Maximus
Title Factorum dictorumque memorabilium libri novem ex
editione Joannis Kappi... vol.1.

NAME OF BORROWER.

DATE

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU

